SVB CAROLO. V. ROMANORVM MAXIMO Imperatore, primo Hiſpaniarum Rege.



DIDACI COVARRVVIAS

TOLETANI, OLIM EX INSIGNI DEI maximi Saluatoris Collegio, in totius orbis celebratiſsimo Salmanticenſi gymnaſio, Iura Pontificia publico munere profitentis, nunc verò Epiſcopi Segobienſis in librum Quartum Decretalium Epitome, ex Quarta autoris recognitione aucta ac locupletata.

SALMANTICAE,
Apud Ioannem à Canoua.
1566.

SVB CAROLO. V. ROMANORVM MAXIMO Imperatore, primo Hispaniarum Rege.



DIDACI COVARRVVIAS

TOLETANI, OLIM EX INSIGNI DEI maximi Saluatoris Collegio, in totius orbis celebratissimo Salmanticensi gymnasio, Iura Pontificia publico munere profitentis, nunc verò Episcopi Segobiensis in librum Quartum Decretalium Epitome, ex Quarta autoris recognitione aucta ac locupletata.

SALMANTICAE,
Apud Ioannem à Canoua.
1566.

RECIAE DECISIONES

QVÆ IN HOC OPERE EXPLICANTVR,

Præter alias, quas passim, obiter tamen adducimus vel ad iuris communis comprobationem, vel correctionem.

LEX Regia.2.titu.15.lib.8. ordinamentorum. explicatur. fo.3.num.15.

Lex Regia.52. Tauri. fol. 12.num.14.

Lex Regia. 16. Tauri intelligitur. fol. 36.num.3.&.4.

Lex Regia. 50. Tauri, &.l.1. titulo. 2. lib.3.Fori. declarantur.folio.49. nume.12.

Lex Regia.4.titu.2. lib.5. ordinamen. &.l.10.titu.1.part.4.atq; aliæ similes. folio.50.num.6.

Lex Regia.8.titu.11.part.4.exponitur. fo.62.num.8.

Lex Regia Caroli Cæsaris defenditur fo.52.num.3.

Lex Regia.15.Tauri intelligitur.fo.53. num.7.&.8.

Lex Regia.49. Tauri. explicatur. fol. 66. nume.17. & folio.67. num.21.& num.22.

Lex Regia. 1.titu.2.lib.8.ordinat. defenditur. fo.66.num.19.

Lex Regia.24.titu.11.part.4.fol.99.nume.8.

Lex Regia.55.Tauri. tractatur.fo.100. num.1.& sequentibus.

Lex Regia.60. Tauri, intelligitur.fol. 103.num.11.

Lex Regia 52.Tauri. fo.112.num.12.

Lex Regia.11.Tauri. fo.143.nu.7.

Lex Regia.9.Tauri.declaratur.fo.co. num.8.

Lex Regia. 62. Tauri. explicatur. fol. 172.num.6.

Lex Regia.4. titu. de exceptio. lib. 3. ordi. fo.174.num.5.

Lex Regia.14.titu.17.part.7. intelligitur. fo.120.num.14.

Lex Regia.10. titu.15. part.7. exponitur. fo.82.num.14.

Lex Regia.6.titu.15.lib.8.ordi.explicatur. fo 109.num.7.

Lex Regia.9.ac.10. Tauri.explicatur. fo.153.num.10.

Lex Regia.1. tit. de excommunicatis. lib.8.ordina. fo.84.num.17.

IN LAVDEM
Collegij Dei Maximi
Saluatoris, Sapphicum.

NO N ita in doctis domus illa Athenis,
Quæ vel inuictis homines alebat
Inclytos armis, aliqua vel arte
Vtiliore
Ciuium fortes animos docentes,
Præmijs mentes acuit bonorum
Dum, malos pœnis itidem premendo
AEqua vetustas,
Floruit, floret domus atq; Oueti
Quam sacer Præsul statuisse fertur,
Quæ sibi laudem, generi futuro
Commoda ferret.
Nanq; equo longe mage fœta Craium,
Semper illustres tulit hæc alumnos,
Non vt infestas agitent in alta
Mœnia gentes,
Iura sed cunctos doceant Tonantis
Sancta, vel docta grauium virorum
Scita, vel summi placita Platonis,
Discipuliq;.
Dirigant legum sed vt æquitate
Publica, & priuata, suumq; cuiq;
Redditum curent, populis, sacrisq;
Vndiq; præsint.
Quæ fouens largis opulenta rebus
Ocio præstat placido, vt quietis
Literis semper liceat vacare
Omnibus vnde
Tot creat tales, reliquos vt omnes
Non secus cœtus premat, ac minores
Siderum flammas superat rotundo
Delia vultu.

AD PERILLVSTREM
AC REVERENDISSIMVM DOMINVM.
D. Fernãdum Valdesium, Episcopum Seguntinum, Caroli Cæsaris, Hispaniarumq; Regis, Prætorio Summo Præfectum, Didaci Couarruuias Toletani, è Collegio Maximi Saluatoris, Salmanticæ vtriusque iuris disciplinam profitentis, in eius de Sponsalibus, & matrimonijs Epitomen præfatio.

QVI IVRIS VTRIVSQVE PERITIAM PENitissime sectantur, Præsul amplissime, curam haud segniter debent impendere, quo cæteris propria studia publice censenda exhibeant, atq; Reipublicæ vtilitati consulentes exactissima cura elaborata, vulgo tradere nitantur. Eam etenim prouinciã iuris professores assumpsimus, in qua maximo cum periculo æternæ, nõ tantum temporariæ salutis allucinamur: plerumq; quid patrimonio, rebusq; huiusmodi conueniat, ac frequenter quid animæ vtile sit pertractantes. Proinde totis viribus agendum, vt ea, quæ in vtriusq; iuris interpretationem excogitauimus, doctissimorum virorum examen subire festinent. Quo fit, vt nobis non parua vtilitas comparetur: quippe quibus ex sapientum hominum, & cordatorum candido iudicio, quæ modo edimus maioris æstimare licebit: quam si priuatim proprio decreto probarentur. Neque palinodiam canere, quod aiunt, nobis indecorum erit, modo grauissimi viri quiq; in his studijs ætatem omnẽ exegerunt, quibus nos ipsos exponimus, id effici debere censuerint. Hinc etiam augentur publicis hisce experimentis humana ingenia, artes miro modo crescunt: ab illoq; vetustatis situ egregie vindicantur. Prisci siquidem illi mortales autore Plutarcho, ægrotos palam curabant: vt eorum vnusquisq;, si quid habuisset cõducibile, quod vel ipse ægrotans, vel alterum curans comperisset, consuleret ei, cui opus erat. Apelles etiam nobilissimus ille pictor teste Plinio, perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus atq; post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur auscultabat, vulgum præseferens diligentiorem quam se iudicem. Quibus persuasi, Præsul ornatissime animum induximus, vt quæ in librum Quartum Decretalium in hoc totius orbis celebratissimo gymnasio, anno ab hinc quarto, frequentissimo auditorio dictauimus, in publicum sub tuo patrocinio prodirent. Iuris Pontificij studiosis operam hanc, qua potuimus, diligentia, impigre nauantes. Quod si spes ipsa nos fefellerit, id tamen hic conatus assequetur, vt multo impensius, atq; accuratius nostra hæc studia ab alijs animad uersa, non mediocre compendium huic tractatui sint allatura. Cæterum cum in mentem venisset: vrbium conditores deos proprios ipsis vrbibus, ac prouincijs assignare consueuisse, vt municipali consecratione colerentur, veluti tutelam illius loci subituri, quos veteres Tutelares appellant: vnde & Tutelarium deorum sacra eorum annalibus celebrantur, in quibus patrocinium, & salus vrbis, velut à certis numinibus rogabatur, hosq; Patrios Deos primo Georg. Virgilius nominat.

Libro cũ titulus: sic viue, vt necmo te sentiat vixisse.

Libro. 35. nat. Histo. cap. 10.

Dij patrij Indigetes, & Romule, Vestaq; mater.
Quæ Tuscum Tyberim, & Romana Palatia seruas.

Quorum sub Indigetum nomine Hispanus Poeta meminit. lib. 1. de bello ciuili

Indigetes fleuisse deos, vrbisq; laborem.
Testatos sudore lares.

Cap.23. Ac deniq;, vt ſcribit Tertulianus in Apologetico: vnicuiq; prouinciæ, & ciuitati ſuus deus erat, vt Syriæ Aſtartis, Arabiæ Diaſeres, Norico Tibilenus, Africæ Cœleſtus: ea ratione nobis, qui diuina auxilia ab ipſo Summo omniũ opifice, ac Deo Optimo Maximo Iẽſu admiranda totius Chriſtiani orbis felicitate petimus, & humana patrocinia inuocare, iure licere arbitramur: quo noſtra ſtudia tuto in omnium conſpectum prodire poſſint, inſigni alicuius Herois tutela ipſo limine præmunita. Te vero, Præſes vigilantiſsime, multis titulis, ac nominibus ſelegimus, cui hæ lucubrationes, noſtrorũ ſtudiorum primitiæ, nuncuparentur: non quod dignas tanto nomine vllo pacto eas exiſtimemus, ſed quod animum in te rebus literarijs addictiſsimum ſemper cognouerimus nec iniuria: ſiquidem Iuſtitia, quæ inter virtutes primas obtinet, cuius ipſe clariſsimam præfecturam geris, tota ciuilibus literis, iuris vtriuſq; ſtudijs, ac legum humanarũ profeſsione comprehenditur, quippe quæ res noſtras, vitam, corpus, & nos ipſos tueri doceant, noxios ſupplicijs coercendo, bonos præmijs honorando. Agnoſcamus igitur te verè Iuſtitiæ aſſertorem: literarum, & diſciplinarum omnium vindicem profiteamur, qui ſacratiſsima iuris prudentiæ templa boni, & æqui peritia fretus hactenus conſtituere ris; ipſiuſq; primariæ ac venerandæ virtutis ſolennia circumſpectiſsime peregeris, quique verum illud feceris, Rempublicam ſine ſumma Iuſtitia regi non poſſe: quod apud Ciceronem, referente Auguſtino, Lelius atque Scipio egregio aſſerunt. Hinc ſane fit, vt quiſque te duce iuſtitiam amplexus, optimi ciuis officium expleat, mente, & toto animo perpendens, quod apud Xenophontem Euthydemus ad Socratem pulchre dixit. οὐχ οἷόν τε ἄνευ δικαιοσύνης ἀγαθὸν πολίτην γενέσθαι. Teſtis Hiſpania eſt, quæ inuictiſsimo Carolo abſente, inſtaurandæ totius eccleſiæ cauſa, hæreditariæ prouinciæ tutela, aliiſque rebus arduis impedito, ſub eius vnico lumine, atq; hæredẽ Philippo, ſpectatiſsimæ indolis Principe, tanta animi tui magnitudine, tanta conſtantia, tanta denique Diuini, & humani iuris cognitione, atque prudentia, iuſtitiæ exercendæ te ſincerum Antiſtitem habuit: vt te ipſum, veluti numen quoddam dolis, vi, potentiorumq; tyrannide circunducti, & oppreſsi, pro iure liberrime exigẽdo non ſecus appellent, quam hi, qui quondam barbarica Afrorum rabie, agitantibus furijs, extincto pene Hiſpanorum imperio, proprijs ſedibus expulſi, ad tuum natale ſolum, vti ad Sacram anchoram, confugientes, indigenarum, qui tui maiores fuere, auxilio fortiſsime adiuti, paularim totam Hiſpaniam à Maurorum faucibus ignominioſa ſeruitute aliiſq; Sarracenorum, & Arabum iniurijs ſtrenue vindicauerint. Age ergo Præſulum decus, & ornamẽtum, hoſces noſtros labores, quos auſpicatiſime tuo nomini dicamus, ſub tuo ſinu fouendos, ac tutandos ſuſcipe, ſub tua perſpicaciſsima cenſura corrigendos ſereno vultu, animoque benigno admitte, meq; tui obſeruantiſsimum ea, qua ſoles, beneuolentia proſequere. Bene vale, atq; iterum feliciſsime Vale. Salmanticæ è Collegio Sanctiſsimi Saluatoris, Calendis Decembris. Anno. M. D. X L V.

Lib.2. de ciuita. dei. c. 21.

Lib.4. commentariorum.

Prima etenim pars, quæ de ſponſalibus agit, quinque capitibus abſoluitur.

CAput primum, de ſpõſaliorum nomine, & diffinitione. fol.1.
Caput Secundum, de ætate ad ſponſalia requiſita. fo.4.
Caput Tertium, quibus verbis ſponſalia contrahantur. fo.5 col.3.
Caput Quartum, de ſponſaliorum effectu, & vinculo. fo.6.
§. Primus, qualiter ſponſalia matrimonium efficiantur ex conſenſu, ratione coitus præſumpto. fo.8.
§. Secundus, qualiter ſponſalia tranſeant in matrimoniũ ex traductione ſponſæ ad domum, vel per oſcula, amplexus, & ſimilia ſigna. fo.13.
Caput Quintum, quibus modis ſponſalia ſoluantur. fo.15.
§. Primus, quo pacto ſponſalia contracta ab impuberibus: vel à pubere, & impubere, diſſoluantur. fo.18.

Secunda pars, quæ de matrimonio tractat, octo capitibus expeditur.

CAput Primum matrimonij diffinitionem expendit. fo.19.
§. Vnicus, an matrimonium ſit ſacramentum. fo.21.
Caput Secũdum, an conſenſus ſit ad matrimonium neceſſarius. fo.23.
Caput Tertium, qualis conſenſus ſit ad matrimonium neceſſarius: vbi etiam tractatur de conſenſu conditionali. fo.25.
§. Primus, de conditionibus adiectis contra ſubſtantiam coniugij. fo.27.
§. Secundus, de conditionibus turpibus, & impoſsibilibus matrimonia li contractui appoſitis. fo.32.
§. Tertius, de conditione aliquid dandi. fo.36.
§. Quartus, de matrimonio contracto per metum. fo.37.
§. Quintus, eandem quæſtionem de metu proſequitur. fo.41.
§. Sextus, qualiter metus illatus tollatur, ac liber conſenſus maneat. fo. 45.
§. Septimus, de errore in contractu coniugali contingente, & de pœna in ſponſaliorum contractu appoſita. fo.46.
§. Octauus, an in matrimonio ſit parentum conſenſus exigendus. folio. 49.
§. Nonus, qualiter legalis pœna huic contractui appoſita procedere valeat: atq; de pœnis contra ſecũdò nubentes fœminas ſtatutis. fo.51.
Caput Quartum, qualiter conſenſus coniugalis exprimatur. fo.54.
§. Primus, quæ verba ſignificent coniugalem conſenſum. fo.57.
Caput Quintum, de ætate ad matrimonium requiſita. fo.61.
Caput Sextum, de his, quæ matrimonium impediunt contrahendum: contractum tamen minime diſſoluunt: atque de matrimonio clandeſtino. fo.62. aliàs.63.
§. Primus, de impedimentis, quæ poſt matrimoniũ contingentia illud non

vitiant, quamuis ab initio id impedi rent. fo.67.
§.Secundus, de impedimento publicę honestatis iustitiæ. fo.68.col.1.
§.Tertius, de impedimento sacri ordi nis. fo.69.
§. Quartus, de cognatione spirituali. fo.71.
§.Quintus de cognatione legali.fo.72
§.Sextus, de consanguinitate.fo.73.co lum.43.
§.Septimus, de affinitatis impedimen to. fo.76.
§. Octauus, de incestu, & qualiter id crimen puniatur. fo.78.
§.Nonus, de dispensatione. fo.86.
§.Decimus, de gradibus diuina, natu rali, humanave lege quo ad matri-monium prohibitis. fo.89.
§.Vndecimus, de dispari cultu. fo.96.
Caput Septimum, de contractus con iugalis effectu. fo.87.alias 97.
§.Primus, an vxor possit contrahere si ne licentia mariti: atq; ibi tractatur de bonis adquisitis matrimonio cõ-stante. fo.100.
§.Secundus, de reddendo debito cõiu gali. fo.103.
§.Tertius, an licuerit vnquam plures vxores habere: & an vxor tenęatur virum absentẽ expectare: & ibi tra-hitur pœna cõtrahentis secũdas nu-tias viuente priori coniuge. fo.108.
§. Quartus, de diuortio matrimonij quo ad vinculum. fo.109.
§. Quintus, de diuortio matrimonij quo ad thorum. fo.113.
§. Sextus, de pœna adulterij ciuili. fo.116.
§.Septimus, de pœna adulterij crimi-nali. fo.120.
Caput Octauum, de prole. fo.126.
§.Primus, qualiter filij dicantur legiti mi, ex eo quod fuerint matrimonio constante concepti. fo.128.
§.Secundus, quo pacto filij legitimi ef ficiantur per subsequens matrimo-nium. fo.130.
§. Tertius, qualiter probet quis se fi-lium legitimum esse. fo.137.
§.Quartus, de filijs illegitimis, natura libus tamen. fo.140.
§.Quintus, de filijs spurijs. fo.145.
§.Sextus, de alimentis, quæ filijs ille-gitimis debentur. fo.150.
§.Septimus, quibus modis absq; prin cipis rescripto: filij illegitimi, efficiã tur legitimi. fo.155.
§. Octauus, de legitimatione, quæ à principe conceditur. fo.156.
§.Nonus, qualiter sit impetranda legi timatio. fo.166.
§.Decimus: de interpretatione aliquo rum verborum, quæ solent in legiti mationibus exprimi. fo.169.
§.Vndecimus, quo tẽpore possint nu ptiarũ solẽnia celebrari. fo.171.
§.Duodecimus, de iudice causę matri monialis: atq; de processu, & senten tia eiusdem iudicij. fo.172.

Index capitum, quæ ex iure Pontifi-cio, quo ad tractatum de matrimonio, in hoc opere præcipue explicantur.

Ex quarto libro Decretalium, tit. de Sponsalibus.

Cap.primum. Folio.94.num.16.
Cap.secundum. fo.15.num.1.
Cap.ad audientiam.& cap.Iuuenis. fol.67.num.1.
Cap.Iuuenis. fo.4.2.col.
Cap.de illis. fo.16.num.7.
Cap.ex literis.in primo. fo.57.
Cap.ex parte Ce. fo.58.num.5.
Cap.non est vobis. fo.98.col.3.
Cap.præterea.in.2. fo.95.
Cap.cum locum. fo.37.&.45.
Cap.commissum. fo.17.
Cap.requisiuit. fo.6.
Cap.cum in apostolica. fo.47.
Cap.in præsentia. fo.107.col.1.
Cap.inter opera. fo.171.num.3.
Cap.ad id. fo.45.nu.1.
Cap.sicut ex literis. fo.16.
Cap.Dilectus filius. fo.24.
Cap.tuæ fraternitatis. fo.54.
Cap.tua nos. fo.23.nu.2.& fo.154.
Cap.Consultationi. fo.103.
Cap.Gemma mulier. fo.48.nu.5.
Cap.is, qui fidem. fo.8.nu.1.
Cap.si inter virum. fo.17.
Cap.finale. fo.13.
Cap.vnicum.§.fi.de sponf.in.6. fo.68.

Ex Titu.de spons.impub.

Cap.primum. fo.49.nu.1.
Cap.puberes. fo.61.
Cap.de illis.in.1. fo.18.nu.1.
Cap.de illis.in.2. fo.61.nu.3.
Cap.vnicum.§.1.de sponsa.impube. in.6. fol.4.num.2.& fo.14.
Cap.vnicum.§.fi.fo.46.col.4.& fo.55.

Ex Titu.de Cland.desponf.

Rubrica ipsa explicatur. fo.64.nu.7.
Cap.cum inhibitio.§.1. fol.134.col.2.

Ex Titu.de sponsa.duor.

Cap.licet. fo.108.nu.5.
Cap.finale. fol.eod.

Ex Titu.de cond.appo.

Rubrica ipsa explicatur. fo.25.
Cap.Primum. fo.30.
Cap.de illis. fo.36.
Cap.per tuas. fo.30.
Cap.finale.parte prima. fo.27.
Cap.finale.§.fina. fo.32.&.33.col.4.

Ex Titu.qui cleri.vel vouent.

Rubricæ materia examinatur. fol.69.

Ex Titu.de eo, qui duxit in matri. quam pol.per adult.

Cap.cum haberet. fo.152.

Ex Titu. de eo, qui cogno.con-san.vxo.suæ.

Cap.Primum. fo.63.&.104.

Ex Titu.de consangui.& affinit.

Cap.Primum. fo.173.
Cap.super eo. fo.95.
Cap.quod dilectio. fo.93.nu.12.
Cap.quia circa. fo.94.
Cap.non debet. fo.75.nu9.

Ex Titu.

Ex titu.de matri.contract.contra interd.eccle.

Rubrica ipsa tractatur. fo.63.3.col.

Ex Titu.qui filij sint legiti.

Cap.Transmissæ. fo.138.col 4.
Cap.tanta. fo.130.col.4.
Cap.per tuas. fo.155.
Cap.quod nobis. fo.133.col.4.
Cap.per venerabilem. fo.157.col.1.
Cap.finale. fo.128.

Ex Titu.de diuortijs.

Cap.secundum. fo.114.col.1.
Cap.porro.&.c.signifi. fo.115.
Cap.quanto. fo.110.
Cap.gaudemus. fo.22.&.110.& fo.119.
Cap.finale. fo.89.

Ex Titu.de donatio.inter virum, & vxorem.

Cap.secundum. fo.101.
Cap.plerumq;. fol.115.col.1.& fo.116.
Cap.per vestras. fo 98.

Ex Titu.de secund.nup.

Cap.primum. fo.172.
Cap Dominus. fo.105.col.2.
Cap.cum secũdum apostolum. fo.51.
Præter quæ etiam explicatur.
Clemen. vnica. de consangui. & affinita. fo.47.& fo.28.col.4.
Cap.quemadmodũ.de iurciu. fo.16.
Cap.literas.de rest.spo. fo.93.& fo 114
Cap.2.de conuersi.coniu. fo.111.
Cap.inquisitioni. de sent. excommunic. fo.105.col.2.
Cap.finale.de procurat.in.6. fo.56.
Cap.inter cætera.22.q.4. fo.42.
Cap.cum societas.27.q.2. fo.112.3.col.
Cap.obijciuntur.32.q.4. fo.106.
Cap.caue.28.q.1. fo.96.
Cap. omnes causationes.32. quæst.7. fo.114.

RELIQVA QVAERENDA SVNT in indice totius operis fini adiecto.

Perquàm Illustri ac Reuerendissimo

Domino. D. Didaco Couarruuias à Leyua Archiepiscopo sancti Dominici Designat. Alexander Canoua Typographus. S.

ET SI SERA GRATVLATIO NON SOleret alioquin in reprehensionem incurrere, in me tamen excusari, Præsul amplissime, non posset, nisi non modo negligentia nulla, verum iustissima quoq; causa interuenerit differēdæ gratulationis. Nam cum eo tempore, quo te non tam profecto tuo, quàm Dominicani populi bono, ei insulæ antistitem præfectum omnes audiuimus, propediem epitomen hanc tuam in quartum Decretalium librum cogitarem emittere, idq; tertio, decreui non ante lætitiam voluptatemq; animi meam tibi notam facere, quàm perducta ad extremum & absoluta editione libri: quam comitata gratulatio gratior accideret, atq; iucundior. Verum cum varijs casibus & molestissimis occupationibus meis fuerim ab optato illo proposito distractus, nec ante hunc diē prestare potuerim, quod tandiu debere me ferebam grauissime, cum ratio, tum etiā pudor quidam, fortasse sūbrusticus, distulit hoc officij, tibi à me, Reuerendissime Antistes, vel omnium mortalium maxime debitum. Quam ob rem & si sero, ex animo tamen & cupide gratulor tibi, & vt sempiternæ laudi sit tibi tuus iste sacer magistratus, exopto: quod sperare omnes iubet tua in omni & literarum & virtutum genere præstantia, tot priuatis tot publicis rebus & muneribus spectata & cognita, quaq; vna factum est, vt intelligant omnes & prędicēt, & si titulus iste Archiepiscopi sit amplissimus, res vero ipsa præclara atque magna, multo tamen plus oneris tibi, quàm honoris adiectum. Faxit Deus Optimus Maximus, vt tāto tot virtutum tuarū fructu Respub. possit quàm diutissime frui: non enim dubito, quin & is fructus & tua in omnibus merita, Principem optimum & Religiosissimum inuitent, quo magis tantā rerum humanarum diuinarumq; scientiam: prudentiam: tantam religionem ac fidem, quam maxime in excelso & propinquo sibi loco sitam atq; collocatam velit. Vale iuris & religionis clarissime antistes, & hoc opus tuum, quod reddimus, quasi si daremus, hilaris & placidus accipito, neq; enim vllo alio digniore munere, quam tuo teprosequi potest quisquam: & Alexandrum tuum tibi multis beneficijs deuinctum atq; obstrictum, vt semper bonitate tua potius, quàm suo merito fecisti, & nunc ama. Salmāticę ex nostra typographica officina Quinto Nonas Iulias.

1556.

Ad Lectorem.

HERVNT FORTASSE, BENEVOLENtissime Lector, qui huius nostri instituti rationem exigere velint, causasq; requirant, cur in hanc Iuris Pontificij partem commentarios ediderim, eosq;, omissa cuiuslibet capitis paraphrasi, quæ vtilior quibusdã videretur, ad summam redegerim. Quibus non iniuria vitæ, & studiorum ratio reddenda est. Annis nanq; duodecim in vtriusq; iuris priuata relectione exactis, admissus ipse ad hoc selectissimum, totiusq; orbis celebratissimum collegium, quod in hac academia Salmanticensi admodum Illustris, ac reuerendissimus vir Didacus à Muros Ouetensis ecclesiæ Præsul meritissimus, sanctissimo humani generis Saluatori dicauit, Doctoris tandem Decretorum Laurea anno Millesimo Quingentesimo Tricesimonono: ætatis vero Vicesimosexto, insignitus, cùm post biennium honorario publice accepto, munus iura Pontificia interpretandi nactus essem, librum Quartum Decretalium statim prælegendum assumpsi: ex cuius interpretum varia lectione cognoui operæpretium me facturum, si, quæ apud Iuris Pontificij, ac Cæsarei Doctores, necnon apud Sacræ Theologiæ professores sparsim circa eundem tractatum legissem, ad breuem quandam resolutionem præuia rationum cognitione reducerem. Qua in re veterum parsimoniam, prolixosq; nimis, ac sæpissime diffusos, quanuis multæ, ac variæ lectionis, Cardinalis Alexandrini cõmentarios ex professo fugere curaui. Nec temere capitum distinctam adnotationem omisi: sed nè mihi forent eadem sæpius repetenda, vtq; ab extraneis quæstionibus recederem, quæ in proprijs sedibus traditæ Lectorem erudiunt facilius, & suauius delectant: locis autem alienis congestæ fastidium generant, atq; nauseam prouocant, Phrasin eam, quæ nobis sorte cõtigit in ipsis ordinarijs lectionibus, expolire noluimus, quo facilius ab omnibus hi nostri commentarij legi possint. Nec tamen eam sequimur, quæ barbaris dictionibus onusta, absq; vllo delectu passim in veterum glossematis sese obtulit. Lege igitur hæc nostra, & quæcunque sint boni consule, ac perpetuo

VALE.

HVIVS igitur operis, candide Lector, duæ erunt partes: quarum Prima de sponsalibus. Secunda de matrimonio tractabit. Rursus primam in quinque capita diuidimus, quibus sequentia explicabimus. Primum, sponsaliorum definitionem. Secundũ, ætatem ad spõsalia requisitam. Tertium, quibus verbis sponsalia cõtrahantur. Quartum, sponsaliorum effectum, & quo pacto ipsa sponsalia in matrimonium transeant. Quintum, qualiter sponsalia disloluantur.

EX CAP. SEQVENTI.

1 Sponsaliorum definitio, & eiusdem nominis ratio.
2 Sponsalia etiã dici munera, quæ ab sponso sponsæ dari solent. 1
3 Sponsalia proprie dici, quæ de futuro appellamus, quandoq; tamen & id vsu frequentiori, quæ de præsenti iuris Pontificij professores appellant & nu.5.
4 Sponsa ante nuptialem benedictionem, vel carnis copulam: vxor verò postea a sacra scriptura, canonibus, & communi appellatione, dicitur.
5 Intellectus ad.l. non sine. C. de bonis quæ liberis.
6 Vlpianum in.l. Si vxor. §. diuus. ff. de adult. in sponsa. de futuro intelligendum esse.
7 Intellecta, atq; exactè perpensa verba Barto. in eodem. §. diuus.
8 Adulterium minime cõmitti cum alterius sponsa, quam de futuro appellamus.
9 Verus Vlpiani sensus in.d. §. diuus.
10 Eiusdem interprætatio in. §. Si minor. sub eadẽ lege.
11 Papiniani non inelegans intellectus in. l. miles. §. quærebatur. ff. de adult.
12 Percutiens clericum cum sponsa fornicantem an sit excommunicatus sententia canonis.
13 Filius natus ex fornicatione, cum alterius sponsa de futuro contingenti, adulterus non est.
14 Qui cum alterius sponsa de futuro fornicatur, in interiori animæ iudicio, non tenetur hanc qualitatem in sponsaliorum sacerdoti iudicare.
15 Regia lex. 2. tit. 15. lib. 8. ordina. ad vnguem exponitur.
16 Verus ac germanus sensus. l. sciendum. ff. ad. l. Pompe. de parricid.

CAP. PRIMVM.

SPONSALIA, autore Florentino, sunt futurarum nuptiarum promissio. ex eo sic dicta, quod veteres per stipulationem futuras sibi vxores sponderent. l. 1. & 2. ff. de spon. l. sponsio. ff. de verb. sign. & ibi Altiat. c. nostrates. 30. q. 5. & hæc quidem sæpissime præcedebant nuptiarum fœdera, quæ varijs gentium moribus solenniter sanciebantur. Nam & Lactantius Firminia. lib. 2. diuina. instit. c. 10. autor est, aqua, & igni nuptiarum fœdera contrahi solere, eo quod humore, ac calore animantium fœtus corporentur. Cuius solennitatis meminit Iurisconsultus in. l. penult. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. vbi Budæus id eleganter explicat & Plutarchus in problematis Romanis cap. 1. * Dionysius Halicarnass. lib. 2. Romanarum antiquitatum* qua in re, qui priscorum ritus nosse cupit, legat Quintum Curti. lib. 8. vbi agit de Alexandri, & Roxanes connubio. Alexan. ab alexan. dierum geniali. lib. 1. cap. 24. Virgi. Polydo. de inuentio. rerum libro. 1. cap. 4. Ludo. Cælium. lectio. antiqua. libr. 15. cap. 15. & 17. Nobis, qui Christi fidem profitemur, satis sit ab ecclesia sancitum esse in nuptijs contrahendis morem, religioni maxime conformem,

quem tradit text. in cap. aliter. & cap. nostrates. & cap. fœminæ. 30. q. 5. neq; is ad vinculi coniugalis effectum attinet. vt probat text. in cap. 1. de sponsali. cum communi doctorum intellectu. Huic etiã sponsaliorum significationi aptari potest alia ratio, qua constat sponsorem dici eum, qui pro alio promittebat, & inde sponsalia dicta, quia is, qui vxorem ducturus erat, non ab ipsa, sed ab eo vnde ducturus erat, nẽpe a patre, vel a fratre stipulabatur, eã in matrimonium ductum iri. vt ex Aulo Gellio lib. 4. cap. 4. deducit Altiat. lib. 1. parerg. cap. 2. Quibus & illud adijciẽdum est: sponsalia etiam dici munera, quæ ab sponso sponsæ dabantur
2 l. 1. C. si nupti. ex rescript. petan. & in rubri. & l. 1. C si rector prouinciæ sponsalia dederit. libro. 3. C. Theodosiani. Sic primo regum cap. 18. scribitur, non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centũ præputia Philistinorum. *Quin & Varro lib. 5. de lingua latina scribit, olim à veteribus pecuniam nuptiarũ causa sponso promissam, dictam fuisse sponsam.*

Non tamen inficior sponsalia dici quandoq; non tantum futuri coniugalis consensus promissionem, quã spon
3 salia de futuro magistra voce appellamus, verum ipsam mutui coniugalis consensus dationem, quam sponsalia de præsenti dicimus: vnde sponsam eam dicemus, quæ vere matrimonio addicta est. quod sacra scriptura, & iura canonica passim obseruant. c. tertio loco. de præsumpt. c. 2. c. fin. de sponsi. duo. c. coniuges. c. qui desponsatam 27. q. 2. non ex eo tantum, quod futura traditio corporum promittatur, vt existimat Abb. in cap. pe. de sponsa. & Feli. in rubr. de sponsa. 2. colum. sed ex eo quod matrimonium per sponsionem, id est per stipulationem, vt moris est, contrahatur, per interrogationem, & responsionem. c. pe. de sponsi.

Quod etiam apud veteres fieri solebat, siquidem vxor interrogabatur à viro, an vellet sibi esse materfa. rursus vir ab vxore interrogabatur: an vellet sibi esse paterfami. autore Boetio libr. 2. Topico. quem Altia. retulit in. l. pro nunciatum. §. matrem. ff. de verbo. significatio. & Tiraquel. de legib. connub. l. 3. colum. 3. Hinc nostrates vxorem ab sponsa, quæ coniugalem con-
4 sensum præstitit, hoc solo distinguunt quod vxor post nuptialem benedictionem, & solennitatem, seu carnis copulam dicatur: antea vero sponsa. appelletur. c. ex publico. de conuers. cõiug. quam significationem diuina etiã scriptura obseruat, & eam frequens vsus recepit. secundum Abba. in dicto cap. ex publico. vbi tex. ea vtitur. notat Ancharra. consil. 21. colum. penul. Felin. in rubri. de sponsa. optime Deci. consil. 540. sed & has sponsas quandoq; dici coniuges, vel vxores constat, non re præsentium sed spe futurorum, ex eo quod propter fidem, quam in desponsatione dederunt; postea efficiãtur vere vxores. c. sic quippe. 27. q. 2. vbi Gratia. ex pluribus autoritatib⁹ hoc ipsum probat, cuius est locupletissimus testis Hierony. aduersus Heluidiũ de perpetua virginitate beatæ Marię. 2. Tomo.

Verum

Verum apud Iurisconsultos proprior, ac frequentior est prima sponsaliorum, atque sponsarum significatio, qua spõsas propriè intelligimus, quas de futuro appellamus: quod Abba. Anto. & Feli. in rubr. de sponsa. & Cõrra. Lagus in methodica iuris. titu. de nupti. fatentur.

Ex quo infertur primo intellectus ad. l. non sine. C. de bonis, quæ libe. vt intelligẽda propriè sit in sponsis de fu-
5 turo, quibus sponsalitia largitas ita cõuenit, vt minime de hoc dubitare liceat. l. cum veterum. C. de dona. ante nup. Auth. vt sponsi. largit. collat. 8. Regia. l. 2. tit. 11. part. 4 nam de sponsis de præsenti iam idem statuerat. C. de bonis quæ lib. sub nomine viri, & vxoris.

Secundo ex his patet. l. si vxor. §. diuus. ff. de adulte. dum coitum alterius cũ sponsa vindicare permittit, in sponsa, quam de futuro vocamus, intelligendam esse, vt propriam iurisconsultorũ significationem sequamur. Nec huic interpretationi Barto. ibi aduersatur dicens spem matrimonij, quam ibi violari prohibet lex, intelligi quando sponsalia iam sunt cõtracta de prę-
7 senti: non enim exigit Barto. sponsalia, quæ nos de præsenti vocamus esse contracta, sed contractum sponsaliorum iam præcessisse cum promissione præstandi futurum consensum cõiugalem, vt spes matrimonij posset dici. Nam alias, inquit ipse, sponsalibus non præcedentibus nõ dicereru spes matrimonij ex eadem. l. §. si quis vxorem. vbi maritus non accusat vxorem propter adulterium, quod commisserat ante matrimoniũ cõtractum cum ibi nulla sponsalia ipsum matrimoniũ præcesserint. Nec decet opinari ita ineptum Bartol. sensum fuisse, vt minime putaret spem matrimonij dici post sponsalia futurum matrimoniũ promittentia. Id vero constat. Bartol. aduertisse non posse dici spem, nisi ex aliquo actu præcedenti: quod probat text. vbi Bartol. in. l. quod seruus. ff. de condictio. ob caus. Bartol. idem in. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verborum obligatio. quæst. 6. Abb. & Imol. in cap. 2. de renuncia. optime Aymon. Sauillianus consil. 11. colum. 2. & 3. sensit text. in. l. non solum. §, si libertus. ff. de excusatio. tuto. Sic etiam dictam. l. vxor. §. diuus intelligit gloss. in cap. quemadmodum. verb. sponsam de iureiuran. Abb. & Præp. in cap. discretionem. de eo, qui cogno. consi. vxor. Oldra. & Alber. in. l. miles. §. quærebatur ff. de adulte. Quæ omnia non temere adduximus: sed vt quosdam obiter ostenderemus allucinari, quippe qui in sponsa de præsenti dict. §. Diuus. intellexere, quorũ primas obtinet gloss. in cap. si vero. in. 1. de sentent. ex commu. ibi recepta communiter. Ana. in capit. 1 de adulte. Feli. in rub. de sponsi. 2. colum. id certe falsum, & ab illius legis vero sensu, est alienum. Qua lege sic perpensa quidam probare conantur adulterium commiti cum alterius sponsa de futuro. gloss. in dicto cap. quemadmodum Abb. & Præp. in dicto cap. discretionem. Oldrad. & Alberi. in dict. §. quærebatur. pro quibus videri potest text. sub eadem le-

ge. si vxor. §. si minor. vbi iure sponsi potest quis adulterium cum propria spōsa commissum accusare, quamuis iure mariti nō posit: ergo adulterium cum spōsa alterius cōmittitur. Quod tantum abest vt probem, vt apertissi-
8 mis argumentis id falsum esse conuincam. Primum enim à definitione adulterij argumentum assumo. Est autem adulterium, coitus mentalis, vel realis, per quem alterius thorus violatur. c. lex illa. §. adulterium. 36. q. 1. l. inter. §. 1. ff. de adult. l. inter stuprum. ff. de verbo. signific. & colligitur hæc definitio ex diuo Thom. in. 2. 2. q. 154. arti. 8. glo. in rubr. C. de adulte. Docto. in rub. infra de adult. sed coitus cum sponsa nō violat thorum alterius: ius enim sponso non competit accedendi ad sponsam ante coniugalem consensum expressum, vel tacitum: igitur non erit adulterium coitus, cum spōsa alterius contingens. Secundo eadem. l. inter. asserit adulterium solum cum nupta committi: sponsa vero nupta non est: ergo coitus cum ea adulterinus minime censetur. quod etiam probat dicta l. si vxor. §. si quis vxorem. Tertio eandem opinionem probo autoritate gl. in cap. quidam desponsauit. 27. q. 2. quæ negat adulterium committi cum sponsa alterius de futuro. gloss. etiam in dicto cap. discretionem. cum sponsa tantum de præsenti adulterium cō-
10 mitti, notat. vbi Cardin. hanc opinio. aperte sequitur. idem probat gloss. in cap. si vero. in. 1. de sentent. excommuni. quibus conuenit, quod Anto. in dicto cap. discretionē notat dicens adulterium committi ex iniuria illata vinculo matrimonij, etiā ante copulam. idem tenent Ana. in dicto capit. 1. de adult. Felin. in rubr. de spon. 2. colum. ac Ioan. Lupi. huius sententiæ esse videtur in rubr. de donat. §. 20. in princip. Mihi tamen hoc ipsum asserenti obijciet statim lector, me contraria opinari, quippe qui. §. Diuus. in sponsa de futuro intellexerim, & negem cū ea adulterium committi. Cui ego respondeo, ex rescripto Imperatoris licere sponso coitum alterius cum sponsa vindicare per text. in dicto. §. diuus. non tamen ex eo quod ille coitus sit adulterinus: sed vel quia iniuria atrox sponso infertur, propter spem matrimonij, vnde sponsus non vindicat hanc fornicationem, eo quod sit adulterium: sed ratione atrocis iniuriæ sibi
9 illatæ: quemadmodum iniuriam sponsæ illatam vindicare licet ob eandem matrimonij spem. l. item apud Labeonem. §. sponsam quoque. ff. de iureiur. vel saltem in dicto. §. Diuus. sponsus non vindicat illam fornicationem iure adulterij. quod mihi sat est. atque hunc opinor esse verum sensum dicti §. Diuus.

Non obstat. §. si minor. sub eadem. l. quia loquitur in accusatione, quæ fit iure sponsi non iure adulterij, quod aperte ex eius litera constat. Vel erit il-
10 le text. intelligendus in sponsa ad domum traducta: cum qua ex illa traductione consensus coniugalis saltem tacitus intercesserat: cum illa esset nubilis, malitia supplente ætatem. vt ibi cō stat. & probatur hic traductionis effectus in. l. mulierem. ff. de ritu nupt. a lege tamen sponsa appellatur ante duodecimum annum traducta: non vxor: quia lex illam ætatem vxoribus statuerat. l. in sponsalibus. ff. de spōsalib. quā ætatē malitia præueniri posse quo ad vxoris nomen lex ciuilis minime permiserat: imo etiam nuptam ante duodecimum annum non appellari vxorem, donec duodecimus annus sit cōpletus, probat. l. minorē. ff. de ritu nupti. & sponsalibus præcedentibus si nuptiæ sequantur ante duodecimum annum solenniter, nomē sponsaliorum, & sponsæ adhuc durat. l. quæsitum. ff. de sponsalib. tametsi ad matrimonij vim malitia ætatem suppleat: quod alibi trademus.

Ex his subinfertur intellectus ad tex. in. l. miles. §. quærebatur. ff. de adulte. dum dicit eum non esse adulterū, qui
11 sponsam alterius accepit vxorem, & cognouerit carnaliter: nam idē est dicendum si cum ea absq; coniugio fornicetur: quāuis iniuriam irroget sponso: ob quam vel iniuriarum actionem in iudicium sponsus deducere poterit vel iure sponsi illud crimen vindicare non iure mariti, nec ratione adulterij.

Secundo ex eadem assertione con-
12 stat, quod quamuis clericum cum vxore fornicātem percutiens, nō tenetur absolutionem excōmunicationis petere, à summo Pōtifice. c. 3. ad fi. de sen. excō. eam tamen petere debet ab ipso Romano Pontifice clericum, cū sponsa de futuro fornicantem, percusserit. vti sensit gl. ab omnibus approbata in dicto. c. 3. sed ratione iniuriæ, quæ ipsi sponso infertur ex hoc crimine, credere ipsum excusari, & satis esse ab episcopo eundem absolui: nam & ex eodem. c. apparet percutiētem clericum cum sorore fornicantem excusari.

13 Tertio hinc patet, filios ex tali fornicatione natos non esse adulterinos: quod ad plurium legum, & canonum intellectum plurimū conducit. Quarto colligitur ex his eum, qui cum alterius sponsa de futuro fornicatus fuerit, non teneri ad cōfitendum sacerdoti hanc circūstantiam, seu qualitatem sponsaliorum: nec ipsammet spōsam ad hoc astringi: cum hęc qualitas spe-
14 ciem peccati non mutet: omnibus tamen iniuriam passis satisfactio debetur. receptum enim est frequētiori calculo, circunstantias, quæ non mutant criminis speciem, non esse reuelandas sacerdoti in interiori animæ iudicio. Tho. in. 4. distin. 17. q. 3. Floren. 3. par. tit. 17. c. 17. §. 5. Sylvest. verb. confessio. 1. q. 9. & verb. circunstantia. ac Martinus Nauarrus, quē præceptorem Salmanticæ habuimus: at nunc Coimbricæ non vulgari stipendio ius canonicum profitētem; propter eius summā iuris vtriusq; sapiētiam, & mores integerrimos, veneramur. is inquā in. c. cōsyderet. de pœnin. dist. 5. in princ. dum tractatū de circunstantijs exactissima diligentia expendit, hāc communem opinionem probat. Quinto consequitur ex supradictis, pœnas à canonibus legibusue, pro adulterij crimine speciatim designatas, locum non habere pro coitu cum alterius sponsa ante cōiugalem cōsensum perpetrato, quam

assertionem plurimũ coadiuuant Regiæ leges. vna sub tit.15.lib.8.in ordina. quæ. 2. est altera. 81. inter leges Tauri sancitas. Dicta tamẽ.l.2.exigit ad adulterij pœnas ipsos sponsos, qui coniugalem consensum præstiterunt, constitutos fore in ętate perfecta, duodecim annorum in fœmina, quatuordecim in viro, per canones ad matrimonium requisita: quasi lex illa velit sancire pœnas adulterij non habere locum quando violatur matrimonium, quod ante perfectam ætatem contractum, malitia supplente ætatis defectum, verum matrimonium iudicatur: nam, vt alibi dicemus, si fœmina ante ætatis annum duodecimũ, discretionem habens contrahat matrimonium, & ex eo quod ab alio quam à merito cognita fuerit, appareat apta matrimonio, verum cõ
15 iugium iudicatur. glos. & ibi Doct. in c. vno. §. 1. de despon. impub. in. 6. sequitur eam Præpo. dicens esse communiter approbatam in c. de illis. in. 2. eod. tit. & tamen lex illa regia hoc casu non videtur permittere adulterij accusationem, quam oporteret permitti saltem iure sponsaliorum sicuti permisit Iurisconsultus in dicta lege si vxor. §. si minor. quo fit, vt Regia lex sit intelligenda. Primo vt verum adulterium, commissum tamen ante ætatem nubilem à iure diffinitam, lege Regia impunitum sit: quod probare videtur Regia lex. 4. tit. 19. par. 6. atq; etiam. l. si minor ff. de adult. ita vt licet iure communi huius criminis accusatio spõsaliorum iure sit permissa: adulterij vero ratione prohibita, ex dict. l. si minor. adiuncto. §. si minor. l. si vxor. iure tamẽ Regio omnino impunitum sit adulteriũ commissum ab spõsa de præsenti, malitia ætatis defectũ supplente: imo eadem Regia lex probat immunem esse fœminam maiorem ætate nubili adulterium committentem, si sponsus minor sit quatuordecim annorum: quod durum est, si ipse sponsus matrimonio aptus sponsalia de præsenti contraxerat. Vnde secundo Regia lex intelligi potest, quando sponsus nondum erat perfectæ ætatis ad matrimonium, nec ex eius parte constabat potentia ad carnalem coitum: tametsi sponsa potens ad eum esset: quo casu matrimonium non est, ideo nec adulterium committitur: non enim arbitror velle legem illam impunitum relinquere adulteriũ commissum cum sponsa de præsenti, quæ viri potens est ante duodecimum annum, si ipse sponsus ætatis sit perfectæ, vel coniugio aptus ex præmatura potentia coitus: cum in his casibus verum matrimoniũ contractum fuerit.

Necobstant leges prohibentes minores nubili ætate accusari de adulterio, quia ex præsumptione procedũt: quasi non sit vero simile luxuriẹ crimẽ ab eis committi: nec prohibent accusationem omnino, sed præsumptionẽ innocentiæ inducunt: non tamen inficior adulteros minores ætate nubili, non ita acriter, vt maiores, puniendos esse, etiã adulterio vere probato. Tertio potest lex Regia intelligi, vt etiam vere adulterio commisso, in hoc casu marito non liceat occidere adulteros, nisi ipsum matrimoniũ iam inter maiores

iores nubili ætate constet, etiam si malitia supplente ætatem, sit illud verum coniugium, quod lex induxit propter defectum ætatis.

Tertio principaliter ex præmissa spõsaliorum cognitione deducitur inter-
16 pretatio vera. l. sed sciendum. ff. ad. l. Pompe. de parri. vbi Iurisconsultus asserit legem Pompeiam in sponsis locũ habere, vt intelligamus sponsos illos, qui promiserunt præstare coniugalem consensum, quos de futuro appellamus: nam in sponsis de præsenti apertè id cautum, & expositum fuerat in. l. 1. ff. ad legem Pomp. de parri. notat. gloss. in. §. alia. institu. de pub. iudic. vbi probatur in occidente vxorem locum habere legem Pompeiam: atque eadem ratione in vxore occidente virum idem seruabitur: sicuti probatur in dicta. l. 1. & eleganter expressit doctissimus ille vir, qui Alphonsi Regis imperio leges, quas Partitas Hispani vocamus, cõcinnauit in. l. 12. ti. 8. par. 7.

Denique, vt summatim agamus, cum de sponsis mẽtio occurrerit in aliqua lege, aut alia quauis parte, quæ explicãda sit, de his intelligendum est qui nondum matrimonium contraxere coniugali cõsensu præstito: ni aliud suadeat communis, ac frequens vsus loquendi, eiusue intentio, qui legem condidit, contractum aut testamentum fecit: qua in re præter Feli. in rub. de sponsa. legito Paul. Parisi. consil. 62. colum. 3. volumi. 4.

EX CAP. SEQVENTI.

1 AEtas septem annorum ad sponsalia requisita præmaturo iudicio, ac malicia suppleri, & præueniri potest.

2 Sponsaliorum contractus annum septimum ita completum exigit, vt inceptus minime sufficiat.

3 Sponsalia ante septennium contracta ex consensu tacito, post septennium conualescunt.

Caput secundum de ætate ad sponsalia requisita.

1 AETAS vero ad sponsalia contrahenda non ita matura, ac prouecta vt ad matrimonium exigenda est: cum sit satis ipsos sponsos quid agant intelligere: vt inquit Iurisconsultus in. l. in sponsalibus. ff. de sponsa. septem annos requirens: quod iura canonica passim probant. c. literis. ac accessit. c. ad dissoluendum. de despon. impube. adeo vt, nec malitia contrahentium præueniri hanc ætatem posse, existimet Abb. in. c. iuuenis, de spõ. quia vbi certa ætas ad intellectum, & discretionem requiritur à iure, nõ potest suppleri malitia, nec præcoci iudicio. l. qua ætate. ff. de testa. ex communi intellectu: quem etiã sequitur Frãc. in rub. de testa. in. 6. vers. primo prohibetur. sensit gloss. in c. si pater. verb. impuberes. de testam. in. 6. vnde si impubes ante legitimam ætatem religionem profiteatur solenniter, professio est nulla. c. 1. de regul. in. 6. etiam si maximè discretus sit puer, ac doli omnino capax gloss. ibi communiter approbata. in cap. postulasti. de regul. quam Abb. sequitur in. c. significatum. eod. titu. idem notat Cardin. in Clemen. fi. de ætat. & qualit. quæst. 3. Abb. in cap.

atteſtationes.de deſpõſa.impube.Syluest.verbo.religio.2.quæſt.12.& verb. religio.3.queſt.2. & Caieta. verb. votum. verſic. imperfectum. His ergo probari poteſt Abb.opinio.in dict.ca. Iuuenis. cui etiam ſuffragatur Regia l.6.titu.1.part.4. quæ dum matrimonij mentionem facit, ætatem malitia ſuppleri dicit: ſed vbi de ſponſalibus loquitur, de ſupplenda ætate verbum nullum: erit tamen dicta lex reducenda ad canonum deciſionem. Eandem Abba. ſententiam ſequitur Brunellus in tracta.de ſponſalib. concluſ.4. Sed Bernard.in dict.cap.iuuenis. contrarium palam aſſerit dicens in caſu illius text. ſponſalia ante ſeptennium valida eſſe: quia malitia ætatis defectum ſupplebat: & quamuis quo ad intellectum illius text. non recipiatur. gloſ. illa: tamen in hoc dicto communiter eam probari, teſtatur ibi Præp. quæ quidem opinio probatur ex ratione Iuriſconſulti in dict.l.in ſponſalibus, dicentis ſatis eſſe ſponſos quid agant intelligere: igitur ſi præcocis iudicij paruulus quid in hoc contractu agat ſatis intelligit, non video cur ætas exacte expectanda ſit: nam & ea ratione, qua ante ætatem matrimonio deſignatam præ matura potentia ad generãdum ipſum ætatis defectum ſupplet, in ſponſalibus ipſe intellectus idem efficiet: quo fit, vt gloſſ. opinionem verioré eſſe exiſtimem: quam etiam Thom. aſſerit.in.4.diſtinct.27. quæſtio.2.articul.2.gloſſ.in cap. ſponſam. de ſponſalibus. Ioannes Andre. Dominic. & Franc. in capit. vno. in princip.de ſponſalibus.in 6. Bald.conſil.44.in.4.volu.

2 Hæc tamen ætas ſeptem annorum ita perfecta eſſe debet, vt non ſufficiat ſeptimum annum eſſe inceptum, niſi completus ſit capi. literas. & capi. ſequenti de deſponſ. impube. & poteſt ſuaderi ex verbis iurium, quæ exigunt ſeptem annos in contrahentibus ſponſalia, quo quidem caſu non eſt ſatis annum eſſe inceptum, ſicut eſſet ſi iura permitterent ſponſalia contrahi poſſe ab exiſtentibus in ſeptimo anno gloſſ. quæ ita diſtinxit in clementi. fina. de ætate. & qualita. ibi ab omnibus recepta. Bartolus, & alij in.l. ſi cui legetur. ff. de legatis primo. Abb. in cap. cum in cunctis. in princ. de elect. Felin. in cap. cum viceſimum. de offic. deleg. colum. penulti. quam diſtinctionem communem eſſe fatetur Corne. conſ. 213. in primo volumi. dies tamen vltimus anni vtroq; caſu ſufficit etiam inceptus, licet nondum ſit completus. l. qua ætate. ff. de teſtam. quam ad hanc rem allegat Abb. in cap. atteſtationes. de deſponſa. impub. ætas vero ſeptem annorum ex eo ad ſponſalia ſufficiens videtur, quod voluntas, quæ in naturali conſenſu quieſcit, cadit in impuberem, qui ætatem ſeptem annorum compleuerit. l. ſi infanti. §. vlti. iuncta. l. potuit. C. de iure delib. tradit Zaſius in.q.2.de Iudæis.

Cæterum ſi ſponſalia ante ſeptennium contrahantur, & nulla ſint: poſt ſeptennium tamen conualeſcunt, ex
3 tacito etiam conſenſu ad ſponſalia deducto. gloſſ. quam ibi notant Abb. & Docto. in cap. literas de deſponſa. impub. probat text. ſecundum Abb. ibi. in cap. duo pueri. eod. titu. & in cap. vnico. in princ. eod. titu. in. 6. hic enim conſenſus ad hunc contractum ſponſaliorum ſufficiens eſt.

EX CAP. SEQUENTI.

1 Sponſalia contrahuntur verbis, ex quibus futurus coniugalis conſenſus promittitur.
2 Sponſalia verbis præſenti conſenſui aptis contracta, quæ tamen ætate impediente non poſſunt eſſe de præſenti, ex iuris interpretatione erunt de futuro.
3 Verratio ad text. in cap. vnico. §. 1. de deſponſ. impub. in. 6.

Caput tertium, Quibus verbis ſponſalia contrahuntur.

1 HIS verbis, quibus ad futurum matrimoniũ conſenſus promittitur vera ſponſalia contrahuntur. c.penul. vbi notant Abbas, & Præp. c.
2 ex literis. S. Syluani. cap. ſicut. de ſpon. cap. iurauit. de probat. & ibi Abb. illis autem verbis, quibus coniugalis conſenſus ſignificatur, impediente tamen ætatis defectu, legitimus ad matrimonium non cenſetur, cõtrahuntur ſponſalia iuris interpretatione: quamuis ex conceptis verbis matrimonium cenſendum foret cap. vnico. §. 1. de deſpoſ. impub. in. 6. & ante illum text. probatur idem in capit. à nobis ſecundum Præp. ibi & in cap. atteſtationes. & in cap. fina. eod. titu. tametſi ex antiquioribus quidam nec ſponſalia contrahi exiſtimabant, quando minores ætate ad matrimonium requiſita, per verba coniugio apta contraxerunt: ex eo enim, quod actus intentus minime valebat, vt matrimoniũ impediente ætatis defectu, nec valere debebat ille actus eo modo, quo fieri poterat: nẽpe vt ſponſalia: quemadmodum diſputat gloſſ. in. d.c. à nobis. cuius controuerſiam refert gloſ. in. c. vnico. de deſpon. impub. in. 6. verſi. de futuro. Nec videtur procedere illius tex. deciſio: ſi aduertamus ad opinionem Bart. quæ communis eſt in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. vbi ſcribit per illum text. actũ eo modo, quo agitur inualidum, minime valere eo modo, quo fieri recte potuit, ſi tractetur de obligatione contrahenda, quę à duorum voluntate pẽdet. idem probare videtur text. in l. eo tempore. verſi. fideiuſſorem. ff. de peculio. & lege. 1. §. deinde. ff. quod iuſſu, cum ergo actus hic pẽdeat à voluntate duorum, & agatur de obligatione contrahenda, nec vt factus eſt, valere potuit, ſcilicet, ad matrimoniũ, nequaquã prodeſſe debet ad ſponſalia, quæ cõtrahi recte poterant: qua ratione ne ab illius. §. 1. deciſione diſcederet noſter Coryphæus Panor. in cap. cum ſuper. de offic. delega. illum text. contra Barto. & communem notat ab eadem opinione recedens. Verum quia Bart. opinio iure recepta videtur, conuenit, vt ad illum text. in dict. §. 1. aliquot ra-
3 tiones aſsignemus, ne ſubuertat quæ diu à Iuriſcõſultis recepta ſunt, & primo Alex. col. 3. Socin. col. pe. Iaſ. nu. 19. Lanc. Galiaul. concluſio. 7. in dict. §. ſi quis

quis ita.& Fran.in.d.c.vnico.§.1.col.1. Anto.& Præp.in.d.c.a nobis.& Feli. in c.cum super.col.3. intelligere videtur.tex.in.d.§.1. quando actus non valet,vt agitur, ex defectu causa efficientis,id est,personæ,quo casu actus efficiens in causa efficienti valet eo modo quo agi potuit, si non valet, vt agitur, etiam si tractemus de actu à duorum voluntate dependenti. atq; ex Bart. in dict.§.si quis ita. colligunt hunc intellectum iuniores quidam paulo ante citati. Bart. tamen loquiturquando tractatur de obligatione dissoluenda, fauore liberationis: tunc etenim actus, qui non valet, vt fit ex defectu personæ,& sic causæ efficientis,valet eo modo,quo fieri potuit. l. quacunq; ratione.ff.de procurat.non autem loquitur Bart. quando agitur de contrahenda obligatione:vt ibi perpendunt Altiat. 7.conclus. & Crot. conclus.8.qui allegat tex.in.c.ex parte.de conc.præb. & in.l.maritus.C. de procur. ad probandum, quod actus inualidus, vt fit propter defectũ causæ efficientis, non valet, vt fieri poterat, quando agitur de obligatione contrahenda.& quamuis Crotto respondere poteram, tamen quia hoc ipsum est, quod Bart.voluit, atq; in dubium reuocari poterat communis opinio, quod modo tractare non vacat. Sit secundus intellectus ad text. in.d.c.1.§.1.vt procedat matrimonij fauore.qui fortasis quibusdam nõ placebit,quippe quibus huiusmodi responsiones ratione iusta destitutæ minime applaudeant.Potest igitur tertio ille tex.intelligi, vt eius decisio locum habeat optimo iure, quia sub contractu matrimonij etiam sponsaliorum conuentio comprehenditur,vbi enim id quod fieri poterat sub eo, quod fit includitur, actus inualidus eo pacto, quo fit, valet eo, quofieri poterat. l. tã angusti.ff.de seruit.vbi Aug. Alberic. Flori.& communis hoc ipsum notant & sequuntur Docto. in dict. §. si quis ita.Hinc ergo dari potest ad dict.§.1.decidendi ratio:quam Crott. in dict.§. si quis ita. conclu. 8. reddit. & ante eum opinor Ioan.Mona.& Domi.in dict.c. vnico.§.1.eiusdem sententię fuisse:nec detrectat Henrric. qui in dict. c. à nobis. dixit illum. §. primum procedere ob intentionem contrahentium qui videntur sponsalia voluisse cõtrahere, casu quo matrimonium inualidum foret. Quibus igitur verbis sponsalia cõtrahantur ex dict.regula cõstat, quam diligentius tractabimus, vbi quibus verbis matrimonium contrahatur, explicabimus.

EX CAP. SEQUENTI.

1 Promittens contractum agere,licet nondum ex hoc contraxerit contrahere tamen tenetur.
1 Promittens aliquam fœminam ducere in vxorem,etiam absq; iuramento,eam accipere tenetur præstito coniugali consensu: alioquin mortale crimen committit.
3 Sponsio prima futuri coniugalis consensus præfertur secundæ,etiam iuratæ.
4 Ecclesia nec vult, nec potest secluso consensu eorum,qui coniũgendi sunt, matrimonium efficere.
5 Vera interpretatio cap.requisiuit de sponsa.
6 Matrimonium metu contractum est nullum omnino, etiã si vim passus coactus sit eam vxorem accipere, cui prius coniugalem cõsensum promiserat.
7 Ecclesia tolerat quandoq; minus malum,vt maius euitetur.

8 Simplex fornicatio peccatum mortale est, & iure naturali prohibita.
9 Quæ dicatur concubina, & quo pacto meretrices in republica tolerentur.

Caput. 4. de sponsaliorum effectu,& vinculo.

1 DE spõsaliorum effectu & obligatiõe acturus illud prẹmitto,quod is qui spõsalia contraxerit tenetur cõiugalem consensum præstare, & sic promissum absoluere:in cæteris enim contractibus is qui contrahere promisit, licet nondum ex hoc contraxerit contrahere tamen tenetur.l.si fideiussor.§.meminisse.ff.de leg.1.l.si quis stipulatus sit Stichũ.§.vlt.ff.deverb.obli. qui enim promisit fideiiubere, & si verè fideiussor non sit, tenetur tamen fideiiubere: & qui locare promisit locare tenetur.l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff.de eo quod cert.loco.& qui vendere promisit vẽdere tenetur, notatur in. l. si sterilis. §. penul. ff. de actioni. emp. Bart.& alij in.l.si eum.§. qui iniuriarũ. ff.si quis caut.ex quo patet,promittentem aliquam in sponsam accepturum nondũ sponsalia contraxisse, sed sponsaliorum contractũ promisisse,vt docet Vincen. quem ibi sequitur Ioan. And.in c.si inter.de spon.Henr.in c.is. qui fidem.pe.col.eo.ti.Nicol.Milis.in repert.verbo. sponsalia non contrahũtur,& And. Tiraq.lib.2. de retractu.§. fi.nu.53.longe equidem distat promissio contrahendi ab ipso contractu,etiã si promissio sit facta cũ iuramento, vt tradit Nicol Boe.decis.3.col.1.&.2. dicens ex hoc filiã, quæ iuramento præstito promisit renũciare bonis paternis non teneri ad renunciandũ iuramẽto
2 adiecto, sed satis esse simpliciter renũciare. Qua de re modo nõ disputo,eã tractaturus in c.quãuis pactum.de pactis in.6.in initio.3.par nu.3.Sed tamẽ in matrimonij cõtractu illud constat omnino debere illud cõtrahere eum, qui promisit aliquã in vxorẽ accipere. tex.est in.c.ex literis.S. Siluani.in c.sicut.in c.1 requisiuit de sponsa. & in.c.2. eo.tit.licet in hac promissione iuramẽtum præstitũ non fuerit.probat.tex.in c.de illis in.1.versi.mulierẽ.de despõs. impu. vbi hoc notat Abb.post. Hosti. & Henr. idẽ Abb.in.d.c.ex literis.col. 2.optimus tex.in c.iuramẽti. 22.q.5.vt de mortaliter peccat sponsus qui non vult coniugalem cõsensum præstare. Tho.in.4.d.27.q.2.col.1.Flo.3 par.tit.1. c.18.§.fi.Silu.verb.spõsalia.q.4. & probatur in.c.1.de spõsa.duo notat Feli.in
3 c.1.de pact.6. declarat. Imo iure tenetur quis primã sponsam,cui fidẽ dedit futuri cõsensus absq; iuramẽti religione, vxorẽ accipere,etiam si post prima sponsalia alteri eandẽ fidẽ sub iuramẽti vinculo præstiterit, notãt Inno. Ioã. And.Abb.Præp.& Rauẽ.in c.sicut.de sponsa.Floren.in.d.§.fi.Regia.l.8.tit.1. par.4. quorũ sententia plurimũ probatur ex Tho.& Palu.in.4.d.28.q.1.asserẽtibus sponsalia de futuro nõ effici matrimoniũ ex eo q̃ postmodũ iureiurãdo firmẽtur: vnde in propria quæstione nõ dissoluũtur prima sponsalia per secunda iureiurando præstito contracta.

cta. ad hoc ipsum tendit quod notant Hosti. Ant. Abb. & Hér. in c. veniens. de iureiur. dicentes iuramentũ directe contrarium priori promissioni, quam quis seruare tenetur, temerarium esse, & minime obligare: cum sit in dispendium salutis æternæ, & foueat peccatum mortale, quod committeretur si promissio prior nõ seruaretur, nec aduersatur Inno. ibi quia ipse dicit seruandum iuramentum, & priori promissioni satisfaciendũ esse. vbi innuit non esse omnino priorem promissionem violandam, vt secundum iuramẽtum seruetur: sed iuramentum seruandum esse, quando id non obuiat directe prioris promissionis satisfactioni, casu quo illis satisfiat, si id quod interest soluatur, & hunc ego opinor esse sensum Inno. ex Anto. Abb. & Henr. ibi quamuis Imol. verbis. Inno. mordicus adhærens aliter sentiat.

Ex his opinio glos. in. d. c. de illis. erronea est, dũ dicit sponsos, qui promiserunt coniugalem consensum sine iuramento, nõ esse compellendos à iudice matrimonium cõtrahere: id etenim falsum est, tametsi idẽ asserat Conrra. Lagus. in methodica iuris tit. de nup.

Secundo hinc constat perperam dubitasse Abb. in. c. requisiuit. de sponsa. an peccet sponsus, qui ex sponsione non vult cõiugalem contractũ, quem promisit, perficere. Est enim hæc dubitatio iuris naturalis, diuini, & humani principijs maxime aduersa.

Nec refragatur his, quæ modo diximus, tex. ille memorãdus in. d. c. requisiuit. ex quo constat non esse ab ecclesia cogendos sponsos promissum consensum præstare. in cuius interpretatione illud animaduerto ex Hostiens. Anto. & Præp. in. c. fi. de sponsa. duo. Abb. & Præp. in. c. is qui fidẽ despon. ecclesiã nec velle, nec posse matrimo-
4 nium aliquod constituere sine consensu eorum, quia coniũgendi sunt, quia impediretur finis ad quem tendit matrimoniũ, si aliqui ab ecclesia inuiti cõiungerẽtur: inuitis etenim cõiugibus non bene procederẽt procreatio atq; educatio prolis. item inuiti sic copulati ad alios coitus fornicarios libenter accederẽt: atq; illa animorum societas omnino cessaret. quare cõstat ab ecclesia tale matrimoniũ sine cõsensu iniungi non posse. quod probat efficaciter Franciscus à Victoria religione, quam ex diui Dominici instituto profitetur, insignis, ac eruditione egregia inter primarios sacræ Theologiæ professores censendus: is inquam in relectione, quam Salmanticæ de matrimonij contractu disseruit assertionem hanc
5 pluribus rationibus veram esse ostendit. Ecclesia ergo id statuit, vt sponsi admonerentur, ac censuris ecclesiasticis cogerentur promissum coniugalẽ consensum præstare. vt in capit. ex literis. S. Sylua. de spon. sed cum libera debeant esse coniugia, neque à iudice metus inferri debeat sponsis, ne eorum consensus auferatur, oportet vt hæc sit moderata coactio, vnde si iudex videat sponsum ita obstinatum esse, vt libere cõsentire coniugio nolit potius monitione vti debet quã exactissima coactione, ex qua cõsensus se quutus nec liberesset, nec vere dici cõsensus posset, saltem ad huiusmodi sacramentũ: atq; difficiles infelicesq; exitus è talibus nuptijs euenire par esset: hæc enim vitãda sunt, quemadmodũ Papa in. d. cap. requisiuit, iudicibus ecclesiasticis iniũxit, ne forte eorũ autoritate, atq; indiscreta coactione, matrimonia, quæ nulla sunt deficiẽte cõsensu, adulteria forẽt, vt optime explicat Fortu. in. c. 1. de pact. num. 30.

6 Ex quibus consequens est, quod si sponsus, qui libere sponsalia contraxit metu compellatur illum consensum coniugalem præstare, matrimonium erit nullum ipso iure. quod Abb. notat in. d. c. requisiuit, & Fortu. in. d. nu. 30. qui idem repetit in tracta. de vlt. fine. illat. 20. col. 12. dicens ad hoc esse decisionem singularem in. d. c. requisiuit

7 Secundo subinfertur, ecclesiam quãdoq; tolerare minus malũ præsens ob euitandum maius malum futurum, quod verisimilibus coniecturis speratur, probatur in. d. c. requisiuit, quem text. ad hoc dicit singul. Ioan. Lupi. in c. per vestras. §. 18. nu. 16. optimus text. in. c. inter opera. de spons. vbi ecclesia meretrices tolerat, ob euitandam promiscuam luxuriã in republica, fœdissimasq; cõiunctiones: tametsi meretrices esse, & ad eas nos accedere mortale peccatum sit. c. meretrices. 32. q. 4. etiam si ipsa meretrix soluta sit, & qui ad eam accedit à coniugio, ordine, ac
8 religionis, seu castitatis voto, liber sit: simplex enim fornicatio mortale peccatum est, & iure naturali vetita. vti probat Tho. 22. q. 154. art. 4. idem Tho. in. 4. sent. dist. 33. q. 1. arti. 3. Maior. in. 3. sent. dist. 27. q. 29. Lactan. Firmia. lib. 6. c. 23. glo. per tex. ibi. in cle. ad nostram. de hæret. ad finem. Ioan. à Medina de restit. q. 19. nam & hæresis esset asserere fornicationem, etiã simplicem, non esse peccatũ mortale, quam hæresim egregie cõuincit Alfon. de Castro, vir acutissimo ingenio, ac præsigni eruditione præditus lib. de hęresibus. dictione. coitus. His etiam suffragatur Augusti. homi. 49. à Gratia. relatus in cap. audite. 34. distin. idem deniq; August. in sermonibus de tempore dominica. 22. serm. 2. qua in re audacter nimis nostrates loquuntur, dum Bart. in. l. pe. ff. de concubi. Alexan. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. nume. 13. ff. ad Trebel. & Anto. Rosellus. in tracta. de legitimat. lib. 1. col. 5. asserunt simplicẽ cõcubinatum iure naturali legitimum coitum esse, ad differentiã, adulterij, incestus, & coitus contra naturam, qui illegitimi complexus dicũtur, etiam iure naturę: rectius enim dicerent simplicem concubinatum lege ciuili non puniri: maxime quia etiamiure ciuili simplex fornicatio est illicita, quamuis cum cõcubina. tex. in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ad Morgani. cõtracto. Illud tamen
9 adnotare libet à canonibus antiquis veras vxores dici quandoq; concubinas, eo q; absq; dotalibus instrumentis, cæterisq; solẽnitatibus à iure ciuili introductis fuit coniugium celebratum quod Grati. probat in cap. omnibus &. c. seq. 34. dist. quæ iura inter prima notabilia retulit Catel. Cotta. sacra autẽ scriptura eas fœminas, quas sancti

ſancti patres præter propias vxores carnaliter cognouere, eaſq; in contubernio veluti vxorum ancillas retinebant, promiſcue appellat vxores, vel concubinas: veras tamen vxores præcedenti nuptiarum ſolennitate cõiunctas, nunquam concubinas nominauit, auctore Aug. lib. 1. quæſtionum ſuper Geneſ. c. 90. & Magiſtro in. 4. diſt. 33. explicat idem Aug. lib. 16. de ciuit. dei. c. 34. ſcribens Cethurã verã Abrahæ vxorem peculiari myſterio dici cõcubinam Geneſ. c. 25. Etenim authore Tho. in diſt. 33. q. 1. art. 3. ad. 3. vbicunq; in veteri teſtamento legitur, aliquos ſanctos viros concubinas habuiſſe, oportet dicere, eas illis fuiſſe matrimonio iunctas, & tamen aliquo modo cõcubinas dici, quod aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Nam ſecundum quod matrimonium ordinatur ad ſuũ principalem finem, qui eſt prolis procreatio, ſic erãt vxores. Sed ſecundũ quod ordinatur ad ſecundarium finem, qui eſt diſpenſatio familiæ, & mutua communicatio operum viri, & vxoris, & ſimul cohabitatio, ſic vxores nõ erant, quæ primæ vxori accedebant, ſed concubinæ appellabantur, quaſi ſimile aliquid habentes cum cõcubina, in hoc ſcilicet, quod poterat eijci a lecto, & a domo, ſicut illa, quæ vere eſt concubina. Vnde & de Agar dicitur per Sarã ad Abraham. Eijce ancillam hanc, & filium eius: quam tamẽ prius dederat ipſa viro ſuo vxorẽ. Talis dicitur fuiſſe Bala ipſi Iacob. Geneſ. cap. 35. ſic & doctiſsimus Aloiſius Lippomanus ſuper Geneſ. cap. 22. inquit. concubinæ olim erant, non illegitimæ, & fornicariæ, ſed vxores minime principales, quarum filijs non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non ſacerdotiũ, non primogenitura. munera tantum recipiebant, & mutua ſe charitate complectebantur, & ſeſe iurabant. Hæc Aloiſius. Alibi & frequentius cõcubina dicitur mulier domi in contubernio retenta. cap. non omnis. 32. q. 2. atq; eodẽ pacto iura ciuilia pandectarum, quæ de concubinis loquũtur, intelligenda ſunt, erat enim apud veteres concubinæ nomẽ honeſtum, cum ea loco vxoris haberetur, atq; citra criminis notam: vxor autem minime dicebatur quia non fuiſſet ſolenniter ducta. ex iuriſconſulto. in. l. Maſurius. ff. de verb. ſigni. vbi hoc ipſum notat Altia. Eccleſia igitur, ac totius Chriſtiani orbis catholici prĩcipes lupanaria permittunt, non quòd illud peccatum approbent: ſed vt adulteria, inceſtus, atq; alia luxuriæ crimina cõpeſcant. Nam & diuus Aug. lib. 2. de ordine ſcribit, Tolle meretrices de mundo & Sodomia totus efficietur reprobus. quem Tho. citat. 22. q. 10. art. 11. idem Tho. de regim. princi. c. 14. tribuit hoc Augu. lib. 13. de ciui. dei. Sed & ipſe Augu. li. 14. de ciui. dei. c. 18. dicit terrenã ciuitatẽ licitũ feciſſe ſcortorũ vſum. idẽ Ioã. Echius profitetur in Homil. 1. ſuper. c. 7. Matth. in feſto diuæ Magdalenæ. Hinc Solon Athenienſis, primus emptas meretrices iuuẽtuti cõparauit, vt effuſo illic libidinis impetu quid turpius cogitare deſiſterẽt. quod annotauit

uit Ludo. Cœlius. lib. 8. lectio. antiq. c. 4. & Alex. ab Alex. lib. 4. c. 1. & Alti. in dict. l. Maſurius. Poteſt hoc comprobari ex. c. duo mala. 13. diſt. & ex Ariſt. li. 5. ethi. c. 3. quo in loco inquit: minus malum boni vicem habere, ſi maiori malo comparetur. Nec ſequitur hoc fit, & tamen nec lege ciuili, nec canonica punitur, ergo eſt licitum: hanc enim collectionem deſtruit tex. ſingul. in. l. at ſi quis. §. diuus autem Marcus. ff. de relig. & ſump. fune. quem dixit notabilem. Bald. in. l. 3. C. de ſacroſan. eccl. & ſingul. idem Bald. conſi. 15. in. 1. volum. & And. Tiraq. de iure marit. l. connubiali. 8. optima gloſ. in. c. deinq; 4. diſtin. poteratq; hæc noſtra interpretatio pluribus alijs ſimilibus adductis reddi fortior: quæ omittimus ne præſcriptum nobis limitẽ trãſgrediamur. *Illud tamen obiter adnotamus, aliud eſſe offerre materiam minoris mali: aliud inducere ad minus malum, vt maius euitetur. illud etenim licet: hoc verò peccatum eſt: cum non ſint faciẽda mala, vt euenãt bona, nec minora mala, vt maiora euitẽtur. Nec enim Loth offerendo filias ſuas abuſui impiorum, & offerẽdo materiam minoris mali, induxit impios nec filias ad ſtuprum. Hoc etenim illi non licuiſſet, ſecundum Caieta. 22. queſt. 78. arti. 4. qui Loth à peccato excuſat, authoritate Petri ſcribentis. 2. epiſto. cap. 2. Loth virum iuſtum à nefandorum iniuria liberatum à Deo fuiſſe. idem ex Ambroſio, Chryſoſtomo, & Auguſtino probare conatur Ioã. Arboreus lib. 10. Theoſophiæ. c. 2. His adde quæ tradit Auguſti. lib. vno. de mendacio. cap. 18. & lib. contra mendacium. cap. 7. & 9.*

EX. §. SEQUENTI.

1 Qua ratione ſpõſalia, ſequuta carnis copula matrimonium efficiantur.
2 Præſumptionem matrimonij ab eccleſia inductam, ex copula poſt ſponſalia ſequuta, iuris & de iure cenſeri.
3 Confeſsio probat aduerſus præſumptionem iuris & de iure.
4 An confeſsio in cauſa matrimoniali ſit probatio legitima.
5 Delatio iuramenti in coniugali controuerſia ſit admittenda, an non.
6 Confeſsio minime eſt admittenda contra præſumptionem conſenſus coniugalis, ex coitu procedentem.
7 Indirecta probatio aduerſus præmiſſam præſumptionem admittenda eſt.
8 Ex coitu cum ſponſa matrimonium præſumitur, etiam ſi ſponſa ab alio quam ſponſo cognita fuerit.
6 In conſcientiæ foro defectus conſenſus aſſertione ipſius confitentis probatur: atq; ideo nõ iudicatur matrimonium ex copula, quæ ſponſalia ſubſequitur.
10 Contractis duobus ſponſalibus, ſecunda in matrimonium tranſeunt per carnalem coitum.
11 Coitus prædictam matrimonij præſumptionem inducit, etiam ſi metu conditionali contingat.
12 Qualiter coacta voluntas, voluntas ſit. atq; inibi explicatur tex. in. c. merito. 15. q. 1.
13 Coitus ſponſalia præcedens nil conducit ad cõiugalis conſenſus præſumptionem.
14 Lex regia Tauri explicatur.
15 Matrimonium minime cenſetur, nec dici poteſt conſummatum, propter copulam præcedentem.
16 Optimus intellectus ad cap. 2. de conuerſ. coniugat.
17 Carnalis commixtio cum ſponſa, etiam incerta coniugij præſumptionem inducit.
18 Proteſtatio diſſenſus non impedit dictam præſumptionem oriri.
19 Nixus copulæ hanc præſumptionem minime inducit.
20 Nixus copulæ circa ſponſalia iuris intepretatione de futuro, verbis tamen de præſenti, an aliquid operetur.

§.

§. PRIMVS.

1 NVNC agendum est, qualiter sponsalia in matrimoniũ transeant, & primo cõstat, sponsalia in cõiugium transire per carnis copulam: quæ post ipsa sponsalia inter sponsos cõtingit.c. veniens.in. 2. de spõs.c. Is qui fidẽ.eo. 3 titu. non ex eo, ꝙ canones velint, sine nouo consensu coniugali, ex sola copula matrimonium inter sponsos decernere, sed quia ecclesia præsumit ex illa carnali coniunctione consensum coniugalem: quam pręsumptionẽ merito canones statuerũt ex præmissa cõsensus cõiugalis promissione, & simul ne dicamus copulam illam carnalem esse mortale peccatũ: quod dubio procul dicẽdum esset, nisi inter sponsum & sponsam animarum affectio coniugalis. præsenti consensu, daretur: nec pręsumendum delictum est.l.merito. ff.pro socio.l.Quintus.ff.de dona.int. vir. & vxo. iustis igitur rationibus ecclesia pręsumit sponsum, carnaliter ad sponsam accedentem, præmissam promissionem ad effectum deducere potius, quam crimen velle committere, ad eam fornicario effectu accedendo.

Ex quibus prima deducenda sunt, & primo, ecclesiã ita vrgẽtem hãc pręsumptionẽ iudicasse, vt super ea, tan- 2 quam super certo consensu statuerit: 4 & ideo præsumptionem hanc iuris & de iure censemus.ex glos.in.d.c.is qui fidem.cõmuniter recepta per text. ibi glos. in.c. ferrum.50.dist.notatur.in.l. siue posidetis. C. de probat. Abb. & Feli.in cap. quanto. de præsumpt. Altiat.in tracta.de præsump.in prin.quo fit, vt in contrarium probatio non admittatur. vt in.d.cap. is qui fidem.probatur, & in.l. antiquę.C.ad Veleya. & in.l.fina.C.ad Macedo.

Secundo quamuis contra præsumptionem iuris, & de iure probatio per confessionem eius, pro quo ius præsumit, recipiẽda sit.iuxta.glo.in.l.in contractibus.versi.nullo modo.C. de nõnum.pecu. quam conclusionẽ repetit idem Accurs. in auth. de æqualit.doti.§.aliud.versi. scribat. & dicit singul. Alex. in.l.1.§. si is qui quadraginta.ff. ad Trebel.& idem in.l.a Diuo Pio.§.si pignora.ff.de re iudi.Lanfr. in.c. quoniam de prob.num.40.Bald.Noue.de dote.6.part.principali.priui.2.& Corset. in sing. verb. senten. Bart. etiam eam sequitur in auth.Sed iam necesse. C. de donatio. ante nup. a quibus & alijs, qui ad idem citari poterant, hoc cõmuniter receptum est: aduersus tamen hanc canonis præsumptionẽ probatio non admittitur, etiam per cõfessionem illius, qui pro matrimonio cõtendit.quod notant Abb.& Doct.cõmuniter in dicto cap. is qui fidem.Feli. in. c. quanto, de præsump.nume.3. Alti.in tract.de præsump.2.par.nu. 9. a quibus illa ratio traditur: quia in matrimoniali causa non statur confessioni litigantis.c.super.eo de eo qui cog. cons.xv. suæ. quæ mihi non placet, ex eo ꝙ licet confessioni litigantis cõtra matrimonium credendum non sit: tamen confessioni illius, qui contendit matrimonium esse cõtractum, & valuisse, stari debet aduersus ipsum matrimonium glos.in.c. attestationes.de desp.impub. verb.euasisse. quam ibi Abb.& Rauena.dicunt singul. & Roma. singul. 614. notant Hosti. Abb. & Doct. in.c.pe. de raptor. non enim est præsumendum quẽquam sine causa sibi ipsi cõtradicere. Hæc tamen cõclusio non omnino recipienda est: nõ enim vendicat sibi locũ, quando esset præsumptio aliqua collusionis inter litigantes. ita Hosti. Abb. & Præp. in d.ca. attestationes. qui omnes tenent plurimum in hoc valere iudicis arbitriũ. quod etiã notat Brunel. in tract. desponf.q.29. pro quo est optima.glo. quam ita intelligunt Hosti. Abba. & doct.in.c.pe. de rap.ex qua constat cõfessioni in præiudicium matrimonij standum esse, quãdo fit ab vtroq; coniuge, & eam fama coadiuuat. Secundo non procedit, quando ex illa confessione alij, qui in eadem causa non litigat, fieret præiudicium: vt notat 5 Areti.cons.13. col.5. &.6. sentit Abba. in. c.mulieri.de iureiur. dum asserit in causa matrimoniali non esse deferendum iuramentum actori ab ipso reo, nec reo ab actore, etiam si nullę essent aliæ probationes, quando ex hoc iuramento posset præiudicium alij quam deferenti inferri: cum ille, qui non detulit, contendat cum altero ex litigantibus matrimonium contraxisse, vel contractum nõ tenuiesse: si enim ex delatione alter iuraret pro matrimonio, & istud iuramentum teneret: tertius, qui prætendit matrimonium cum litigante contraxisse, maneret aliquo pacto elusus: sic etiam si ex delatione iuramentum fieret contra matrimonium, tertius, qui contendit matrimonium, per eum cum altero ex litigantibus contractum, non valuisse propter primum coniugiũ, super quo litigatur, frustraretur suo iure, quod forsan habet. quo fit, vt delatio iuramenti etiam vbi nulla adest probatio in causa coniugali: sed reus est omnino absoluendus, minime sit admittenda, quando ex illa delatione posset alij nocumentum aliquod inferri: qui tamen eãdem litem minime tractat, ex eius verò decisione sperat dãnum, aut commodum quo ad propriam causam. Imo maris & fœminæ confessio asserentium matrimonium inter eos contractum fuisse, absq; testibus tamen & clam.admittenda non est, vbi ex ea præiudicium fieret alteri coniugio glo.in.c.si quis diuinis.30.q.5.Domi.cons.27.Regia.l.2.titu.3.part.4. sic etiam est intelligendus text.in. c.2.de clandes. desp. dicens, posse matrimonium clam contractum, ex confessione vtriusq; coniugis, ab ecclesia publicum iudicari atque nuntiari. Sic sane vtriusq; coniugis confessio matrimonium probat, quoties fit eo tempore, quo alteri matrimonio minime fit pręiudicium, & potest expressim nouo consensu contrahi coniugium.glos.& ibi Panorm.in.d.c.super eo.col.2. versic. secundo casu.Probatur in capit. 2. de cland. desponsat. notant Hostiens. in summa de spõsal. & matrim. §. qualiter contrahatur.col.2.vers. Sed si ambo confitentur & Dec. cons.133. col.1. &.2. quorum opinio communis est se

cundum Curt.Iunior conſ.27.colu.2. ex quibus optime perpẽdi poteſt Regia.l.10.tit.11.part.3. dicens in matrimoniali cauſa poſſe iuramentum ab actore ipſi reo deferri.

Exquo infero, ꝙ licet actor qui pro matrimonio agit,poſsit,nõ data probatione legitima, reo qui abſoluẽdus alioquin eſt, iuramentum deferre ſuper ipſo contractu matrimonij an pręceſſerit, vel ne: ſicut ex aduerſo ipſe reus poteſt actori etiam idem iuramẽtum deferre, ceſſante alterius præiudicio:poſſet enim nouo præſtito conſenſu matrimonium contrahere: tamen ſi contendit actor, non ſubeſſe, in matrimonio iã legitime probato, aliquod impedimentum reo id allegãte non poteſt ipſe actor reo deferre iuramentũ ſuper illo impediméto:quia matrimonio legitime contracto,& iã probato præiudicaret, & eſt maxima colluſionis ſuſpicio, vt not. optime Abb.in.d.c.mulieri.col.4.

Hinc etiam perpendi poteſt. gloſ.in d.c.mulieri,quæ dixit in matrimoniali cauſa non eſſe deferẽdum iuramentum habẽti probationem ſemiplenã. quã gl.præter alios dicit notab. Alex. in.l.3.in prin.ff.de iure iu.ordina.&ſingu.Iaſ.in repe.l.admonendi.ff. eo.nu. 277. vbi Bart.idẽ notat col.antepe.& Ioan.de Selua in tracta. de iureiur.3. part. in fine: eſt enim dicta concluſio vera, niſi iudex cõcurrẽtibus aliquot coniecturis, atq; attenta perſonarum qualitate arbitretur iuramentum eſſe deferendum habenti probationem ſemiplenam, quæ ita dictis coniecturis cõadiuuatur, vt nõ ſimpliciter dici debeat ſemiplena probatio. His enim recte à iudice pẽſatis poteſt talis delatio iuramenti fieri,ſiue agatur de quæſtione an matrimonium fuerit contractũ ſiue de aliquo impedimento ipſius cõiugij.Abb.in.d.c.mulieri.colũ.3.&.4. & pe.Ale.in.d.l.3.Iaſ.d.l.admonendi. num.281. vbi Curti. iunior numer.67. dicit hanc opi.eſſe communem quam ibi approbat Curt. ſenior fallentia. 65. Ioã. Coraſ.li.3.miſcell.c.4. & Hipposingu.27.Regia.l.10.titu.11. part.3.quo pacto intelligenda eſt gloſ. in. c.vidua de regul. quæ dicit etiam in coniugali cauſa deferendum eſſe iuramẽtum ei, qui ſemiplene probauit. quibus illud addendum eſt,ſtandum fore cõfeſsioni litigantis,quando agitur ad tori ſeparationem. text. quẽ ibi Doct. notãt in. c, ex literis, de diuort. quem etiam dicit ſing.Roma. ſingul.614.

Igitur, vt ad inſtitutum redeam, ſi cõfeſsioni illius, qui pro matrimonio ſtat,contra ipſum matrimonium creditur, ceſſante colluſionis ſuſpitione, alteriuſq; matrimonij præiudicio,cõſequens eſt,in.c. is qui fidem.non eſſe
6 ex hoc contra illam præſumptionem repellendam confeſsionem illius, qui pro matrimonio agit. Veram ergo rationem eſſe nos opinamur: quia confitenti non poteſt eſſe notus defectus conſenſus in altero coniuge: cum ille in animo conſiſtat, nec credere debet ſpõſa ipſi ſponſo profitenti diſſenſum ante coitum, ne præſumat ab eo committi mortale crimẽ, & quamuis poſſet hic defectus apparere, illa tamẽ cognitio plena nõ eſt. defectus autẽ cõſenſus in ipſo confitente, non ſatis cõſtat:cum ei fides nõ detur, propriam turpitudinem proferenti. Cum ergo cognitio illius rei, quæ probanda eſt, nõ ſit ſatis ſufficiens in cõfitente, nec digna tanta fide, vt iuri: canonici vrgentiſsimæ præſumptioni ſit præferẽda,admittenda non eſt.

Tertio ex prædictis colligitur, cõtra dictã iuris canonici præſumptionẽ admitendam eſſe probationem, quę
7 indirecte, & per obliquum, ipſi præſumptioni obuiat. Si enim ſponſus, qui contra matrimonium ſtat,probare velit, illa ſponſalia ante coitum fuiſſe mutuo conſenſu,vel alias legitime ſoluta. vt in.c.2.de ſponſ.vel nulla fuiſſe propter aliquod impedimẽtum, admittendus eſt.ſecundũ Abb.& Præp. col.4.in.d.ca.is qui fidem.& Felin. in. c.cum.M.col. pe. de conſti. & probatur ex gl.celebri in cle.vnica. de prob. quæ dixit probationẽ indirectam admitti contra præſumptionem iuris & de iure. quam dicit. ſingul. Imol. ibi. auream.Felin.in cap.quanto. de præſump. & ſolẽnem idem Feli. in.c.cum a nobis. de teſti. col.3. notat Altiat. de præſump.2. par.num.3.

Quarto infertur ex ratione dictæ decre.ſponſalia in matrimonium trãſire per coitum, etiam ſi poſt ſponſalia ante coitũ cum ſponſo,fuerit ſpõſa cum alio fornicata. Nam quãuis propter illã fornicationẽ diſſolui poſsint ſponſalia. c. quẽadmodũ. de iureiu. donec tamen iudicio eccleſiæ fuerint diſſoluta manet ſponſaliorũ vinculũ. vt not. glo.in.c.de illis in.1.de deſpõſ.impub. Henr. & Præp. in c. de illis. de ſponſ. col.fina. Regia.l. 8.titu.1. part. 4. nondum ergo perſpõſum ſponſaliorum diſſolutione petita,non video cur ſpõſalia per coitum, matrimonium nõ efficiãtur,ex dicto coniugali conſenſu a canonibus præſumpto. quãuis. Ioan. de Neuizanis in Sylua nup. libr. 2.numc.12.dum plurima congeſsit contrarium notauerit, id falſo tribuens Feli. in.d.c.cum.M. co.pe.apud quem ego nõdum hoc notare potui, & ſi ſæpius ex conſulto authorem legerim.

Quinto ex præmiſsis patet ꝙ in foro interiori animæ, vbi creditur ipſi confitenti ſi ſponſus diceret ſe ad ſponſam
9 acceſsiſſe affectione fornicaria, nõ cõiugali,non iudicarentur illa ſponſalia matrimonium: nõ ex eo ꝙ cõiugium illud verum ſit in foro exterior:nõ tamen in interiori, ſed quia iudex exterior iudicare debet,ex illa canonis pręſumptione,nec probationẽ recipiet in contrariũ,& ideo iudicat matrimoniũ eſſe, ꝙ vero nõ eſt:at iudex interior iudicat ex defectu cõſenſus coniugalis, qui ſibi cõſtat. ita notant Abb. Anto. & Præp.in.d.c.is qui fidẽ.Soci.cõſ.28. 1.vol. Anch.in reg.poſſeſſor.col. 7. de reg. iur. in.6.optime Tho. quodlib.5. art.15.& eſt hæc opinio à Theologis, & Canoniſtis recepta,vt Sylueſt.aſſerit. verb.matrimoniũ.2.q.15. & probatur in.c.tua nos de ſponſ.cuius intellectũ alibi attingã.Floſti. tamen in. d.c. is qui fidem.minime a dicta opinione diſcedẽs,licet Abb.eum contra eandẽ opinionẽ alleget,optat fieri abeccleſia con-

cõstitutionem,in qua sponsus, qui cũ sponsa carnale conmertiũ habuit, reddetur inhabilis ad matrimoniũ cum alia cõtrahendũ: sicuti ab ecclesia reddit inhabilis, ad contrahendum matrimonium,cõsanguineus intra quartum gradũ: in quo errat Hosti. quãuis enim Papa posit ex causa iusta reddere aliquem inhabilem ad contrahendum matrimoniũ (quod proprio loco dicetur) non tamen potest ecclesia matrimonium cõstituere sine consensu. vt in.d. ca.is qui fidem.idem Host. & Abb. fatẽtur. Sylu.dict. q.15.& nos idem probauimus in interpretatione tex.in. c.requisiuit.de sponſ.Item Syl. d.q.15. in hac eadem conclus.credit in foro interiori non esse matrimonium censendum si sponsus, qui cognouit spõsam, fateatur se omnino dubitare an tempore coitus affectum habuerit coniugalẽ,an fornicarium. Ego vero opinor,in hoc casu iudicandũ esse matrimonium:certius enim est affectum habuisse coniugalẽ quã fornicarium, & sic consensum ad mortale crimẽ. vt constat ex penitissima.c. is qui fidem ratione:nisi iam post copulã cum sponsa, verum & indubitatũ matrimoniũ cum altera contraxisset: tunc etenim tutius est secũdo coniugio certiori adhærere.ex cap.iuuenis. de sponſ.c.2.§. item si.de pœnit.dis.7. nam si res verè dubia est & tãgit salutem animæ oportet eligere certius,vbi imminet præcisa electio. quod in dictis iuribus probatur,adiunctis his quæ notat Florẽt. 1.part.tit.3.c.10.§.10.col.3.doctè & eleganter Marti.Naua. in cap.si quis autem.de pœniten. dist.7.num.34.

Sexto ex his etiã constat,contractis duobus sponsalibus, secũda sponsalia in matrimonium trãsire per copulam
10 cum secũda spõsa contingentẽ.quod Ioan.Maior.asserit in.4.dist.27.q.5.casu.2.& Sylue.verb.sponsalia.quæst.10 idem.Ioã. Andr.Anto. & Præp.col.3. tametsi dubius in.d.cap.is qui fidem. Idẽ Præp. in cap. de illis. de sponſ.col. pe. & Brune.in tracta. de sponsa.q.8. num.3.pro quibus optimus tex.in. ca. pe.de sponſ.cap.licet.capi.fi de sponſ. duo. vbi coniugium primum nondũ copula consummatũ non tollitur per secundũ,& si carnali copula consummetur: quia in primo coniugio iam aderat cõsensus coniugalis: igitur si in primo non intercessisset cõiugalis cõsensus, sed tantum sponsio, tolleretur per secundum:quod hic datur ex coitu. Præterea tex.in cap. duo pueri. de desponſ.impub. ibi hoc notãte Præp. col. 1. probat sponsalia tolli per matrimonium, quod ab initio sponsaliorũ vim tantum habuit,sed successu temporis effectum est cõiugium: sic ergo quãuis matrimoniũ ex secundis sponsalibus statim contractum non fuerit: sed tantũ sponsio quædam futuri consensus:quia tamen ex coitu consensus ille coniugalis datur præsumptione canonis,tolluntur priora sponsalia. Scio tamen rem esse dubiam ex eo q̃ secunda sponsalia primis non præferuntur, nec eis præiudicant.c.sicut.de sponsa. nec cõsensus cõiugalis ex copula præsumi debet, ne præsumamus peccatũ mortale in sponso, qui eo ipso frangit fidem

fidẽ priori sponsæ. Verum his respondeo secunda sponsalia,licet primis minime præferãtur, nec præiudicent, valuisse tamen vi promissionis ad hoc vt si quando contingeret mori primã sponsam, vel ad matrimonium impediri, vel dissolui prima sponsalia,teneretur sponsus cum secunda contrahere matrimonium:non ergo nulla fuerunt secunda sponsalia. Secundo dico validiorem esse præsumptionem consensus cõiugalis, quæ ex coitu a canone colligitur:cum habeat initium voluntatis in cõtractis sponsalibus cum secũda quã illa asumptio dissensus ad euitandũ mortale peccatũ, quod violando fidem cõmitteretur.potioribus cum rationibus adducor vt potius coniecter sponsum voluisse violare fidẽ promissionis primæ, quam vt præsumam coitum cũ secunda sponsa fornicarium fuisse.

Septimo hinc etiam infero spõsalia in matrimonium transire ex prędicto cõsensu ab ecclesia pręsumpto per coi
11 tum sponsi & sponsæ, etiam si sponsus timore mortis sibi illato coactus sit sponsam cognoscere:illaetenim copula si fornicario affectu peracta fuit, etiam metu acerrimo, peccatum mortale fuit. cap. sacris.de his quæ vi. non ergo debet præsumi in sponso hoc crimen mortale: sed potius, metu secluso,in animo affectum coniugalem habuisse:nam potius mori debet quam peccato cõsentire.vnde iustius est præsumere ab spõso eum actum sine mortali peccato perpetratum fuisse,quam eum voluisse animam reatu mortalis culpæ commaculare.huius opi.autor est mihi Hosti.in.d.capit.is qui fidem. dicens.2. col. quod mulier potest allegare cõtra præsumptionem illius tex. se oppressam fuisse vi præcisa, virum autem hoc non posse dicere: quia vir opprimi non potest, nec solent viri a fœminis præcise ad coitum cogi:sentit ergo Hostiẽ.quod cessante præcisa oppresione carnis cõmixtio per metum contingens matrimonij præsumptionem inducit. idem tenet Palu.in. 4. distin.29.q.1.arti.4.pro quibus optimus est text.in.cap.insuper. qui clerici vel vouent. neq; ille timor posset dici cadens in constantem virum.quod in interpretatione.c.cum locũ.de sponſ. ostendam. distinxit vero Hostiẽ. vim præcisam seu absolutam a vi conditionali. vt distinxit tex. in.c.sacris. de his quæ vi.cap.cõtra christianos.de hære. in.6.cap.maiores.§.item quæritur. de baptis. vis enim præcisa est, quæ nos aliquid ita cõpellit agere, vt in nobis non sit vtrum agamus, vel non agamus: sicuti ventus impellit ac defert in aliquẽ locũ. ad id aptissimus tex.in. cap.constat.1.q.1.cap.presbyterorum. §.qui autẽ.50. dist.cõditionalis autem mixtam habet voluntatem:siquidem in nobis voluntas est: attamen timore quodam illa volũtas elicitur.quod ex Arist.constat.3.ethi.c.1.vnde Tho.22. q.108. arti.fi.dicit coactionem timoris nõ facere simpliciter inuoluntariũ: sed
12 habere voluntariũ mixtũ.idem Tho. 12.q.6.arti.6.Almain in moralib. ca.3. & Fortuni.in tract.de vlti.fine.illat.21. col.16. *Idem eleganter probat Epicte-

ctetus apud Arrian um. libro. primo. ca.17. *Hinc dicitur in ca.merito.15.q. 1.voluntatē coactam, voluntatem esse & idē in.l.si mulier. §. si metu.ff.quod met.cau. est enim volūtas simpliciter ita vt libera non sit. Tho. in.4. dist. 29 Abb.in.c. de muliere. de sponſ. Card. in.c. verum. de iureiur.sensit Bal.in.l. pen.C.quo mo.& quand. iud. quāuis Deti.in.l.velle.ff.de reg.iur.dicat coactam voluntatē, voluntatē esse secundum quid, idest, coactā non simplicē: quasi dicat nō esse absolutam, & liberam. & licet Deti.optimū sensum habuerit, rectior est primus dicendi modus, scilicet, coactam volūtatem simpliciter voluntatē esse. actiones enim, quæ per timorē fiunt mixtæ sunt: magis tamē sunt similes spontaneis: quia principiū earum est in nostra voluntate, & ideo denominantur simpliciter voluntariæ actiones illæ. Verū quia, 13 secluso metu illo, agens illas minime eligeret, dicuntur inuoluntariæ. Imo Arist.d.c.1.dicit simpliciter dici inuita ea, quæ timore fiunt. non tamē intelligas quo ad actiones ipsas: illæ enim in actu simpliciter sunt volūtariē, vt ipse docet: sed quo ad apprehensionē dici possunt simpliciter inuitē: quia eas agens non eligeret cessante timore: ita intelligit Arist. Tho.in.d.q.6.arti.6. id vero, quod in actu cōsideratur debet considerari simpliciter: quod autē consideratur apprehēsione, secundū quid nō simpliciter, vt docet Tho. ex Arist. dicente, ea quē fiunt timore per se inuita esse: actiones autē circa particularia fiunt: hēc autē spontanea esse. cuius sensus est auctore Eustratio. per se enim, perinde est ac vniuersaliter: in agendis autē rebus vana omnis est vniuersalis ratio: actiones enim in particularibus sunt: in particularibus vero spōtaneē cōcipiūtur: quare cōsequitur, vt in quibus maximā vim habēt actiones vt vel spontaneē dicātur, vel inuitē, in his cōstituē, spōtaneē magis quā inuitē sint. ex quibus omnib⁹ hāc septimā interpretationē cū Host: probamus. tametsi refragētur Abb. & Prep.in.c. cōsultationi. de spōsa. Florē.3.par.ti.1.c.7 ad finē. Paul.Parisi. consi. 58. num.69. & consi.60.nume.34. vol. 4. Anto. & Hēr.in dict. c. is qui fidem. col.pe. vbi Præpo.col.4.fatetur eorum opinio.cōtra Hosti. communem esse.

Octauo, vt quibusdam rem hanc praue intelligētibus occurramus, perpendimus iura canonica dictam presumptionē inducentia copulam contingētem post sponsalia consideraſse, ita vt coitus ipsa sponsalia præcedens minime sufficiat, vt sponsio illa matrimonium iudicetur. Sic tex.in cap. veniens.in.2. de sponſ. inquit. si post fidem prestitam cognouerit. Sic. cap. is qui fidem. de sponsa. dixit. carnali copula subsequuta. igitur nō sufficit precedēs coitus. Abb.in.c.veniēs.in.2.de sponsa. Soci.consil.28.1.volu.colum.3. Henr.in. c. attestationes. colum.final. de desponsa.impube.& ex Theologis Ioann.Maior.in.4. disti.28.q.1.& Sylvest.vers.diuortiū. q.1.& verb.sponsalia.q.10.vnde cōcludens Titium eius spōsam Semproniā carnaliter cognouisse, nō esset testis sufficiens ad hoc, vt

vt matrimonium iudicaretur: potuit enim eam cognoscere ante sponsalia: oportet ergo probare post spontionē illam cognouisse. vt notat Abb.in.di. c.veniēs. & ibi Anto. & Præp. & Deti.in.c.in presentia.de probatio.nu. 24 Ioā.Crott.in tract.de testi.nume. 288.
14 Tho.Gram.cōsi.26.col. 1. Hinc etiam 15
Regia.l.52. Tauri. a Caroli Cæsaris. matre cōdita, quæ statuit propter osculū sponsam lucrari dimidiā partem rerū, quas ei spōsus dederat, etiā iam præstito cōiugali consensu ante copulā, est intelligenda quādo osculū post sponsalia præstitum fuit, secus verò si ante. vt ibi eius interpres Ioann. Lupi. notauit. num.8.&.9. quod etiā subseruiet ad intellectum. l. si ab sponso. C. de donatio. ante nup. a qua differt Regia.l.quæ in sponsis etiam de præsenti iam maritali cōsensu coniugatis ante copulā loquitur: illa verò in spōsis de futuro ante coniugalē consensum. Cæterum octauam hanc cōclusionē Hippo. nostra ætate vir doctissimus, sed in referendo aliorū dicta quam in perscrutādo diligentior in singul. 500. propria ipsius autoritate dictis autoribus non citatis impugnat, contrariam probans. ex Claudio. in rubr. ff. solut. matrimo. & Ioann. de Neuizānis in sylua. nupt. lib.2. nume.12. quorum neuter id tenet. quamuis in argumentum sit, quod Claud. scribit dicens, matrimonium cēseri copula carnali cōsummatum, etiam ex coitu precedenti: atq; ob id sicut Papa non potest dispensare, vt dissoluatur matrimoniū copula carnali consummatū, quādo copula post matrimonium cōtingit: ita nec dirimere potest matrimoniū, cui præmissa fuit commixtio carnis, citat ad id. Bal.in. c.licet. de trāslatio. episcopi. qui tamen in hoc est valde dubius. Ego vero si compertū haberem Papam posse dissoluere coniugium, nondum carnali copula consummatum, quod alibi tractabo, minime dubitarem posse & illud soluere, cui præmissa fuit carnalis copula, non sequuta. non enim dicitur coniugium consummatum ex coitu præcedenti, sed ex sequuto: ille siquidem fornicarius est, hic vero coniugalis. sicuti. Soci. fatetur in dict. consi.28.1. vol. nec omnino ab eo diuertit. ipse Ioan. de Neuiza. quē pro se aduocat Hippo. vides ergo qualiter ipse Hippo. propria ipsius autoritate nouā, ac certe falsam opinionem conceperit? nam quod in capit. tanta. qui filij sint legit. scribitur, statutum est ab ecclesia fauore plis susceptæ vt legitima sit. quod si Hippo. opinio vera esset, oporteret fateri filios susceptos, nō tantum effici legitimos per matrimonium subsequutum, sed etiam per sponsalia, quæ de futuro dicimus: quod minime fatebor. Subinde constat ex vera huiusce opinionis cognitione non vulgaris intellectus ad. text. in capi.2. de conuers. coniugat. quo cautum est, posse sponsam iam coniugali consensu præstito ante copulam religionem profiteri, atq; ex ea professione dissolui cōiugium illud: idem enim dicendū erit si post coniugalē consensum, vel eius sponsionē coitus non contigerit, quā 16

uis prius carnalis copula præcesserit: illa enim coniugalis non fuit, sed fornicaria, nec in ea illa traditio cõiugalis dari potest, quæ in illo. capit.2.iuribusq; similibus exigitur. ita Paul. de Castro.in.l.penult.C.de episco.& cleri.& Ioann.Boschoeus libr.1.de nupt. col.2.nec etiam impediet copula præcedens sponsalia,quin sponsus posit profiteri religionem, quæ impediret si conclusio. Hippo.vera foret: cum ex eo matrimoniũ illud dici deberet consummatum.

Nono hæc canonis p̃sumptio adeo vrget, vt matrimoniũ præsumamus per copulam sequutam cum spõsa incerta: nempe quando quis ex tribus puellis sororibus, iurauit vnã ductu-rum vxorẽ. si enim aliquam ex eis post hanc promissionem cognouerit. erit eius maritus censendus. Hosti. & Abb.in. cap.ex literis.in.2.de sponsa. quorum opinio placet Floren.3.part. titu.1.c.18.col.2.& Sylvest. verb. matrimoniũ.2.q.11.vbi subdit esse hanc opi.communem,quam probat Regia l.11.titu.1.par.4. Cum enim ille sponsus teneatur ex vi promissionis vnam ex illis ducere in vxorem, præsumitur illam,quam cognouit, vxorio, ac maritali affectu coguonisse.ex.d.c. is qui fidem.gl.tamẽ in.d.c. ex literis. quam ibi sequuntur. Ioann. Andre. Anton. Henrri.& Cardinal.diuersum tenet dicens.quod nec sunt sponsalia cum illa cognita, nec matrimonium: licet iudex ex officio debeat compellere hũc virum ad illam ducendam quia cum eam cognouerit, non potest aliam ex illis sororibus vxorem ducere, & sic nec iuramentum seruare.pro quo fortis text.est.in.ca.1.in princip. de spons. in. 6. vbi ex sponsalibus certis, quãuis nullis,oritur impedimentum publicę honestatis iustitiæ.& tamen ex his nõ oritur, vt constat: potest enim quamlibet ex eis ante copulam ducere: ergo hæc non sunt sponsalia: si enim sponsalia essent,oriretur ex eis impedimentum: si sponsalia non sunt, consequitur matrimonium ex coitu nõ esse iudicandum,nec præsumendum. Ego a recepta & communi sententia nõ discedo, propter illam præsumptionem quam modo explicui: hæc enim sponsalia sunt,quamuis incerta, & ideo ex eis non oritur impedimentum publicę honestatis iustitię: oritur tamen obligatio recipiendi in vxorem vnam ex illis sororibus, ex præmissa sponsione, cui optime cõuenit sponsaliorum definitio. Pręterea sponsalia incerta, nempe cõditionalia in matrimonium transeunt sequuta copula.c.super.eo. & capit. per tuas, de conditio. appo. igitur & ista sponsalia per coitum transibunt in matrimonium, licet incerta sint.

Decimo hic notandum est, pręfatæ decretalis pręsumptionem adeo mature ab ecclesia introductam, vt etiã si
18 protestetur spõsus ipsa sponsa presente, & cõsentiente, se nolle per coitum matrimonio consentire, nihilominus iudicandũ sit ab ecclesia matrimoniũ copula sequuta: nam & canon pręsumit propter coitũ sponsos ab hac protestatione recessisse, sicut & a cõditione.

ne.c.super eo.cap.per.tuas de condit. appo.ca.de illis eo.titu.quod expresse notat.glo. in.d.c.per tuas.ibi cõmuniter recepta. Abb.in.ca.Cũ. M. nume. 20.de const.Felin.ibi.nume.80.& Ripa.nume.95.dicens hanc opi.communem. quam notat Areti. consil. 142. colũ.7. Rube.consi. 60.Iaso. in. l.non solum.§. morte. ff. de noui. oper.nũti. num.14. & ibi Rube.nume. 520. Arelatens. in additio.ad Alti.in tracta. de præsumptio.secunda part.numero.20 idem notant doct.in.di.capi. veniens. in.2. desponf.

Vndecimo ad perfectam huiusce rei cognitionem infertur, adeo esse copulam necessariã inter sponsos vt matri-
19 monium iudicetur, vt ipsa tentatio, seu nixus copulæ subsequutus minime sufficiat. capi.fina. de sponsa. cum enim conatus non habuerit effectum non potest ex eo præsumi consensus cõiugalis, etiam si ille nixus inter habiles ad matrimonium contigerit,ex dicta ratione.ita Abb. in. d.cap.fi.Ioan. Andr.Domi.& Fran.in cap.1.§. idem de despõsa.impub.in. 6. quorũ opinio communis est. vt testatur Præp. in. d. ca.fina.& eam sequutus idem fatetur. Sylvest. verb. matrimonium. 2. q.16. & Altiat. in tracta.de pręsump. reg.3. præs. 38. idem notat Areti. consi. 142. colũ.5.quamuis contrarium teneant. Cald.& Prępo.in dicto cap. fina.

Hinc etiam cõstat, per nixum copulę non effici matrimonium etiam illa sponsalia, quę verbis consensum pręsentem exprimunt, tamen deficiente
20 ætate, a iure intelliguntur de futuro: nempe cõtracta inter impuberes, vel inter puberem & impuberem.probat tex.in cap. attestationes. de desponsa. impub. Vnde impubes,qui per verba consensum coniugalem exprimentia contraxit, etiam si sæpe nixus fuerit sponsam cognoscere carnaliter,potest resilire ab sponsalibus adueniente ætate. Subdit tamen ille text. hoc fallere, vbi consensisset impubes in matrimonium prope ipsam ętatem perfectam, post ipsum nixum copulę, etiam multo ante,illum consensum pręcedentẽ. Anto.Abb. Præpo. & communis ibi quod non video alia ratione probari, nisi ex eo quod pręsumatur discretio ad cõsensum ratione ętatis pubertati proximę, & ex nixu potentia ad coitum his ergo duobus adiunctis pręsumitur matrimonium esse perfectum. quod etiam. Card.ibi. 2. colũ. videtur sentire.ex quibus etiam colligo, conatum copulę prope ipsam ętatem perfectam,efficere matrimonium sponsalia illa verbis de pręsenti, iuris tamen interpretatione de futuro,ita Hostien. Anto. & Pręp.in.d. cap. attestationes. illum tex.ad hoc notãtes.Hinc infert. Pręp. ibi. esse differentiam inter sponsalia re,& verbis de futuro, & sponsalia sola iuris interpretatione de futuro, prima enim non transeunt in cõiugium per nixum copulę,vt in. d.c. fin. secunda verò transeunt in coniugium per conatũ copulæ, prope ipsam ætatem perfectam contingẽtem.Ego vero, vt quid ipse sentiam plane fatear, credo solum conatum copulæ, etiam prope ipsam ætatem perfectam, mi-

nime efficere coniugium: nulla enim ratio id persuadere potest, nisi præsumptio consensus coniugalis: ista autem non colligitur ex nixu copulæ: vt in dicto cap.fina. probatur: igitur conatus copulæ, etiã prope ætatem perfectam, coniugium non efficit. & si dixeris: facilius colligi ex signis consensum coniugalem, post spõsalia verbis de præsenti contracta, quam post spõsalia re & verbis de futuro, id ego fateor, modo signa illa, ex quibus consensus coniugalis præsumendus est, post ætatem perfectam contigant, & non ante illam. vt statim dicam in intellectu capit. 1. §. idem. de desponsa. impube. in. 6. quo fit, vt ipse credam male Præpo. ad hoc aduertisse: conatus enim in dicto capit. attestationes, etiam iuxta cõmunem interpretationem, consensum non inducit, nec eius præsumptionẽ, sed præsumptionem potentiæ ad coitum: discretio verò ad consensum, ex proxima ætate perpenditur, si consensus ipse tunc præstetur. quod probatur in cap. continebatur. de desponsa. impub.

EX. §. SECVNDO.

1 Sponsalia de futuro, traditione sponsæ ad domum, non efficiuntur matrimonium.
2 Spõsalia, quæ re & verbis de futuro appellamus per oscula, amplexus, & similia signa, nequaquam transeunt in matrimonium.
3 Sponsalia iuris interpretatione de futuro, verbis autem de præsenti, an per prædicta signa matrimonium efficiantur.
4 Exacte perpenditur intellectus, ad tex. in. cap. vnico. §. 1. de desponsa. impub. in. 6:

§. SECVNDVS.

SEcundo sponsalia transeunt in coniugiũ si sponsus sponsam ad domũ traduxerit: ex hoc enim præsumitur inter eos coniugalis cõsensus. probatur. in leg. mulierem. ff. de ritu nupti. notat. Ioannes Andreas in capit. final. de sponsa. quem sequitur Altiat. in tracta. de præsumpt. regul. 3. præsump. 38. idem notat Angel. in Authen. quib. mod. natural. effician. leg. §. fina. Deti. in cap. iurauit. de probatio. 1. col. sed contrarium est verius: non enim hæc præsumptio est iure canonico introducta. ita Cald. Anto. & Abb. quorum opinio communis est secundum Præpo. ibi, qui eam sequitur in. d. cap. fin. dicit eandem opinio. communem eam sequutus Aret. consil. 142. colũ. 5. potest tamen prima opinio ꝓcedere duobus casibus. Primo quando est dubium graue, an præcesserint sponsalia de futuro, an de præsenti: in hoc enim dubio ex traductione ad domum præsumi potest, præcedentia sponsalia fuisse de præsenti: & sic præstitum fuisse ante traductionẽ consensum coniugalem. ex Baldo. & Salyceto. in. l. cum te. C. de donatio. ante nupti. Secundo potest. Ioan. Andre. opinio procedere, quando sponsa fuit traducta ad spõsi domum cum illa solennitate, qua duci solent vxores ad maritorum domos. argu. capi. vidua. de regul. ita Abb. in cap. ex parte. num. 26. de restitu. spoliat. Ioann. Lupi. in rub. de donatio. §. 57. sic etiam est

est intelligenda. d. l. mulierem. ff. de ritu nup. Hactenus ergo in hac re nullã
3 vidimus differentiam inter sponsalia re & verbis de futuro, & spõsalia verbis quidem de præsenti, at iuris intellectu de futuro. igitur, vt aliquod discrimen demus inter hæc, tractare oportet an sponsalia efficiantur matrimonium, per aliquot alias coniecturas a premissis distinctas.

Ergo adnotandum est, sponsalia re & verbis de futuro, nõ transire in matrimonium per amplexus, oscula, munera, aliaue similia signa. tex. in. cap. 1.
2 de matrimo. contra. cõtra inter. eccle. vbi Ioann. Andre. id notat, & reputat ibi Abb. singul. & Anto. Corf. in singu. verbo. matrimonium. idem Ioan. Andre. & Docto. communiter. in. c. 1. §. idem. de desponf. impub. in. 6. & Parisi. consi. 62. col. 1. vol. 4. ex quo falsa est Anto. & Præp. opinio in capit. fina. de de desponsa. impube. dicentium, per subarrationem sponsalia matrimoniũ effici. vbi Præpo. dicit esse ibi text. cui responderi nõ potest: sed ille text. dum dicit desponsauit: est intelligendus per verba de presenti: sicut Innocen. ibi ac cæteri communiter intelligunt: a quibus etiam in dict. capi. fina. de sponsa. asseritur, sponsalia re & verbis de futuro, nõ effici matrimonium per subarrationem. posset tamen procedere opinio Anto. quando ex ipsa subarratione consensus coniugalis colligeretur: quod regulare non est, sed id locũ habet in casibus, quos in secunda parte explicabimus. cap. 4. in principio.

Spõsalia vero iuris intellectu de futuro, verbis tamen consensum præsen
3 tem exprimentia, quamuis adueniente ætate, & cõtradictione cessante nõ efficiãtur matrimonium, tamen post ætatem perfectam dictis signis intercedentibus consensus coniugalis præsumitur, & matrimonium censentur, tex. est sic per gl. & Docto. intellectus in cap. 1. §. 1. de desponsa. impube. in. 6. nam dum text. ille ex consensu tacito illa sponsalia matrimonium esse iudicat. glo. ac cæteri interpretantur illum consensum colligi, ex cohabitatione, amplexibus, & similibus signis. quem intellectum approbat Her. post alios in. ca. attestationes. col. 2. de desponsa. impub. Ludoui. Gozadi. consi. secundo. colũ. penul. Carol. Ruinus. consil. 203. volu. 1. Deti. qui hanc opinio. communem esse fatetur, consi. 368. & Parisi. consi. 51. volumi. 4. colum. 2. quem etiam sensum sermone Hispano exhibet Regia. l. 3. titu. 1. part. 4. & probatur, quia sicut per copulã Roma. Pontifex præsumit ibi consensum, vt illa spõsalia matrimonium efficiantur, ita per alia signa, ex quibus detur perseuerantia in consensu iam præstito minori ætate, iudicat esse matrimonium adueniente ætate: sic etenim inquit, nisi euidenter cõstiterit eosdem contrahentes cum perseuerantia eiusdem voluntaris ad pubertatis tempora peruenisse. maxime quia quod constat ex coniecturis dicitur euidenter constare. l. 1. C. de testament. mili. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. Hanc tamen illius tex. interpretationẽ communi omniũ iudicio receptam, nõ omnino veram esse

esse putamus:ex sequentibus.Primo,
4 quia constat hæc spōsalia esse de futu
ro,& non matrimoniū, faciliusq; solui,quam sponsalia illa, quæ verbis & re futurum consensum præseferunt. quod in capi.de illis.in.1.de desponsa. impube. probatur: cur ergo facilius hæc quam illa in coniugium transire iudicamus? Secundo, matrimonium post sponsalia in iure nō datur, nisi ex consensu denuo expresse præstito, vel tacite præsumpto per copulam, simileuè signum,atq;ita vrgentem coniecturam.cap.fina.de desponsa.Si enim sponsalia ponimus, necesse est,vt coniugium demus,vtriusque consensum coniugalem euidēter adesse:curigitur ex amplexibus, osculis, ac similibus coniecturis consensum hunc presumimus? Tertio,in dict.§.1. Roma. Pontifex ad præsumendum coniugalē cōsensum exigit copulam,similemue cōiecturam,ex qua solet à iure post spōsalia consensus præsumi:vnde oscula, amplexus, & similia, copulæ carnali adæquare,prorsus videtur absurdum. Quarto,id constare dicitur euidenter, quod cōstat ex coniecturis a lege, vel canone approbatis.Ias.in.d.lege. licet imperator. colum.3.& idem in dict.l. 1.C.de testament. milit.nullibi tamen video dictas. Doctor. coniecturas iure canonico probatas. ergo in eis minime erit præfata decisio intelligēda. Quinto,ille tex.exigit consensus ante pubertatem præstiti perseuerantiam, idest quod nunc in matrimonium cōtrahentes consentiant, sicut in ætate minori cōsenserant expresse, si per ætatem licuisset.Nam dum illle tex.exigit in signum consensus,carnis copulam: vel alium modum,ego intelligo traductionem solennem ad domum, vt paulo ante dicebam. vel subarrationem, quæ sufficiat, vt sponsalia vere de futuro efficiantur matrimonium. quod sequenti parte in principio cap. 4.trademus.quibus adducor, vt ægre feram hunc illius tex. communem intellectum.

Hæc tamen communi declaratione præmissa, eam intelligo quādo signa illa,nempe,amplexus,oscula, & similia,iam ætate completa processerunt. nec sat esse existimo,si illa inter proximos pubertati cōtingant.autore Areti.in cons.142.colum.6. pro quo adest tex.in dicto cap.1.§.1.dum dicit.ad pubertatis tempora peruenisse: requirit enim ætatem omnino completam ex Bartol.in.l.si cui legetur. ff.de legat.1. fitq; idem mihi probat Inno. quem in hac parte sequuntur ibi Anto.& Præpo.in cap.attestationes. de despon.impub. quāuis ibi Henr. col.2. existimet satis esse, quod hæc signa prope ipsam ætatem perfectam interueniant. Sed precedens opinio verior est, etiā si malitia ætatis defectū suppleat secūdum Carol. Rui.consi.203.volu.1.

Secundo eandem opinio. intelligo, quando illa sponsalia, verbis de præsenti, iuris tamen intellectu de futuro contracta fuere inter maiores septennio, & secus esse opinor, si contracta forent a minoribus septennio, ac post septennium consensu tacito comprobata. Hæc enim sponsalia adueniente ætate, nō efficiuntur matrimonium, etiam si oscula, amplexus, & similes coniecturæ dentur,præter nouum expressum consensum,vel ex copula deductum,qui sufficeret ad hoc. ita Ioā. Andre.in dicto.c.1.§.idem cui subscribit Henr. in dicto. c.attestationes. col. pe. & Collector decisionum Rotæ in nouis decis.462.tametsi dicat iudices in prętorio Rotæ contrariam sententiam sequutos fuisse.cum Archi. Domi.& Franco.in dicto.§.1.quorum opinio cōmunis est:quibus & ego libenter consentirem,ni viderem primam, & communem illius text. interpretationem nimis latam esse.

EX CAP. QUINTO.

1 Sponsalia etiam iurata soluuntur mutuo consensu contrahentium.
2 Sponsaliorum dissolutionem potest petere spōsus,si fuerit sponsa ab alio cognita post sponsalia, etiam vi præcissa.
3 An idem sit dicendum,in sponsa de præsenti,cōiugio nondum consummato.
4 Sponsalia minime dissoluuntur propter superuenientem sponsæ paupertatem.
5 Mulier contrahens matrimonium, vel sponsalia,an censeatur dedisse in dotem marito, vel sponso propria bona.
6 Iurans aliquam accipere vxorem, an teneatur contrahere cum ea matrimonium,si cum ipsa dives sit, nolit ei dotē asignare & num.4.
7 Sponsa de futuro an teneatur expectare sponsum absentem.
8 Sponsalia dissoluuntur adueniente die, quę fuit matrimonio contrahendo præsignata.
9 Sponsalia per matrimonium omnino soluuntur,etiam si fuerint iuramento firmata.
10 Legē,Quoties.C.de rei vend.habere locum,etiā si prima venditio fuerit iurata.
11 Sponsalia ex religionis professione tolluntur.
12 Sponsalia quandoq; iudicio ecclesiæ soluuntur interdum ipso iure absque sententia euanescunt.

CAP. 5. QUIBUS MODIS sponsalia soluantur.

QVinta nunc restat huius tractatus pars,in qua agere oportet quonam pacto sponsalia dissoluātur. & primo ea cōstat dissolui mutuo contrahentium dissensu,sicut cæteri contractus, ex quibus ita argumentatur tex. in. c.2.de sponsa. qui ius commune non dispensationem induxit.ex intellect.Tancre. quem ibi cæteri cōtra Bernard.sequuntur. Sola enim promissio in sponsalibus fit: ab hac ergo promissione licet promittentibus discedere, nulliq; ex dissensu iniuriam irrogant. vnde quamuis sponsalia iuramento firmētur possunt dossolui mutuo iurantium dissensu. secundum cōmunem ibi.Nam etsi iuramentum in Deum dirigatur: id tamen fit tāquam in testem promissionis, quæ alteri fit. Est siquidē Deus testis illius promissionis ad hominis vtilitatem, maiori sub vinculo, ex eo quod ipse Deus sit testis, quasi homo alter testis esset: fit ergo iniuria Deo propter illud testimonium, si homini illi,cui ipso teste est facta promissio,fides frangatur: at si homo illeobligationem illam remittat, Deus item illam remittit. c.1.de iureiuran.vbi Abb. & doct. id explicāt. Oldrad. consi.241.Ioan. Lupi. in rub. de donatio.§.45. & Diuus Thom. 22. q.89.artic.9.Nec obstat text. in dicto cap. 2. dicens ex patientia id tolerari. quasi dicat non de iure:id enim tex.expressit propter vulgares, apud quos posset

posset forsan scandalum oriri ex hac dissolutione sponsaliorum: ideo dicit
3 monendos esse contrahentes sponsalia, ne illa dissoluant: non tamen compellẽdos: eorum enim consensus sufficiens est ad illa dissoluenda.

Secũdo sponsalia dissoluuntur fornicatione sequuta. si enim spõsa cum alio fornicetur, non tenetur sponsus contrahere cũ ea matrimonium imo absolui potest ab illa promissione. ca. quemadmodum. de iureiurã. vbi probatur secũdum Abb. & Docto. idem esse si sponsalia sint iurata. notat glos. in ca. sic quippe. 27. q. 2. Præpo. post alios in c. de illis. de spons. id tamen in-
2 telligitur volente illo, cui est facta iniuria: si enim sponsus vellet non obstante fornicatione sponsam accipere in vxorem, esset sponsa cogenda cum eo matrimonium cõtrahere, alioquin ex fornicatione sponsa consequeretur cõmodũ. Sic ex aduerso si sponsus for
4 nicetur, nõ tenetur spõsa cum eo matrimonium contrahere. Abb. in. d. ca. quemadmodum. in princi. idem consi. 48. 1. volum. Regia. l. 8. titul. 1. part. 4 Imo si ipsa sponsa vi præcisa esset cognita, adhuc nõ teneretur sponsus eã accipere in vxorem: sed petere posset sponsaliorum dissolutionem. gloss. in c. raptor. 27. q. 2. glo. in. d. cap. quemadmodũ. versic. oculos. in fine. quam ibi sequuntur Ioan. Andre. Abba. Imol. & cæteri Docto. neq; enim cogendus est quis contrahere bigamiæ vitium, nõdum præstito coniugali consensu. idem notat Regia. l. 8. paulo ante adducta. idem repeti Abb. in. ca. discretionem. de eo, qui cog. cons. vxo. suæ, post alios ibi. in sponsa tamen de præsenti secus esse asserit Abb. in dicto. c. discretionem. quod ipse intelligo, vt matrimoniũ quo ad vinculum dissoluatur: non enim dissoluitur: sed quo ad thorum dissolui posset propter fornicationem commissam metu: & sic vi conditionali: crederem tamẽ secus esse, si spõsa cognita, & oppressa esset vi præcisa. ex his, quæ de metũ dicebã. præced. cap. nu. 11. tametsi Abb. cõsi. 4. 1. vol. in vtroq; casu velit a prædicta pœna spõsam de præsenti, vel vxorẽ immunem esse. Sed quamuis ipsa sponsa, quæ diues erat tempore sponsaliorum ad paupertatẽ redacta sit, tenetur nihilominus sponsus eam ducere in vxorẽ. glo. in. d. c. quẽadmodum. ver. oculos. quæ intelligenda est, quãdo nihil dare promisit ipsa spõsa in dotem sponso: nam si promisisset non tenetur spõsus cum ea cõtrahere, nisi id daretur. ita Ioan. Andre. Ant. Imol. & alij in. d. c. quemadmodũ. in princi. per tex. in. c. de illis. de cõdi. appo. Iuxta communem eius intellectum. & l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verb. oblig. in fi. quibus addo quod Bald. notauit in. c. iurauit: de probat. dicens quod iurans aliquã accipere in vxorem, etiam nulla dotis promissione præmissa, non est compellendus eam ducere, si ipsa diues sit, & nolit dotem congruentem sibi assignare. sequitur eum. Ioan. Lup. in. ca. per vestras. de dona. 3. notab. §. 2. Verum Panormi. in. d. ca. quemadmodũ. glo. ibi. reprobat dicens, sponsum nõ teneri

teneri ad ducendam sponsam in vxorem, si post sponsalia, ipsa sit effecta pauperior, etiam si nihil sponso dare promiserit: iuramentum etenim est in
6 telligendum rebus sic stãtibus, ac non mutatis, vt ibi constat. & tamen sponsa cẽsetur tacite omnia bona sua in dotem promisisse, sicuti mulier, quæ matrimoniũ contrahit. habens patrimonium, censetur illud marito in dotem viri dignitati conuenientem dare. notat Barto. in. l. si constante. ff. soluto ma
5 trimonio. num. 78. *Idem præmittunt Aristoteles & Cicero in Topicis ad Trebatium*. Ego tamẽ non sequor in hoc Abb. imo pro communi opinio. iudicandũ esse cẽseo: nam quod Abb. dicit iure non probatur: non enim est verũ, q̃ mulier habẽs bona, si simpliciter cõtrahat matrimonium, videatur illa in dotẽ dare, etiã attenta dignitate mariti: id enim falsum est, vt nota glo. recte intellecta, & Bald. ibi in. l. mulier bona. ff. de iure dot. Bart. idem in. q. 7. incip. mulier habẽs. col. 3. & alij, quos refert, & sequitur Deti. cons. 521. col. 4. & Mayner. in. l. in ambiguis, p dot. nume. 163. ff. de regu. iur. nec aliqua lege contrarium probatur, vt ipsa glos. fatetur. imo autore Saly. ibidem potius probatur hæc nostra opinio in. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. & in. l. quære. ff. eo. titu. & in. l. si ex causa. §. 1. ff. de minori. notat Stepha. in Necyomãtia dialogo. 27. & si vera foret opinio Bar. in. d. l. si constante. esset intelligenda in muliere, quæ matrimonium contrahit, non sic in ea, quæ sponsalia tantum contraheret: vbi tantæ præsumptionis ratio non esset ita efficax. nec valeret argumentum a dote certa in specie promissa ad illam a lege sub intellectam. vti Ias. in eodem casu notat in. §. fuerat. de actio. nu. 127. Subinde fateor illam opinio. quam ex Bald. in. c. iurauit. retuli, non probari omnino iure, quando ipse sponsus esset diues, & haberet bona, ex quibus posset seipsum, & sponsam alere: sibi nanque imputet sponsus paupertatem dotis, quippe qui de ipsa dote constituenda pactum non fecit: quin & cõtra Panormit. dicendum est, imputandum esse sponso, qui fortunæ bonis confidit: si quis etenim sponsalia contraxisset cum puella pulcherrima, quę tandem labente tempore pulchritudinem amisit, nõ tamen priuata est oculis, nec naribus, nec arbitror ob id spõsalia dissolui posse.

Tertio possunt dissolui sponsalia, si sponsus sit absens, & vagetur per or
7 bem, modo expectetur per trienniũ, si nescitur quo in loco sit. l. 2. C. de repud. Regia. l. 8. titul. 1. part. 4. Si verò sponsus sit intra prouinciam expectari debet per biennum. l. 2. C. de sponsal. ita tamen, vt si absentia sit necessaria ex iusto impedimento, expectetur quousque cesset illud impedimentum. l. sæpe. ff. de sponsa. nisi ex periculo fornicationis iudex det licentiam sponsæ ad contrahendum matrimonium cum alio. argumen. capit. fina. de eo, qui cogno. consang. Hanc etiam distinctionem a iure ciuili collectam esse seruandam iure canonico tenent Ioannes Andreas

Ho st

Hostien.& Ant.in.c.de illis.de sponsa. Sylvest.verb. sponsalia.q.10.atque dictam legem.2.C.de spon sa.iure canonico admitunt. Hostiens. Ioann. Andre.& Abb.in. c.sicut.de sponsa.2.col. Sed idē Abb.Card.& Præp. in.d.c. de illis dictas leges in foro canonico minime admitunt:imo asserūt iure canonico sponsam non teneri ad expectandum sponsum vagantem per orbem: sed posse petere licētiam ad contrahēdum matrimonium.per tex.in.d.c.de illis.liberum sit.illa equidem verba excludunt licentiam sponsi, atque moram illam biennij, vel triennij. argu. glo.in clem.dudum.verb. libere.de sepult. quam sequuntur Abba. Barb.& Altiat. in. ca.1. de offi. ordi.3.notab.& Curtius.2.parte de feudis. q.2.Deti.in 8
c.si pro debilitate. de offi.del.Bal.Cardi.& Imol.in.c.quę in ecclesiarum.de cōsti. Anto.Burg.in.c.1.de empt. Curti. Iunior consil. 2. 1.col.iudicis tamen authoritas in hac nostra quæstione requiritur. Henr. & Præp.in.d.c.de illis. gl.in.c.de illis.in .1.de despon.impub. vnde glo.in.d.c.de illis.de sponf. dum allegat. l. 2.C. de repud.nō vult illam esse iure canonico seruādam, sed eam ad differentiā canonum,& legum adduxit.Hinc constat Abb. in.d. c.sicut. dum.2.col.dicit.d.l.2.C.de sponf. procedere nisi spōsalia essent iurata: quia tunc autoritas superioris foret necessaria,non recte perpēdisse ea, quæ prius dixerat in.d.c.de illis.nā siue sponsalia sint iurameto firmata,siue sola simplici promissione,lex illa,quæ ciuilis est, iure canonū nō procedit, & vtrobiq; iudicis ecclesiastici autoritas est necessaria ad spōsalia dissoluenda. Credo tamen,vt hoc diligentius absoluā, sponsum in loco propinquo absentem, vel expectandum esse, vel requirendum, vt intra certum tempus cōtrahat matrimonium.ex ratione illius.c. de illis. de sponf.quod si iusto impedimento. detineretur, non temere sunt spōsalia soluenda: sed attenta sponsæ qualitate,quæ forsan ex mora periculum pateretur.quod colligitur ex Hostien. in dict.c.de illis. vbi tex. non loquitur in his casibus.

Quarto principaliter sponsalia dissoluuntur lapsu temporis in sponsaliorum contractu constituti ad matrimonium contrahēdum.tex.in c. sicut. de sponf. vbi glo.dicit esse speciale in matrimonio, vt post lapsum terminum promittens minime sit obligatus: habent siquidem sponsalia hanc tacitam conditionem, vt mutuo dissensu dissoluātur, vnde si sponsus requirat absponsa,vt matrimoniū contrahat certo die,& ipsa nolit,ipse requirens liber videtur ab sponsalibus,si etiā ipse velit huic dissensui cōsentire, vt sentiunt Card.& Præp.in.d.c.sicut.Ego tamen hanc opin.Card.& Præp. intelligo veram esse. Primo,quando apparet alterum requisitum, vt contrahat nolle illo tempore,nec alio contrahere: tunc enim dissensus colligitur: alioqui licet ipse prouocatus respondeat, illo tempore nolle matrimonium cōtrahere, non sequitur eum dissentire: quia forsan illud tempus non videtur sibi conueniens ad cōtrahendum ob aliquam cau-

causam. Secundo procedit tex.in.d.c. sicut. quando terminus adijcitur sponsalibus ad limitandam obligationem, & ad eam restringendam ita vt lapso termino expiret: tunc enim extinguitur obligatio:ille tamen per quem stetit tenetur ex illa culpa. vt in dict. c. sicut.& probatur in.l.si fideiussor.§.fi.ff. mand.l. obligationum.§.1.ff. de actio. & obliga.l.damni.§.Sabini.ff.de dam. infe.sed in dubio,ex glos. Anto. Abb. & Præp.in dict.c.sicut. terminus tempore sponsaliorum appositus ad contrahendum,censetur adiectus causa restringendæ obligationis: quia nullus contractus est initus perfectè: sed ille terminus ad initiū alterius contractus datur: vnde tūc terminus restringit ita obligationem, vt eo lapso non duret. quod etiam notauit Archid. in. c. nuptiarum.27.q.2.Abb. & Imol. in c.cū dilecti.de dolo & cont.Hinc.Ange.& Alex. in. l. si insulam. col.pe.ff.soluto. matri. notant. quod vbi dies adijcitur causa inuitandæ obligationis non est locus purgationi moræ: pro quibus argumentum est. l. traiectitiæ. §. de illo. ff.de act.& obli.l. commissoriæ. C. de pact.inter emp.secus ergo erit vbi dies adijcitur obligationi iam perfectæ, & contractui cōsummato. quo casu dies potius censetur adiectus ad solicitandum effectum obligationis, quam ad extinguēdam ipsam obligationem. l. Celsus. ff. de arbitr. c. cum dilecti. de dol. & cont. ex quo Abb. in dict. c. sicut.dicit, quod si contractis iam sponsalibus ex interuallo tractetur de die nuptiarum, lapsus illius diei non liberat sponsum ab sponsione, & promissione matrimonij contrahendi, etiam si ipse illo die paratus esset contrahere quæ quidem adnotatio mihi placet,licet Præp.displiceat.

Quinto soluuntur sponsalia per matrimonium subsequens, etiam absque copula.tex.in c.sicut.&. c.si inter. &.c. 9
de illis.de sponsalib.ex quibus id receptum est communiter,etiam si prima sponsalia essent iurata. quod in dict. c. sicut. aperte probatur: nec est necessaria ad hanc dissolutionem iudicis autoritas. licet Conrad. Lagus in Method.iuris.titu.de nupt.contrariū opinetur. Item nec obstat tunc à periuro matrimonium contrahi: cum matrimonium à periuro contractum validum sit,quod alibi dicemus. Huic sententiæ simile est quod Ioan. ab Imol. notat in ca.cum contingat. de iureiur. nu.81. dicens, quod si quis vendat rem quandam duobus, ac secundo emptori eam tradiderit,illius censetur effecta nec potest ab eo auferri prætextu primæ venditionis, etiam iuratæ. per. l. 10
quoties.C.de rei vēdi. vbi hoc optime probatur.Imol.sequuntur Hippo.in.l. qui duobus. nu. 9. ff. ne fals. Ias. dict.l. quoties.num.36. Et Gozadin.cons.14. nu.2.Subdit Imo.idem dicendum esse quando primo promisit etiam cū iuramento vendere:& tamen vendidit secundo:hæc enim secunda venditio tenet,& ex ea potest compelli ad tradendam rem venditam. Crederem tamē ego quod si ante venditionem, vel traditionem vendidisset illi,cui iurauerat vendere, esset eius venditio potior ad

compellendum venditorem, vt illi traderet rem potius, quam alteri propter vinculum iuramenti. Posset etiam esse secunda venditio, vel eius causa facta traditio nulla, si primus, cui promisit vendere, vel vendidit, cum iuramento venditorem extraiudicialiter admoneret, vt seruaret iuramentum, neq; quidquam contra id ageret directe, vel indirecte, appellatione proposita ad iudicem ecclesiasticum: tunc equidem venditio, aut traditio, post hanc appellationem facta, esset nulla, tanquam facta appellatione pendente. ita Ias. in dicta. l. quoties. nume. 36. ac Gerar. sing. 98. licet ipse Gerard. Imolam impugnet in secundo casu.

Sexto sponsalia soluuntur per ingressum religionis professione sequuta: nam si matrimoniũ ante copulam ita soluitur, etiam quo ad vinculum. c. 2. c. ex publico. de conuers. coniug. cap. ex parte. eod. tit. à fortiori ergo sponsalia ita soluẽtur. quod omnes fatentur.

11 Nec oberit. c. commissum. de sponsa. quia licet dicat tex. ibi consulendo, tutius fore matrimonium cõtrahere, ac demum religionẽ ingredi, non tamen id ita fieri pręcipit, nec promissor contrahere tenetur, si velit religionẽ profiteri. ita Abb. & Præpo. ibi perpenso secundo intellectu glos. idem not. Palud. in. 4. dist. 28. q. 1. in fine. Nam & si iure certum sit posse tutè sponsum ingredi religionem dimissa sponsa, & tutius esse cõtrahere, ac demum religionem profiteri, nõ ex hoc sequitur hoc esse necessarium. Sat enim est tenere, quod certum est: tametsi consilium sit eligere certius. quod probatur: nã ad salutem animæ promptior est via castitatis, quam coniugij. c. nuptiæ. 32. q. 1. clemen. exiui. in princi. de verb. sign. & tamen potest quis tutè eligere viam coniugij. cap. integritas. 32. q. 1. c. gesta. cum glo. 74. dist. igitur potest quis dimissa sponsa tutè religionem profiteri quamuis tutius sit cum ea contrahere fidem præstitam, & iuramentum absoluens, & postmodum monasticam vitam eligere. Præterea potest optime dici, quod in dict. c. commissum. sponsus nolebat statim deliberate religionem profiteri: sed id in animum absq; voto induxerat: ideo Papa ei consulit, vt cõtrahat atq; fidem seruet, & postea si velit, religionem profiteatur. nec Roma. Ponti. consuleret ei matrimonij contractum, si statim vellet deliberato animo religionem profiteri. ex his, quæ ibi notat glo. & est intellectus Innocen. quem alij simpliciter referunt.

Soluuntur tandem sponsalia pluribus alijs modis, quandoq; sententiis iudicis ecclesiastici. quod frequẽtius est. glo. in. c. de illis. in. 1. de desponſ. impu. Henr. & Præpo. in. c. de illis. de sponſ.

12 quandoq; absq; sententia ipso iure, vt traditur post gloss. ibidem. & in. c. sic quippe. 27. q. 2. quam dicit ordi. Bald. in. l. fina. in princi. col. 3. C. de episco. & cleri. & in. l. iubemus. in vlti. §. 1. C. eo. tradit Tho. in. 4. distin. 27. q. 2. artic. fin. Regia. l. 8. tit. 1. par. 4. è quibus libet vltimo loco tractare, quo pacto sponsalia dissoluantur eo, quod ætate minori contracta fuerint.

EX

EX. §. PRIMO.

1 Impubes sponsalia contrahens poterit adueniẽte pubertate ab eis recedere.
2 Contractis sponsalibus a duobus impuberibus, qui primo ad ætatem perfectam accesserit, poterit statim huic contractui refragari.
3 Impubes contrahens sponsalia præstito iuramẽto, minime potest ab eis resilire.
4 Iuramentum ab impubere, doli tamen capace, præstitum, ipsum iurantem obligat, contractũ vero ab eo factum minime firmat.
5 Maior sponsalia contrahens cum minore, ab eis recedere nequit.
6 Adnotatio quædam nouiter animaduersa ex. c. de illis. in. 1. de desponſ. impub. refellitur.
7 Matrimonium à pubere contractum, sponsalia cum impubere præcedentia dissoluit, licet is pubes ab sponsalibus dissentire nequeat.
8 Sponsalia iuris tantum interpretatione de futuro, contracta à pubere, & impubere, non effici matrimonium ex consensu impuberis ætatem legitimam attingentis, nisi & pubes cõsentiat.

§. PRIMUS.

1 SEPTIMO igitur solẽt in iure sponsalia dissolui, eo quod cõtracta fuerint in minori ætate ex solo impuberis dissensu: is enim si dissentiat sponsalia dissoluuntur, licet verbis de præsenti, re tamen de futuro, ipsa sponsalia sint contracta: verum hic dissensus ante ætatem perfectam non admittitur propter ætatis fragilem constantiam: sępe enim impuberes cõtraherent, ac sæpe à contractibus dissentirent. glos. Card. & Præp. in c. de illis. in. 1. de desponſ. impub. quamuis vterque impubes peteret contractus dissolutionem. secundũ Præpo. ibi. quod probatur in cap. à nobis. eo. tit. In contracti. vero sponsalibus à duobus impuberibus, is qui prius ad ætatem per-

2 fectam peruenit, non tenetur alium expectare, qui adhuc impubes est: sed poterit statim contradicere, ac recedere ab sponsalibus secundum communem, quam Abb. & Præpo. in dict. c. de illis. colum. 2. sequuntur. & probatur: nam si hic potest dissentire altero impubere ad pubertatem perueniente, non video cur modo non possit cõtradicere: cum ipse iam sit ætatis perfectæ. licet glos. in dict. cap. de illis. versi. cum sponsalia. & seq. teneat, hunc perfectam ætatem adeptum non posse dissentire, donec alter eandem perfectam ætatem habuerit. Nec tantũ poterit, imo tenetur statim cõtradicere, si nolit sponsalibus stare, alioquin postea non poterit. sed erunt illa sponsalia firma quo ad effectũ spõsaliorum, quamuis non quo ad vim matrimonij. Hostien. col. 2. Henr. & Præp. in. d. cap. de illis. qui hanc asserit esse communem opinionem. Nec obstat, quod secundum hanc commu. opinio. nulla videatur constitui differentia inter versi. si vero. & versi. vltimum in dict. cap. de illis. quia constat manifestum discrimen. nam in. §. si vero. loquitur text. quando tempore contractus alter erat pubes, & is, qui tempore contractus fuerat impubes, factus pubes, petebat dissolui sponsalia. at in. §. vlti. is qui tempore contractus fuit pubes petebat sponsalia dissolui ante pubertatem alterius secundum Abb. Prępo. & commu. ibi quibus suffragatur Regia. l. 8. titu. 1. part. 4. quæ ita illum text. interpretatur. ex quibus apparet primo casu contradictionem admitten-

dam esse, non in secundo. His adde impuberem sponsalia præstito iuramento contrahentem, ratione ætatis non posse ab his recedere: sed ille cõtractus in vim, & effectum sponsaliorum firmus est. gloss. quæ sing. est secundum Abb. ibi. in dict. c. de illis. quam & cæteri iuris canonici interpretes sequuntur, quod intelligendum est quando illud iuramentũ præstitum fuit ab impubere, qui tamen ita erat proximus pubertati, vt intellectum, ac discretionem haberet, is enim iuramento se ad stringere potest. glos. Abb. & Doct in c. ex literis. in. 2. de sponf. & probari videtur in. l. fina. §. in eum. ff. de lib. caus. idem Bar. Corne. & Ias. col. 4. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. dicentes contractum à minore gestum, de iure tamen inualidum, iuramento præstito validum fore, etiam si
4 iuramentum sit præstitum à pupillo, qui tamen erat doli capax. in quo Bar. asserit hanc opinio. commu. esse. idem voluit Abb. consil. 108. in. 2. volum. De ti. in. l. pupillum. ff. de regulis iuris. nec me latet. glos. Cynum, & alios in dict. authenti. sacramenta. contrarium voluisse asserentes non firmari contractũ inualidum, à pupillo etiam doli capace initum, iuramento ab eo præstito, ex eo quod dict. authen. pubertatem exigat, vt iuramentum firmet contractum iure inualidum propter ætatis defectum: neq; refert, quod iuramentum valeat ob discretionẽ: cum aliud sit iuramentum obligare aliud contractum inualidum ratũ efficere. primo siquidem casu sequitur dandam fore absolutionem, ratione imperfectę ætatis. quæ absolutio necessaria est: non tamen ex hoc sequitur ipsum contractũ illo iuramento firmari. ita hãc opinio. vltimam scribit commu. esse Alexan. in. l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur. & Altiat. qui plures allegat in c. cum contingat. de iureiur. nu. 141. vbi eam sequitur. & mihi verior, atq; ęquior videtur præterquam in sponsaliorum contractu ex dict. c. ex literis. in. 2. in quo quidem contractu ætas non ita stricta, & certa est sicut in cæteris: cum eam supleri ex discretione, iuditio, & intellectu constet. qua ratione hanc opinio. sequor minime adherens responsionibus, quas Altiat. ad tex. in dict. c. ex literis. dare conatur. atq; huic opinioni, quam ex Alexan. conme. esse diximus suffragãtur duæ Regiæ leges: quarum prima est. l. 56. titu. 5. par. 5. altera. est. l. 6. tit. 19. par. 6. Cæterum hæc omnia intel
5 ligenda sunt quando tempore contractus vterq; impubes est, vel alter tantum: is vero, qui dissentit, impubes cõtraxerat: vnde in ipso, qui pubes erat tẽpore contractus sponsaliorum, manifestum est nullum dissensui locum esse: imo cõtractui stare tenetur quo ad sponsaliorum vim vt probat tex. in. d. cap. de illis nec mirum esse debet. hũc contractum ex dissensu impuberis dissolui posse non tamen ex cõtradictione puberis: sicuti si maior cum minore contraheret sine tutoris autoritate, cõtractus teneret vtiq; in fauorem minoris, nec posset maior dissentire, licet minor libere posset à contractu discedere. l. non eo minus. C. de procura. ne

que

què hic agitur de matrimonio. quod exigit vtriusq; consensum perfectum: sed de promissione futuri matrimonij & sic de sponsalibus. vti glos. & cæteri explicant in dict. c. de illis. Hinc constat contractis sponsalibus inter puberem, & impuberẽ esse sponsalia vtriusque respectu, tametsi minor possit ab eis recedere. quod aptissime probat tex. in c. fi. de desponsa. impub. & in. c. vnico. §. 1. eo. tit. in. 6. alioqui si non esset in hoc contractu vtriusq; ad sponsalia cõsensus, non oriretur ex eo impedimentum publicæ honestatis iustitiæ. vt cõstat in. c. 1. in princi. de sponf. in. 6. & tamen oritur id impedimentum. c. literas. &. c. accessit. de desponsa. impub. igitur ex consensu non tantum maioris, & minoris hic contractus verè est spõsaliorum: quo fit, vt Fortu. Garsias Hispanos apud Italos nõ minorem in
6 vtriusque iuris prudentia gloriam assequutus, quam apud nos in Cęsaris supremo Hispaniarum prætorio in. l. 1. col. 3. ff. de pact. non exacte perpenderit text. in d. c. de illis. ex eo notans iure canonico ex pollicitatione actionem oriri: id enim sit ne verum non disputo: tamen ibi non probari contendam libere, cum consensus vtriusque puberis, & impuberis ibi detur: & sic pollicitatio dici illa promissio non potest.

Ex his deducitur matrimoniũ à pubere cum alia contractum valere, atq;
7 dicta sponsalia omnino soluere. glos. Ioan. Andre. Hostiens. Præp. & alij in dict. c. de illis. in. 1. de desponf. impub. Rota Noua. 450. Regia. l. 8. tit. 1. part. 4. Nec video dubiũ in hoc versari, quando pubes contraxit matrimonium, priusquam impubes ad ætatem perfectam accedens, consentiat matrimonio cõtracto in minori ætate: illud vero maxime dubium est, an idem sit dicendum quãdo pubes matrimonium cõtraxit postquam sciuit impuberem
8 iam ætatem perfectam habentem, illi coniugio cõsensum præstitisse. & Syl. ver. matrimonium. 5. q. 8. in ea est sententia, vt opinetur sponsalia, quæ verbis de pręsenti: iuris verò intellectu de futuro cẽsentur, eo quod à pubere, & impubere contracta sint, in matrimoniũ transire, si impubes ætate iam perfesta factus maior, consentiat illi matrimonio tametsi pubes dissentire velit, eiusq; cõsensu minime expectato. idem asserit Ludouicus Gozadi. cons. 2. nume. 11. 27. &. 28. contra quos, ni fallor, iuris canonici est decisio apertissima in c. 1. §. 1. de desponf. impub. in 6. vbi matrimonium contractum inter duos impuberes, vel inter puberem & impuberem non efficitur perfectum, nec firmum, pubertate accedente, nisi nouus vtriusque consensus accedat ad matrimonium tacitus, vel expressus. Item si matrimonium contractum inter puberem, & impuberẽ, iuris intellectu, sponsalia de futuro iudicatur, quod nec Sylues. nec Gozad. negabunt, cur dicere audent hæc sponsalia ex alterius tantum cõsensu in matrimonium transire? contra text. cap. super eo. de cond. appo. glo. receptam communiter in dict. cap. de illis. Huic etiam Sylues. opinioni refragatur autoritas Hostien. Anto. & Henri. qui in

dict.c.de illis.plane fatentur dicta spō-
salia, etiam impubere ætatem perfe-
ctissimam iam adepto, nec contradicē
te, dissolui ex omnibus causis, ex qui-
bus sponsalia re, & verbis de futuro,
dissoluuntur. vnde ego non video quo
iure defendi possit horum Docto. opi
nio. aduersus quos adest optimū Bal-
di responsum. consilio. 194. & consilio.
200. in. 3. volumi. & tandem post pri-
mam huius operis editionem legi Ca
rolum Ruin. consilio. 203. volumi. pri-
mo. quo doctissimus ille vir nostram
sententiam probat. atq; hæc de sponsa
liorum tractatu sufficiant.

SECVNDA PARS.

T SI hæc secunda hu
ius operis pars, quæ de
matrimonio tractat,
quotidiana, ac frequen
tissima sit, eā tamē nec
longe, nec perfunctorie disseram. Sed
iusti. interpretis officio vsus eam octo
capitibus absoluam. Primum matri-
monij definitionem complectitur. Se
cundum, an consensus ad matrimo-
nium sit necessarius. Tertium, qualis
consensus ad id exigatur. Quartum,
qua ratione hic consensus exprimatur
quibusq; verbis. Quintum, de ętate ad
matrimoniū requisita tractabit. Sex-
tum, de his, quæ matrimonium impe
diunt. Septimum, de cōiugalis contra
ctus effectu. Octauū, de prole ex matri
monio suscepta, quā breuissime aget.

EX CAPITE PRIMO.

1 Matrimonium vnde sic dicatur, & eius defini-
tio?
2 Matrimonij etiam copulati appellatione, illud,
quod ex solo consensu constat, continetur: li-
cet consummatum non sit.
3 An spōsalia de præsenti sub matrimonij dictio-
ne significentur, copula non sequuta.
4 Sponsus, & sponsa de præsenti sub viri: & vxo-
ris nominibus comprehenduntur.
5 Matrimonium iure canonum non præsumitur
ex diutina maris & fœminæ cohabitatione.
6 Non quælibet maris & fœminæ coniunctio ma
trimonium dicitur.
7 Theophili, Boschoei, & Cantiunculæ error an-
notatur, atq; verus sensus restituitur, l. nuptias.
ff. de regulis iuris.
8 Matrimonium est indiuiduum vinculum: ex in
stitutione diuina.
9 Matrimonium est sacræ rei signum: vbi quid si-
gnificet, explicatur.

CAPUT PRIMUM.

1

ATRIMONIVM
sic denominatur, ꝙ fœmi
na ob id potissimum nu
bere debeat vt mater fiat,
autore Augusti. libr. 10. contra Mani-
cheos. c. 26. vel à matris nomine non
adhuc obtento: sed cum spe statim adi
piscendo. teste Aulo Gellio. lib. 18. c. 6.
vel ea forte ratione, quod maior or
matris, quam patris in liberorum procrea
tione habeatur ratio, atq; ea certa sit,
non ita pater sit certus. Iuxta illud Ho
me. Odys. 1. vbi Telemachus, inquit
me esse Vlysis filium reuelauit ma-
ter. sicut & ius ciuile iudicat à matre
seruos, vel liberos esse filios. notat
Boschoeus in tractatu. de nuptijs in
princip. Diffinitur autem. matrimo-
nium est maris, & fœminę coniunctio
indiuiduam vitæ consuetudinem re-
tinens.

tinens. l. 1. ff. de ritu nupt. §. 1. 27. quæst.
2. & §. 1. insti. de patri. potesta. Dicitur
vero coniunctio, non corporum, sed
animorum: qua quidem coniunctio-
ne alter alteri se tradit ad coniugalem
vsum expresse, vel tacite, atque in hac
coniunctione consistit consensus. vn-
de nuptias non concubitus, sed con-
sensus facit. l. nuptias. ff. de regulis iu-
ris. quo fit, vt lex, quæ de matrimonio
copulato loquitur, intelligenda sit in
2 matrimonio iam ex consensu perfe-
cto, quamuis coitus sequutus non sit.
cap. fina. de frigi. cap. per tuas. qui filij
sint legiti. cap. 1. & 2. de matrimonio cō
tra. contra interd. eccle. quæ iura citat
Andre. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de
reuo. donat. verb. donatione largitus.
nume. 179. aduersus Baldum in ca. ca-
pellanus. in fine de ferijs. Paulus de
Castro in. l. penulti. C. de Episcopis &
cleri. atque alios, qui huic sententię pa
lam aduersantur, quibus obstat etiam
glos. in clementina vnica. de consan-
guin. verbo, contrahere, quæ illum
textū pœnam inferentem contrahen-
ti matrimonium dato canonico impe
dimento, intelligit, etiam in matrimo
nio solo consensu contracto, copu-
la nondum sequuta. quam ibi Docto.
approbant communiter. opinio tamē
Bald. procederet vbi subiecta materia
vel legis intentio copulam exigeret.
Subdit præterea glossa prædicta, con-
stitutionem illam non punire contra-
hentes sponsalia. quam glossam præ-
ter Docto. ibi dicit notab. Detius in ca
pite nam concupiscentiam. de consti.
3 2. lect. Deti. consilio. 256. colum. 3. Hip-

poli. in. l. is qui cum telo. C. de sicar. nu
me. 39. & 41. dicit sing. Iass. in. l. quomi-
nus. ff. de flumi. num. 18. & Abb. in di-
cta clementi. vnica. vbi cæteri eam se-
quuntur. Attamen video illam glos-
sam citantes, non exacte distinguere
sponsalia proprie assumpta à contra-
ctu matrimonij, & sic ab sponsalibus
de præsenti. Cum illa glossa dum lo-
quitur de sponsalibus, aperte sponsa-
lia, quæ de futuro dicimus, intelligat.
Nec me latet sponsalia communi vsu
loquendi etiam illa dici, quæ de præ-
senti appellamus, sicuti in præced. par
te. cap. 1. diximus: qui quidem vsus à
canonibus, & sacra scriptura receptus
videtur. quòd ibi ostendimus. & po-
test deduci ex eo, quod ante copulam
non censetur matrimonium omnino
perfectum esse cap. cum societas. 27.
quæst. 2. Verum hac in re opinor, iura
loquentia in matrimonio locum habe
4 re vbi contractus coniugalis præcessit
etiam nondum sequuta copula. idem
etiam assero vbi iura aliquid statuerint
in marito, & vxore. l. penult. C. de in-
cest. nupt. l. penulti. ff. de donatio. inter
virum, & vxor. Quod si quando iura
solum erunt intelligenda in viro. &
vxore data commixtione carnali. & in
matrimonio iam consummato, id erit
vel ex communi vsu loquendi, ex le-
gis intentione, vel ex alia simili ratio-
ne. Quo pacto resoluenda sunt omnia
quæ longe, lateque adducunt Felinus
in rubric. de sponsalib. Detius consi-
lio. 540. Ancharranus consil. 216. Chas-
saneus in consuetud. Burgund. rubri.
4. §. 6. vbi octo paginis hoc ipsum pro-

ſequitur.Salycet. etiam in. l. non ſine. C.de bonis quælib. idem in. l. cum in te.C.de donatio.ante nupt.Andre. Tiraquel.de legibus connubiali.l.14. qui tamen non ita exacta,vt prolixa diſputatione contendunt, an contracto matrimonio dicantur hi,qui contraxerũt, ante copulam vir, & vxor: eos perlegat,qui hac de re plura noſſe cupit.

Ex præfata etiam diffinitionis interpretatione infertur, quodlicet iure ciuili ex concubitu, & cohabitatione inter æquales cõditione, matrimonium
5 præſumatur.l. in liberæ.ff. de ritu nupti.gloſſ.in cap.30. quæſtio.5. Roman. ſingul. 446. Regia. l.2.titul.14. part.4. iure tamen canonico talis cohabitatio non præſumitur coniugalis,ſed fornicaria. dicto cap.1.30. quæſtio. 5. gloſſ. Abb.& Imol.in cap.illud. de præſum. Nam & ſi lex ciuilis in dicta cohabitatione conſenſum præſumat, nec ex ſolo cõcubitu iudicet matrimonium. vt aduertit Ioan.Ferrarien.in dict.l.nuptias. ius vero canonicum ex ſolo concubitu conſenſum,qui in matrimonio principatum obtinet, præſumere noluit, maximè in preiudicium alterius matrimonij:quod explicat Pariſ. alios allegans conſil.59.volumi.4. nume.7. Vnde ſic cohabitantes cogendi ſunt vel ab hoc contubernio recedere, vel conſenſum, ad matrimonium neceſſarium,palam profiteri. Verùm ſi hæc cohabitatio diutina foret, nempe decem annorum, etiam iure canonum, & ratione ipſorum viuentium,eorum nemine refragãte:nedum quo ad prolem ipſis vita functis, matrimonium præſumeretur.Hoſtienſ.Abb. & Anto.in cap.lator. qui filij ſint leg. Cæpo. conſ. ciuili.5. nume.16. quibus addendum erit, filium mortuis parentibus legitimum præſumi ex eo, quòd eius parentes ſimul cohabitauerant. gloſſ. per text. ibi in dict. c. lator. vbi Abba. notat. & ſequitur Felin. in. c. per tuas, de proba. fi. col. Detius in. c. eccleſia. de conſti.num.39. Iaſ.conſil.168.4. volum.Curti.Iunior conſil.52. col.1. quæ tamen opinio in dict.c.lator. non probatur: quia ibi ille filius reputabatur, & communi opinione credebatur legitimus. Vnde Henr. ibi tenet contrariam ſententiã,& Altiat. de præſump. reg.3.præſump.1.nu.12. verior tamẽ videtur opinio gloſſ.& Abb. quæ receptior eſt:tametſi contra hanc præſumptionem poſsit opponi diſcrimen generis inter illos cohabitantes. Item virum fœminam tractaſſe non ita honorifice, ſicuti vxorem tractari ab eo decebat.ita Paul.de Caſtro.in.l. donationes in princip. ff. de donat. cui accedit Ioan.Lupi.in cap.per veſtras. de donatio.3.notab.§.7.nume.7.quidquid ipſe velit. §. 20. ad finem. Procedit tamen Abb. opinio, etiam ſi illa cohabitatio decennio non durauerit, ex mente eorum,qui hanc ſententiam profitentur. Ego vero eam admitterem præmiſſa decem annorum cohabitatione: alioqui contrariæ potiùs accederem, illud præterea notãdum eſt,hanc diutinam cohabitationem matrimonij pręſumptionem inducere, ſi alijs argumentis coadiuuetur. textus optimus in dicto cap.illud.

Tertio

Tertio ex diffinitione ſic intellecta deducitur verus ſenſus.l.1.§.ius naturale.ff.de iuſtitia. & iure.§.1. inſt. de iure
6 natu.cap.ius naturale.1.diſtin.vbi maris, & fœminæ coniunctionem, iure naturali omnibus animatibus communem,à nobis matrimonium appellari,inquit lex:quaſi velit ipſam copulam carnalem,matrimonium eſſe.Sed oportet altius hæc perpendere: non enim inquit lex maris,& fœminæ qualemcunq; coitum, nos matrimonium appellare:ſed eſt legis ſenſus:amaris & fœminę coniunctionem omnibus animantibus,etiam brutis eſſe iure naturali communem:illam vero, quæ iure naturali animalibus ratione præditis licita ſit matrimonium à nobis appellari. Eſt ergo maris, & fœminæ coniunctio matrimonium in ſenſu dictæ legis.1.non quod ipſa copula maris, & fœminæ ſit matrimonium: ſed quod ſine matrimonio nobis non ſit, etiam iure naturali licita maris, & fœminæ coniunctio. Hinc ſequitur, nos ideo maris,& fœminę coniunctionem,matrimonium appellare,quod aliter quã ex matrimoniali vſu nobis licita non ſit carnis commixto:tametſi Theophilus in princip.inſtitu.de iure nat.gent.
7 & ciui. Boſchoe. in tracta. de nupt. in 8 princip. & Claud. Cantiunt. in. §. nuptiæ.inſtitu.de patria poteſt.adnotauerint,matrimonium appellari qualemcunq; coitum,etiam brutis conueniẽtem:quibus minime aſſentior: quippe qui abſurdum exiſtimem,maris,& fœminæ cuniunctionem in brutis matrimonium appellari. Nec etiam admitto,quod idem Boſchoe.notat,non dici proprie matrimonium abſque coitu. vbi. l. nuptias. ita intepretatur, vt nuptias non tantum concubitus, ſed & conſenſus faciat.nam hoc ex eo cõfunditur, quod nubere dicatur, quæ coniugium abſque copula contraxit. l.cum fuerit.ff.de conditio.& demonſtratio. notat optime. Detius in dict.l. nuptias. Cui regulæ illud exemplum legis. Cum fuerit. aptat Conſtantinus Harmenopulus libro. 4. titul.2.quem relutit Anto. Auguſt. vir egregie doctus,atq; in Pandectarum emendationibus diligentiſsimus libro.1. capit.7. quibus mire ſuffragatur Chryſoſtom. Matthæ.19. Homilia.33. ſcribens, verum eſſe matrimonium,veraſque nuptias ex ſolo coniugali conſenſu.Hinc etiam apparet iure naturali illam tantum copulam hominibus conuenire, quæ ratione, & iure ſubſiſtat, qualis eſt coniugalis. quod eleganter Fortu. explicat in dicto.§.ius naturale.columna ſexta, & idem ſentit Ioannes Lupi. Segobienſis in tractatu de matrimonio columna.5.

Subſequitur in diffinitione indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ex eo quod matrimonium diuina inſtitutione indiuiduũ vinculum ſit, quod ab homine diſſolui non poteſt. Iuxta illud, quos Deus coniunxit homo nõ ſeparet. igitur in coniugio exitur conſenſus ad indiuiduum vinculum ſaltem tacitus, conformis quidem diuinæ inſtitutioni, ex qua coniugium indiuiduam conſuetudinem retinet. ſicuti apud nos optime docet Fortu. in

l.1.col.9.ff.de iust. & iur. nec inconuenit, quòd matrimonij vinculum ante copulam religionis solenni professione soluatur: id enim contingit præter pactum contrahentium, à quibus coniunctio hæc fuit his animis comparata, vt constans, ac perpetua sit, eritq; satis contrahentes prædictũ consensum præstitisse, vt verè dici coniugium possit. c. solet. 32. q. 2. Hostiens. in summa tit. de matrimo. §.1. Præp. in rubri. de spons. col. 2. vnde non immerito dicemus hunc coniugalem consensum totius vitæ cõsortium promittere. quod Theoph. Græcus institutionum Paraphrastes satis eleganter expressit. inst. de patri. potest. dicens. matrimonium est maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens seu promittens. atq; significantius Ioã. Maiori. in. 4. distinct. 26. quęst. 1. sic diffiniens: matrimonium est, inquit, signum sensibile, quo mas, & fœmina præuio consensu perpetuo coniunguntur. vt hinc pateat sacramenti definitionem matrimonio conuenire cum sacramentum sit sacræ rei signum. c. sacrificium. de consecr. distin. 2. signum, inquam, visibile sacræ rei inuisibilis. Significat enim matrimonium dilectionem inter ipsos coniuges futuram, quam Deus per gratiam ipsis coniugibus nectit. Significat etiam spirituale vnionẽ Christi, & ecclesiæ, idest, Christi, & animarum fidelium. Item repræsentat coniunctionem Christi cũ vnica spõsa ecclesia per carnis assumptionem, & sic coniunctionem diuinitatis cum humanitate. Iuxta illud: & verbum caro factum est. hoc autem vltimum significat matrimonium, carnis commixtione sequuta, non ante coitum c. cum societas. 27. quæst. 2. notatur in c. debitum. de biga. & vberrime in concilio Coloniensi. tit. de sacramẽto matrimonij. c. sed dices.

EX CAP. SEQUENTI.

1 Matrimonium ante carnis copulam perfectum quo ad vinculum, & sanctitatem sacramenti, non tamen quo ad significationem.
2 Matrimonium, sacramentum est nouæ legis.
3 Matrimonij sacramentum gratiam confert.
4 Matrimonium in legitimum, ratum, & consummatum distinguitur.
5 Matrimonium contractum per procuratorem an sit sacramentum.
6 Matrimonium à quo, & qua ratione fuerit institutum.
7 Matrimonium contractum propter non conuenientem finem valet, licet illicite contrahatur.
8 Quæ sit huius sacramenti substantia, forma & materia.

§. VNICVS.

1 EX his sequitur matrimonium ante copulam perfectum quidem esse quo ad vinculum, sanctumq; ex sanctitate sacramenti, vt fuit inter Mariam, & Ioseph. c. Beata. c. cõiux. c. omne. 27. q. 2. imo tanto sanctius quanto à carnali coniunctione alienius. secundum. August. ad Aeditiam. cuius verba ad id refert Magister in. 4. d. 26. & probatur autoritate Pauli. 1. ad Corinth. 7. qui collaudat cõtinentiam in coniugatis. Est tamen imperfectũ quo ad significationẽ: non enim illa omnia significat, quæ significaret carnali copula

pula cõsummatum. ex his, quæ idem Magist. notat, & Hostiens. in summa tit. de matrimonio. §. quid sit matrimonium Angel. verb. matrimonium. primo quęst. 3. & Coloniense Concilium in dict. cap. sed dices.

Secundo ex his deducitur matrimonium esse sacramentum, & nouę legis quod probatur ex Paulo ad Ephes. 5.
2 dicente. Sacramentum hoc magnum est, quæ verba ita interpretantur sancti Doct. vt tradit Ambros. Catha. lib. 5. contra Caie. c. 1. de matrimo. ecclesia etiam hanc assertionem profitetur in c. ad abolendam. de hæretic. & in concilio Florenti. sub Eugenio quarto. vt plane contrarium asserentes censendi sint hęretici. quos conuincunt sacris testimonijs, & conciliorum autoritatibus Rosensis. Ioan. Echius, atq; eruditissimus Alfonsus à Castro lib. de hæres. verb. nuptię. & colo. cõci. tit. de matrimonio. c. quæ omnia.

Tertio ex præmissis aperte constat matrimonium gratiam cõferre: sacramenta siquidem nouæ legis gratiam
3 conferre, receptissimũ est apud Theologos, & in eodem Florentino concilio vers. quinto, hoc docet ecclesia. hoc autem est sacramentũ nouæ legis, igitur gratiam confert. quod probat Coloni. concil. & Theologi frequentius fatentur. vt constat ex Maior. in. 4. distinct. 26. q. 1. notat Tho. 22. q. 100. art. 2. Alfons. de Castro in dict. verb. nuptiæ Abb. in. c. cum in ecclesijs. de Simoni. Præp. in rub. de spons. col. pe. post Card. ibi. Hosti. Ioan. Andre. in. c. 1. de sacra vnctione. & Canariensis episcopus Philipp. 12. licet glo. in cap. quidquid. 1. q. 1. & in cap. alma mater. vers. sacramẽtis. de sent. excommu. in. 6. & in dict. c. cum in ecclesijs. voluerit in hoc sacramento minime cõferri gratiam, quod falsum, & erroneum est. Hic vero & illud ad notandum est, non omne matrimonium protinus esse sacramentum. proinde scire conuenit matrimonium aliud esse legitimum, aliud ratũ, aliud
4 consummatum: est enim matrimoniũ legitimum id, quod legitimo consensu contrahitur, quale esse potest apud ethnicos. ratum est illud, quod à christianis more fidelium contrahitur, & istud sacramentum est. cõsummatum dicitur illud, quod omnino copula carnali firmatum est. quæ omnia explicat Colonien. concilium. titulo de matrimonio. cap. verum. & cap. sed dices. & probantur in cap. finali. 28. quæstio. 1. Magist. in. 4. distinctio. 39. & Præpos. in rubri. de spons. colum. penulti. Nec oberit text. in. c. gaudemus. de diuor. & in cap. vlti. de transactionib. dicens inter infideles dari hoc sacramentum: nam intelligitur dari inter infideles matrimonium, non tamen matrimonij sacramentum: cum illud coniugium ratum non sit, in quo deficiat fides. vti probat text. in cap. quanto. de diuort. dicens, apud infideles matrimonium contingere: non tamen esse ratum: efficit vero ratum, coniugij sacramentum, quod fidelibus competit. ergo infidelibus minimè conuenit matrimonij sacramentum: vel, vt aptius intelligatur litera cap. gaudemus. opinor apud infideles matrimonium esse

esse sacramentum habitu non actu: quia non contrahitur in fide ecclesiæ. ita Thom. in.4. distinctio.39. quæst.1. art.2.quo fit vt non ita firmum sit coniugium infidelium sicuti christianorũ. c.quanto supra citato.qd nos alibi tractabimus.nempe.c.7.§.4.

Ex his etiam redditur dubia Caieta.
5 sententia. is inquam.2.tomo. q.1. de matrimonio, dixit matrimonium contractum per procuratorem non esse sacramentum,nec gratiam conferre,donec inter præsentes coniuges id matrimonium saltem tacitè ratum habeatur. hoc enim certum non est, tametsi subtili ratione id probare nitatur. quẽ etiam reprobat Ambros.Cathari. contra Caieta. lib.5. c. de sacramento matrimonij.

Institutum autem fuit matrimoniũ ab ipso summo omnium rerum opifi-
6 ce in statu innocentiæ ante peccatum ore prophetico Adami dicentis Geñ. 2.hoc nunc os de osibus meis,caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suę,& erunt duo in carne vna.& quia spiritu prophetico illa verba protulit Adam,in sacro Euãgelio Matth. 19.redemptor noster illa verba ad Deũ ipsum refert. notat Magist. in. 4.d.26. tex.in.c.lex diuinæ.27.q.2.verùm ante peccatum fuit coniugium institutum in officium naturæ, nempe ad cõseruationem humanę creaturæ.Dixit enim Genes.1.c.Crescite,& multiplicamini. atq; idem repetit post diluuium,omnibus hominibus pene cõsumptis.Geñ. 8.institutum etiam fuit matrimoniũ, vt esset prima humanę societatis copula. quæ amicabilem quandam coniunctionẽ alterius quidem regentis: alterius verò obsequentis, cõplecteretur: quod pbatur dum. Gen. 2. dixit Deus Faciamus ei adiutorium simile sibi. & adnotauit Tho. in.4.distinct.26.q.1.& deducitur ex.l.1.§.ius naturale.ff.de iusti.& iure.vbi Fort.col.6.& illat.10. co. 6.ad idem optimus text.in.c. ius naturale.1.dist.§.1. instit. de iure natu.comprobat idem ex Platone.Ludo.Cælius lib.15.c.13.quibus mirè concinunt verba Aristo.1.polit.c.1. principio, inquit. Necessarium est maris, & fœminæ cõiugium,quorum vterq; sine altero debilis est, nec potest consistere procreãdi causa: idq; naturale est desiderium, quale quicquid est, tale quid alterum relinquendi:eius autem, qui imperat, & eius, qui paret naturalis est coniunctio salutis causa constituta.Ex quibus constat matrimonium in officium naturæ fuisse institutum ante peccatum. Cæterum post peccatum fuit institutum in remedium fornicationis, vt est autor Ange. quem Magist.aduocat in dict.dist.36.Coloni.conci.ti.de matri. c.est autem. Tho. in additio.ad.3.part. q.41.&.42.glos. & Card.à Turre Crema.in summa.27.q.1.& probatur in.c. nuptiarum.27. q.1.quo tandem vltimo sine officium sacramenti matrimonio conuenit, vt sit in medelam,ac remedium peccati. quòd in fornicatione committitur.incautè igitur loquũtur Card. & Præp. in rub. de sponf. dicentes,hoc sacramentum nõ fuisse institutum in remedium peccati.

Ex

Ex his manifeste apparet, propter di
ctas causas matrimonium fore à ca-
7 tholicis cõtrahendum: quod si ex alia causa contrahatur,nempe ob diuitias seu pulchritudinem,non rite contrahitur,valet tamen. tex.in.c.tua de sponf. vbi Abb.hoc notat. Tho.in.4. dist.30. q.1.arti.3.Maior in.4. dist. 26.q.2.sed & Caiet.in.2.tomo.q.3. de matrimo. probat esse licitum contrahere matrimonium propter pulchritudinem,aut diuitias, ita vt istæ causæ contingant, vt ratio matrimonij cum tali fœmina,vel vt causæ applicandi animum ad coniugium, non ergo sunt causæ finales, seu principales,sed causæ, sine quibus actus non fieret, quæ finales minime dicũtur.quemadmodum in simili docet Maior. in.4. distin.25.q.2.col.4. illa etenim est causa principalis, ad quam is,qui actum agit.magis intendit, quãquę præcipuam existimat. ita Tho. 12. q.18.artic.7. Bart.in.l.ambitiosa.col.4. ff. de decret. ab ord. faci. quo fit, vt si in hasce causas pulchritudinis,ac diuitiarum,seu libidinis principalis intenderet animus,non crederem licite,sed cum graui peccato contrahi matrimoniũ.quod probat Ambros.Cathar.lib. 5.contra Caiet.c.de matrimonio.

Sed cum matrimonium sacramentum esse constet, oportet scire quæ sit huius sacramenti forma,atq; materia.
8 quain re glos.in.c. tua nos.de sponf.dicit, substantiam esse consensum: formam vero ipsa verba consensum exprimentia. quam ibi nostrates approbant,& sensit Bal.in rub.ff.de iust & iure. quin & Tho. in.4. sent. dist.26.q.2. fatetur formam esse verba, quibus cõsensus exprimitur. rectius tamen dicemus, contrahentes ipsos esse materiã, & si dicamus ipsa verba esse formam, quibus quidem verbis consensus exprimitur.ita Palud. in.4. distinct.26.q. 4.colum.4.& Adria.in.4.tract. de matrimo.q.1.vnde glos.eadem in dicto.c. tua nos. incaute loquitur, dum dicit in matrimonio præsumpto ipsum factum esse substantiam & formam.idẽ sensit in cap.is, qui fidem. de sponsali. verius enim dici potest: in matrimonio præsumpto ipsam substantiam, & formã etiam præsumi. nam ille actus, ex quo matrimonium præsumitur,designat substantiam, ac formam interuenisse, saltem iuris intellectu. atque ita glos. reprobat Albertus Brunus tractat. de forma. folio.9. Colum.4. Hactenus igitur primum huius partis caput absoluimus: ad secundum oportet,vt festinemus.

EX CAP. SEQVENTI.

1 Consensum omnino esse necessarium ad matrimonium in exteriori,atq; interiori iudicio.
2 Consensus in iudicio exteriori quandoq; præsumitur,in interiori verò nunquam:atq; ideo iudex exterior interdum fallitur.
3 Protestatio. altero consentiente præcedens verba consensum exprimentia, defectum ipsius consensus probat etiam in exteriori iudicio.
4 Fœmina verbis fallacibus decepta, & stupro vitiata,quid agere debeat.
5 Furiosus contrahere matrimonium non potest.
6 Furiosus nemo præsumitur, & ideo qualiter furor probetur ibidem tractatur.
7 Furiosus interuallis quibusdam legitimè contrahit eo tempore,quo furor cessat.
8 Mente captus matrimonium cõtrahere nequit.
9 Ebrius coniugium minime contrahit.

Cap.

Caput ſecundum an

conſenſus ſit ad matrimoniũ neceſſarius?

1 CONSENSVM eſſe ad matrimonium neceſſarium nemo ambigit: id que iura canonica, & ciuilia profitentur. c.1. c. cum locum. c. tuę. c. tua. de ſponſ. c. ſufficit. c. ſic quippe. 27. q. 2. cap. tuas. de ſponſa. duorum. l. nuptias. ff. de regulis iuris. adeo, vt nec ſummus Pontifex poſsit condere legem, qua caueatur, matrimoniũ quandoque ſine conſenſu conſtitui: quod præcedenti parte notauimus, & probatur, quia quatenus matrimonium contractus eſt, conſenſum exigit. l. cõſenſu. cum. l. ſequen. ff de actio, & obligationi. l. 1. ff. de pactis. l. 1. ff. de contr. emptio. Nec in vinculo aliquod diſcrimen eſt inter iudicium exterius, & interius, quod conſcientię forum appellamus: illud ſiquidem matrimonium quod validum eſt in conſcientiæ iuditio, id erit etiam firmum in foro exteriori rurſus quod nullum eſt in interio
2 ri foro minime valebit in exteriori: tametſi iudex, qui per exteriora ſigna iudicare debet, pronuntiet illud eſſe matrimonium, quod vere non eſt. text. recte perpenſus in. c. tua nos. de ſponſa. Palud. in. 4. diſt. 27. q. 2. artic. 5. vtroque enim iudicio id tractatur an matrimonium probetur, ideſt, an cõſenſus coniugalis fuerit preſtitus. Sed in foro interiori conſcientiæ, ipſius confitentis dictum ſufficiens exhibet teſtimoniũ, etiam repugnantibus mille teſtibus: bus: at in foro exteriori ipſi confitenti in cauſam propriam, non creditur: ſed teſtibus alijſq; legitimis documentis. in ſubſtantia ergo nullum eſt diſcrimẽ inter hæc iudicia, licet maxime differant in modo cognoſcendi de re qualibet, quæ in controuerſia verſatur: atque ita intelligenda eſt illa Doct. interpretatio, quæ habet. tex. in. d. c. tua nos in par. 1. loqui in foro iudiciali, in ſecũda vero in foro conſcientiæ. quam ibi probat Abb. col. 1. idem in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. & eſt communis hic ſenſus, quem & Socin. ſequitur conſi. 28. 1. vol. idem Soci. conſ. 119. in. 3. vol. Regia. l. 5. tit. 2. part. 4.

Hinc infero, non eſſe in foro iudiciali iudicandum matrimonium, ſi quis, ex cõſenſu fœminę, proteſtetur ſe nol-
3 le cõiugalem conſenſum præſtare per quæcunq; verba, conſenſum illum ſignificantia, ab ipſo illo die proferẽda, ac demũ illa verba corã pluribus proferat, modo de illa proteſtatione iudici conſtet. ſic Abb. exiſtimat in dict. c. tua nos. quem Felin. ſequitur in cap. cum. M. de conſtit. num. 80. niſi ſequuta foret copula carnalis poſt prædicta verba: per quam receſſum videtur à proteſtatione: quod Felin. expreſsim adnotauit. & licet ſit dubium an in hac proteſtatione ſufficiat conſenſus tacitus alterius, qui pręſens tacet: an exigatur expræſſus. vt not. latè Deti. in dict. cap. cum. M. nu. 23. & ibi Ripa. nu. 125. Alex. Iaſ. & Anto. Rube. num. 312. in. l. non ſolum. §. morte. ff. de noui. oper. Alexan. Iaſ. & Curti. Iunior. in. l. pacta nouiſsima. C. de pact. Ego tamen in matri-

matrimonio crederẽ neceſſarium eſſe conſenſum expreſſum, ne tantum ſacramentum illuſione, & leuitate contrahentium tractetur. Nam & in cæteris actibus expreſſum conſenſum requiri, docet Bart. in dicto. §. morte. nu. 22. vt eum ibi intelligit Alex. nume. 31. & eſſe commu. opi. fatetur. Deti. in. d. cap. cum. M. nume. 23. pro qua facit. gloſ. in cap. Cumana. de electi. Verum ſi hæc proteſtatio fieret abſq; conſenſu alterius, minime iuuaret proteſtãtem. gloſ. communiter recepta in dict. cap. tua nos. Abb. 8. colum. & ibi Ripa. nume. 86. in dict. c. cum M.

Quid tamen agendum eſt, quando
4 quis, vt à fœmina carnale cõmercium conſequatur, verbis non animo matrimonium contraxit, ac ſemper animo & affectu fornicario eam cognouerit ita, vt coniugium effectum non ſit. & Thom. in. 4. diſtinct. 28. articu. 2. dicit hunc ſeductorem debere cum iſta matrimonium cõtrahere ſub pœna mortalis peccati, ſi nõdum aliam vxorem duxerit: ſi verò aliam duxit, tenetur ei reſarcire damnum, quod ſtupro intulit. Vnde conſequens eſt, vt iure canonico ac ciuili, pœna ſtupri ſit puniendus. c. 1. & 2. de adulte. hoc ipſum poſt Thom. notat in ſpecie Sylueſt. verbo matrimonium. 4. q. 8. & dicens id eſſe cõmuniter receptum comprobat Adrian. in. 4. in tractat. de matrimonio. q. 2. verſi. dico igitur ad quæſitum. Ipſa autem ſeducta tutè cum alio contrahet matrimonium, ſi coniecturis probabilibus perſuaderi poſsit in viro cõſenſum coniugalem defuiſſe. ſic Adri. quæſt. 2. & Sylueſt. q. 9. hoc dubiũ diffiniunt: has verò coniecturas tribuit diſpar genus, vel diuitiarum, ſtatus vel conditio impar.

Ab hoc eodem capite procedit in-
5 tellectus ad text. in c. dilectus de ſpon. vbi matrimonium á furioſo cõtractũ nullum eſt ex eo q̃ conſenſus deficiat. notat Magiſt. in. 4. d. 34. & ibi Tho. art. 4. Regia. l. 6. titul. 2. part. 4. argumento deducto à. l. furioſum. C. qui teſtam. facere po. & clementina. 1. de homicid. quibus coſtat à furioſo non fieri cum effectu actum conſenſum exigentem. id tamen intelligitur in eo, qui continuo furore laborat: is etenim, qui per dilucida dierum interualla laboraret, poſſet matrimonium contrahere tempore, quo furor ceſſat, ac redijt iam ſana mens. iuxta. gloſ. in dict. cap. dilectus. & probatur in cap. quamuis. 7. q. 1. l. Diuus. ff. de offi. præſ. Furor autem probandus eſt, quia quilibet præſumitur ſanæ mentis. l. 2. C. qui teſtam. fa.
6 po. l. nec codicillos. C. de codicillis. Sed probatur furor ex actibus & ſignis exterioribus, quibus iudex caute arbitrabitur furorem verum eſſe nõ fictũ. l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. res equidem in animo conſiſtens per exteriora ſigna iudicanda eſt. c. fi. de renunt. in. 6. l. dolum. C. de dolo. cũ pluribus alijs, quæ ad idem adduci poterant. ſigna vero ex quibus furor præſumi poſsit. tradunt. Doct. in. c. fi. de ſucceſſ. ab. inteſt. & in. l. furioſum. C. qui teſta. face. po. Aretin. in. l. 2. ff. de teſta. optimè Deti. conſ. 448. Altiat. de præſumpt. regul. 1. præſ. 38. & egregius Doctor.

Doctor.Mar.Naua.in.c.ſi quando. de reſcrip.excep.9. & Corneus conſil.22. vol.4. è quibus illud ſignum notandũ eſt.num ille, qui ſemel fuerit furioſus ſit ſemper in dubio præſumendus furioſus? quod videtur ex gloſ. in.c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.quã dicit ſingul.Lanfran.in cap.quoniam.de prob.verb.teſtium.fol.vlti. commendat Præp.in.d.c.dilectus.2.col. dicens eam eſſe cõm. receptam.idem notat gloſ.per text.ibi in c.indicas.3.q.9. ſequitur eam Iaſ.in dict.l.furioſum.& Areti.in.d.l.2. procedit tamen ſi probatum fuerit aliquẽ furioſum fuiſſe quodã continuo tempore, nempe vno menſe, vel vno:anno:ſecus ſi probetur in aliquot actibus furioſum fuiſſe:non enim præſumitur adhuc illum furorem durare.Bar. in.l.2.ff.de bono.poſſ.infanti. delat. quem Iaſ. ſequitur in.d.l.furioſum.nu.3. Altia.in tract.de præſump. reg.2.præſ.18. & Steph.Bert.conſi.48.nu.24.in noua conſ.parte.Secundo procedit dicta furoris præſumptio quo ad actus, qui paulo poſt furoris tempus aguntur,nõ autẽ quo ad illos,qui longo interuallo poſt furoris tempus geruntur.ita Imo. & Aret.col.3.l.1.§.fi.ff.de verb. obliga. Ancha.in cle.1.de homic.fi.col.& optime Bertra.dict.conſi.48.nu.24.Tertio minime eſſet furoris continuatio pręſumẽda,vbi iudicio,ac teſtimonio peritorum probatur illum furorem ex accidẽti cauſa contigiſſe,quę modo ſublata eſt, & veriſimili coniectura ceſſauit.Areti.in.l.2.ff. de teſtam. 2. colum. Proſtremo illud notandum eſt, in dubio an laborans interualis quibuſdam,

ita vt aliquo tempore ſit in ſana mente,actum egerit tempore furoris,an tẽ
7 pore ſanæ mentis,præſumi illum actũ geſtum in ſana mente, vel furore ex ipſius actus qualitate.q̃ notauit.Iaſ.in l.furioſum.3.col. idem reſpondit conſulendo.conſil.178.vol.2.& Bertr.dict. colum.48.num.25.& Altiatus in dicto præſ.18.vnde quod Aret.in.l.2.ff. de teſta. colum. finali. in hoc caſu dicebat, actum præſumi geſtum in ſana mente, eſt intelligendum, quando ex ipſo actu poteſt colligi & perpendi in ſana mente geſtum fuiſſe, attentis ipſius actus circunſtantijs.Decius in.l.in negocijs.ff.de regul.iuris.Ex his infertur matrimonium à furioſo contractum nullum eſſe, neq; referre an alter, qui ſana mente contrahit,ſciat alterum furioſum eſſe,vel non.ita Pręp.poſt alios in dict.c.dilectus.vbi.gloſſa parum diligenter hoc expediuit.

Secundo deducitur ex prædictis matrimonium à mente capto cõtractum inualidum eſſe. Cum is careat intelle-
8 ctu, quo cõſenſum præſtare poſsit,ac furioſo ſimilis eſt. l.2. C. de curat. furi. l.furoſi.C.de nupti.notat in matrimonio.Soci.conſil. 47. in.3.vol.col.3.quibus conueniunt plura. quæ congerit Martin.Naua.in cap. ſi quando de reſcrip.except.9.col.30.

Tertio hinc patet,matrimonium ab ebrio minime cõtrahi poſſe ob cõſen-
9 ſus deffectũ, ſi ebritas illum cõſenſum impediat.ita Henr.in.d. c. dilectus. & Soci.conſil.47.3.vol.Deti.conſi.112. & Ripa.in.l.fi.C.de reuo.don.q.22.Quibus & illud adde matrimonium per ſi

gna

gna cõtrahi poſſe a vere mutis.c.cum apud.de ſpõſ.imo & a muto,& ſurdo ſimul,ſi is habeat intellectũ:quod pulchre explicat Pariſien.conſi.63.vol.4.

EX CAP. SEQVENTI.

1 Conſenſus in coniugio non eſt neceſſarius expreſſe ad carnalem copulã, ſed erit ſufficiens in mutuam corporum traditionem.
2 Conditio ſuſpendit matrimonii contractum.
3 Matrimoniũ qualiter ſit legitimus actus, qui cõditionem, nec diem recipiat.
4 Intellecta.regul.actus legitime, de reg. iuris,
5 Conditionis euentus in coniugali contractu, abſq; nouo conſenſu tacito, vel expreſſo,matrimonium non efficit, contra receptiſsimam noſtratum opi.
6 Cõditionis euentus,etiam præmiſſa opin.com. matrimonium non efficit, ſi ante illum euentum cõſenſus conditionalis fuerit reuocatus, 2
8 Conditione ſi Papa diſpenſauerit eueniente,matrimoniũ minime cenſetur contractum, ſed tãtum ſponſalia de futuro.
9 Impoſsibile quãdo iudicetur illud, quod a principis uoluntate pendet.

Caput tertium. Qualis conſenſus ſit ad matrimonium neceſſarius.

Æterum cum conſtet ad matrimonium eſſe conſenſum neceſſarium, tractare libet qualis hic cõſenſus exigatur:& Primo cõſenſus hic exigitur in ſocietatem coniugalem diuinitus inſtitutam, vt dicebam. capit. Primo huius partis. Nec eſt neceſſarius conſenſus explicitus in carnalem copulã.text. vbi hoc notant Abba. & Docto.in capit.commiſum de ſponſ. Thom. in.4.diſtin.28.q.1.art.4. Palud. ibi. q.1. & eleganter Caieta. 2. Tomo. q.3. de matrimo. Sat enim eſt quod cõſenſus præſtetur in mutuam poteſtatem, ac traditionem corporum,vbi tacite includitur conſenſus ad indiuiduam cohabitationem,fidem, ſeruandam, atque etiã ad carnalem comixtionem.Sed & hic conſenſus nõ eſt in actum coitus,ſed in potentiã, vt idem Thom.explicat.in.4.d.30.q.2. quo fit, vt matrimonium contrahi non poſsit cum pacto expreſſo euitandi coitum. vti dicemus hoc ipſo.ca.& notat Syluest.verb.matrimonium.4.quæſt.6.

Secundo cõſenſus hic coniugalis purè præſtitus matrimoniũ efficit, ita vt abſq; aliqua conditione, quæ præſentem cõſenſum auferat: neceſſario exhibẽdus ſit: quia ſicut cæteri contractus pendente conditione ſuſpenſam habent obligationẽ,ita & hic. c.ſuper eo.c. de illis. vbi hoc notãt Inno.Ioan. Andr.Carn.Abb. & præpo.de condi. appo.dicẽtes ad coniugiũ non tantum exigi verba præſentem conſenſum ex primẽtia, ſed oportere verba illa fore libera a cõditione,quæ ipſum conſenſum ſuſpendat: alioqui non eſſet coniugalis cõſenſus præſens, ſed futurus in conditionis euentũ.idẽ notat Henr. in. capi.ſi col.2. de cond.app. qua in re errauit Specu. tit. de cond. app. col.2. dicens conſenſum de præſenti, etiam cõditionalẽ, efficere matrimoniũ ſtatim, nec cõditionis euentũ expectari, niſi ſit cõditio relata ad alterius volũtatẽ, ſic intelligẽs. c.ſuper eo de condi. app. quod falſum eſt manifeſtè. Imo ſi verba cõtractus ſunt de futuro, ante conditionẽ nec ibi eſt matrimoniũ,

D nec

nec ſponſalia de futuro:eueniẽte vero conditione ſponſalia ſunt, quæ de futuro appellamus: quod ſi verba ſint de pręſenti, conditione tamẽ adiecta, eueniẽte illa conditione cõiugiũ erit, ante illam nec matrimonium nec ſpõſalia de futuro, probat text. optimus. in. c.1.§.fi. de ſponſ.in.6. atq; hæc omnia intelligenda ſunt decõditionibus licitis, honeſtis, & poſsibilibus: nam de inhoneſtis, turpibus,& impoſsibilibus ſtatim longius dicemus,

Ex hoc illud manifeſtum eſt, matrimonium non recipere conditionem: repugnat enim matrimonio conditio cum ea pendente,ad matrimoniũ cõſenſus præſtitus non ſit:at ea euenien-
3 te matrimoniũ perfectũ eſt. & ſic eſt legitimus actus, qui iam conditionẽ vllam non admittit. Vnde conſenſus ad matrimonium cõditionem admittit,ipſum vero matrimonium nullam recipit conditionẽ. ſunt etenim actus quidã legitimi. ideſt, a legibus inſti-
5 tuti vt ſtatim ex eis effectus aliquis purus ſequatur, qui cõditionẽ nõ recipiunt,nec diem,imo eis refragatur cõditionis adiectio:quia cõtra actus ipſius ſubſtantiã eſt: cũ ille ſit a lege introductus vt ſtatim ſortiatur effectũ. Matrimoniũ itaq; inſtitutũ eſt ad cohabitationẽ mutuam, atq; coniũctionem, repugnat ergo ei cõditio: cũ ea pendẽte effectum proprium minime
4 cõſequatur. Sic & emãcipatio à lege introducitur, vt ſtatim quis à patria poteſtate liberetur:at pendente cõditione nõ poteſt eſſe liber:igitur conditio reſiſtit emãcipationis actui. Hunc opinor eſſe ſenſum illius.l. actus legitimi.ff.de reg.iur.cui cõuenit re.actus de reg.iur.in.6. & ſi difficilima ſit huiuſce nodi diſſolutio.vt conſtat ex Altiat.qui lib.3.parerg. c.4.& ſequẽtibus prædictę.l.intellectũ tractat. omnia tamen quæ ipſe adducit nobis hac in re ſuffragantur. Nec mihi placet opinio cõmunis,qua aſſeritur.l.actus.ſolũ intelligi quo ad actus ibi expreſſos, non quo ad alios.qui quidẽ intellectus põt ex Bar.ibi colligi.& ex Dino.in.d.reg. actus. gl. in.§.omnis.inſt.de ver.obli. & expreſsim id notat. Card.conſ.103. col.4. Cuma.conſ.98. Deti. & Ferrar. in.d.l.actus.& Alex. in.l.a Diuo. Pio. §.in vẽditione.ff.de re iud.nullã enim præfati Doct. cõſtituũt rationẽ differentiæ, quæ cõgrua videri poſsit:atq; multo minus congruit.glo. & Docto. ſolutio in. d. c.ſuper eo.de cõdi.appo. Hic tamen oportet ſcire an præſtito coniugali conſenſu per verba de præ-
5 ſenti ſub cõditione, ea adueniẽte ſtatim ſine alio actu conſenſum exprimẽte tacite vel expreſſe, ſit matrimoniũ, an requiratur aliquis actus ſaltem tacite cõſenſum coniugalẽ ſignificans. Et iuris canonici interpretes, ſtatim ſine aliquo actu alio matrimonium ipſo cõditionis euẽtu perfectũ eſſe, aſſerũt frequentiſsime, ad exẽplũ cuiuſlibet alterius conuentionis cõditionalis. ita Abb.in.ca.de illis. poſt Innoc. & alios ibi.idem Abba.in.c.ſuper eo.Henr.in ca.fi.col.2.de cond. appo. Palud. in.4. diſt.29.in fine. arg.tex.in.di.cap. de illis. Sed aduerſus hanc opi. illa in primis adducitur ratio.Matrimoniũ ſine conſen

conſenſu nõ contrahitur, hic autẽ cõſenſus non datur: igitur matrimoniũ non eſt, etiam adueniente cõditione. Non dari conſenſum patet:non enim eſt à principio conſenſus ad matrimonium ſufficiẽs,quia conditionalis eſt: nec oberit cõditionis euentus: nam ſi diſſentiat contrahens ante euentũ cõditionis, euentus conditionis nõ operatur contractũ coniugalem:ergo ille conſenſus ab initio præſtitus non eſt ſufficiẽs:ſi enim ſufficiens eſſet, nil referret an medio tempore conſentiens ille diſſentiret,ſi cõditio poſt modum eueniſſet: vt eſt manifeſtum in cæteris actibus conditione geſtis. Sed ſi conſenſus ille ab initio ſufficiens non eſt, poſtea eueniente cõditione nullus cõſenſus interuenit, quia euentus conditionis nõ efficit nouũ conſenſum,igitur nondum datur ad coniugium cõſenſus.Præterea hæc cõmu,opinio eſt cõtra tex.in.ca.ſuper eo.de cõd.appo. vbi inquit text. adueniente conditione cogẽdum eſſe matrimoniũ contrahere ipſum,qui cõditionalẽ cõſenſum præſtitit: igitur nondũ erat matrimonium contractum, etiam eueniẽte cõditione.Item conſtat in eodẽ tex.conſenſum de præſenti ſub cõditione præſtitum habere vim promiſsionis de futuro matrimonio contrahendo: ergo nõ poteſt trãſire in matrimoniũ, niſi ea interueniãt, per quæ ſolẽt ſponſalia de futuro in matrimonium trãſire, nẽpe copula. Qua in re illud admonẽdũ eſt prædictã conditionalẽ ſpõſionem de præſenti,ante cõditionis euentũ dici ſponſalia de futuro ad hunc effectũ
7 vt per copulã, vel quid æquipollẽs cõſeatur à conditione receſſum:nõ tamẽ quo ad alia: ſiquidem ante cõditionis euentũ nec oritur publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentũ. c.1.§.fi. de ſpõſ. in.6.nec eſt cogẽdus promiſſor, ſeu illa verba pronũtiãs,cõtrahere,tex.in.d. ca.ſuper eo. quæ locũ haberent ſi illa eſſent ſponſalia de futuro. vt conſtat. His & aliis rationibus probabilior eſt opinio vltima, quam aſſeruit Diuus Thom.in.4.ſent.di.29.q.3. verſi ad tertiũ.Ioan. Maior.in.4. d.27.q.4.colũ. 2. & Adria. in.4. ſub tract.de matrimo. cap.ad diſcernendum.eamq; Salmanticæ pũia egregia diſputatione publice profeſſus eſt Franciſcus à Victoria vir de ſacra Theologia quam optime meritus. Anno. 1531. Cui ſuffragantur ea, quæ nos præcedenti parte. capi. 4. notauimus.§.2.nu.3. &.4.

Præmiſſa tamen communi ſentẽtia
6 infertur,q̃,ſi ante cõditionis euẽtum reuocaret illum cõſenſum is, qui eum præſtiterat, euentus conditionis non efficeret cõiugium.glo. & Docto. in. d.cap.ſuper eo,quamuis nõ poſsit licite dictum conſenſum reuocare, ſed teneatur expectare cõditionẽ. l. potior. &. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab.Abb.& Præp.in.d.c.ſuper eo.nec refert ad reuocationis effectum,an altero ignorante, vel ſciẽte fiat. text.eſt in.c.fi.de procu.in.6.licet.gl.in.d. c. ſuper eo. videatur ſciẽtiã alteri⁹ exigere.

Ex his illud celebre dubiũ exoritur, quid dicendum ſit, quãdo duo, inter quos ſuberat cononicum impedimentum, contrahũt matrimoniũ per ver-

ba de præsenti, sub conditione tamen si Roma. Pōtifex dispēsauerit, eumq; contractum permiserit, an dispēsatione sequuta statim absq; nouo cōsensu sit matrimonium, an sponsalia, ita vt licet coniugium nō sit, cogi tamē possint ad id contrahendum. & si opinio Theologorum, quā paulo ante præmisimus, est tenenda, facile soluitur quæstio, verum cōmuni & a nostratibus receptissima opinione præmissa, in hoc dubio Innoc. Card. & Abb. in. d. c. super eo. tenēt ad coniugium hoc perficiendum esse necessarium nouū consensum præter Papæ dispensationem. idē Sylvest. verb. matrimonium. 3. q. 9. Henr. in. ca. fi. de cōd. app. 2. col. Areti. cons. 142. col. 5. idē Areti. dicens hāc opi. commu. esse. in. l. apud. Iulianum. §. constat. 3. col. ff. de legat. 1. quā. l. interpretatur simul cum. l. cum seruus. plures ad id adducens asserit hāc opi. esse cōmu. Ferni. Loazes Ilerdensis præsul. in tract. de matrimo. 12. dubio in princ. hic enim cōtractus, secundū eos, a principio fuit illicitus: ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio. l. cum lex. ff. de fideiuss. præterea hæc conditio impossibilis est, quia à principis voluntate depēdet. vt in. d. §. cōstat. probatur. & in. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. & a matrimonio reiicitur, ac remanet purus ipse contractus. c. fi. de cond. appo. sed talis contractus purus minime valet. ergo etiam si Papa dispensauerit, non erit matrimoniū, imo nec spōsalia de futuro, secundum eosdem. Sed his rationibus respōderi potest. Primo hūc contractum fore illicitum si simpliciter fiat: si vero fiat sub cōditione, quæ cōtractum ad licitum tempus referat licitum esse, l. in tempus. ff. de hæred. inst. vnde qui ita contraherent non essent excōmunicati. ex cle. vnica. de cōsangui. quod notat. Adria. in. 4. tracta. de matrimonio. q. 10. ad finem.

Secundo respōdetur. id quod a principis voluntate pendet reputatur impossibile, quando illud princeps non solet cōcedere. id verò quod princeps solet cōcedere non est dicendum esse impossibile, qualis est dispēsatio in tertio gradu consanguinitatis, aliisq; similibus impedimētis. quod patet ex. d. §. constat. dum dicit, cū distrahi non soleāt, vbi hoc notare videtur. Cuma. Paul. & Alex. optimus tex. in. l. intercidit. ff. de conditio. & demonstrat. l. quidam relegatus. & ibi Soci. & Lusita. ff. de reb. dub. sensit Ariet. in dict. §. constat. quem sequitur Sigismun. Lofredus cons. 16. num. 9. idem notat Soci. Iunio cons. 51. vol. 1. col. vlti. qui omnes expressim asserūt, impossibile iudicari id, quod a principis voluntate pendet, quando nō solet à principe fieri. Imo licet id, q̄ pendet a principis voluntate dici possit impossibile large, non tamen ex stricta interpretatione, etiam si nō soleat à principe cōcedi: id etenim si fieri à principe potest, possibile est quod fiat: tamē quia princeps, etiam si id possit, non solet facere, dicitur impossibile. Sed nō eo modo, quo impossibile dicitur, & assumitur. in capit. fina. de condi. appo. vbi impossibile ego intelligo quod natu

natura, vel iure est impossibile: id ergo quod a principe fieri iure potest, licet nō soleat fieri, nec erit impossibile à natura, nec à iure. Itē cōditio impossibilis de iure, qualis ista quibusdam videri potest, si ad futurum referatur non reiicitur à matrimonio. vt notat Adri. in. 4. q. 11. de matri. & dicemus paulo post: igitur ista conditio non est dicēda impossibilis: quo fit vt Areti. ratio minimè cōuincat pro eius opinione. E diuerso. Cald. Anto. & Prep. in. d. ca. super eo. tenēt eueniente conditione ista. & sic Roma. Ponti. matrimonium permittēte, non esse necessarium nouum consensum: sed esse iam matrimonium ex euentu cōditionis. propter illā communem opi. Cononistarū, quam præcedenti, q. retulimus. idem repetit Cal. cons. 1. titul. de spon. Deti. in. l. ea quę raro. ff. de regu. iur. in id etiam inclinat. Ias. in. d. §. constat. quam sententiam consuetudine seruari testatur Nicol. Boeri. decis. 264. nu. 27. & si vera est commu. opinio Canonis. ego nō video cur ista opinio Cald. & sequacium non procedat. q̄ si opinio Theologorum vera est, arbitror eueniente conditione esse iudicanda sponsalia de futuro, non matrimoniū quod mihi magis arridet.

EX. §. SEQUENTI.

1 Conditio cōtra substātiam matrimonij, & sic cōtra aliquod ex tribus matrimonij bonis: ipsū contractum vitiat.
2 Conditio illa, si te adulterandam tradideris: est contra matrimonij substantiam. aduersus Angel. de Clauasio.
3 Conditio: quæ substantiæ cōiugali repugnat, & si honesta sit, ipsum matrimoniū destruit. contra Palud.
4 Beatissima virgo qualiter in matrimonium consenserit, ac virginitatem fuerit professa,
5 Matrimonio contracto plura contingūt: quæ si ab initio intercederent, matrimonium ipsum irritum facerent.
6 Conditio illa: si negaueris debitū quoties mihi non licet exigere, est contra substantiam matrimonij.
7 Conditio cōtra substantiam matrimonio adiecta tunc demum ipsum vitiat, quando adiciētes non suspendunt contractum in euētum conditionis.
8 Modus, qui refragatur coniugali substantiæ: etiam matrimonij contractum nullum reddit. Secus tamen est in pacto.
9 Conditio præteriti aut præsentis temporis: licet sit contra sustantiam matrimonij: ipsum minime vitiat.
10 Conditio contra matrimonij substantiam: etiam quæ sit resolutiua actus: ipsum cōtractum vitiat.
11 Conditio contra substantiam matrimonij ab vno adiecta altero refragante: an irritum faciat coniugium.
12 Conditione contra coniugij substantiam adiecta: nullū effectum habere coitū subsequutum.
13 Conditionalis matrimonij contractus purus efficitur, ex solo coitu præcedente deffectum cōditionis.
14 Coitus inter virū & fœminā qualiter probetur.
15 Conditio: cuius euentus obligationē oriri aperte impedit: ipsum cōtractū matrimonii vitiat.
16 Cautela quædam hac in re a doctoribus tradita caute admittenda est.
17 Cōditione cōtra actus substantiam apposita: in quo cōiugalis contractus a cæteris differat.
18 Conditione professioni adiecta: ex qua habere propria bona profitēti permitatur: an ipsa professio valeat.
19 Intellectus. cap. Diaconi. 28, distin.
20 Ecclesiæ consecratio valet reiecta conditione, quæ episcopū ab eius cura excludit.

§. PRIMVS.

ÆTERVM de his conditionibus acturi, hoc premisso coniugalem consensum licitas & honestas conditiones admittere, quid dicendum

ſit de cõditionib⁹ cæteris, quæ vitiũ ſe cum afferant, videbimus vt tandem aliquot exempla de conditionibus licitis explicemus.

Cõditiones autẽ, quæ omnino licitæ non ſunt, poſſunt in hoc contractu
1 contingere tripliciter: aut enim conditio eſt cõtra ſubſtãtiam matrimonij, aut eſt impoſsibilis, aut turpis. Conditio contra ſubſtantiã matrimonij ipſum matrimonium contractũ vitiat, ac deſtruit. c. fi. de cond. appo. Regia. l. pe. & fin. ti. 3. part. 4. & probatur ratione: nam ſine ſubſtãtia nihil poteſt ſubſiſtere. c. tua nos. de ſponſ. ca. detrahe. 1. q. 1. l. cum hi. §. prętor ait. ff. de tranſ. l. cũ precario. ff. de precar. notat Bart. in. l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſa mor. Subſtãtia vero hic deficit, igitur cõtractus fieri nequit. Subſtantia autẽ deficit, cum ea cõſiſtat in conſenſu ad ſocietatem cõiugalem, ſub quo includitur tacite cõſenſus mutuus ad vinculum perpetuum coniugii, ad fidem ſeruandam, ad prolem ſuſcipiendam, quæ quidem tria bona ſunt matrimonij. c. omne. 27. q. 2. Conditio ergo illa ſi generationem prolis euites, eſt contra ſubſtantiam matrimonij: quia eſt contra illud bonum prolis, in quod conſenſus coniugalis dirigitur. illa ſi te adulterandam tradideris, contra bonum fidei, illa verò donec aliam inueniam meliorem te, contra vinculum indiuiduum. Sic ergo iſte conditiones intelligendæ ſunt, vt contra ſubſtantiam coniugij appoſitæ cenſeantur. vti gloſſ. & doct. in dict. capi. fina. explicant.

Primo hinc colligitur Ange. in ſumma. verbo. matrimonium. 3. imped. 3. §. 11. manifeſte errare, dum dicit hanc conditionem ſi te adulterandam tradideris, nõ eſſe contra ſubſtantiã matrimonij, niſi adiiciatur, ita vt mihi nõ tenearis reddere debitum coniugale: quia ſine hac adiectione illa conditio non eſt contra ſubſtantiam matrimonij, ideſt contra fidem, quam alter alteri tenetur exhibere in reddendo debitum cõiugale. Sed tamen eſt cõtra fidem, quam alter alteri tenetur exhibere non tradendo alij quam coniugi corpus ſuum: quæ quidem fides non eſt de ſubſtãtia matrimonij: nam ſine ea poteſt eſſe coniugium. vt ipſe Ang. probare nititur verb. matrimonium. 2. q. 23. & ita intelligit tex. in. di. ca. fina. cui repugnat Angel. interpretatio, ſi quidem de ſubſtantia coniugij eſt ſeruare fidem alteri coniugi, non tradendo alij quam marito vſum ſui corporis. vt docet Tho. in. 4. diſt. 31. q. 1. artic. 2. & Sylueſt. verbo. matrimoniũ. 4. q. 6. atq; ita expreſsim Angel. reprobat Adrian. in. 4. q. 9. de matri. nec iniuria cum ex dict. c. fi. cõſtet adulteriũ eſſe contra fidem coniugalẽ, & hac ratione eſſe cõtra ſubſtãtiam matrimonij. idem profitetur Diuus Aug. libr. vnico. de bono cõiug. capi. 4. quem retulit Grati. in. c. ille autẽ. verſ. adulteriũ. 32. q. 5. idem Augu. in libr. de nuptiis & cõcupiſcentia. c. 11. & 12. vnde. Grati. aſſumpſit. c. omne. & c. coniũx. 27. q. 2. tametſi falſo illa duo capita in lib. decretorum tribuantur Auguſt. in lib. de bono coniug.

Secũ

Secũdo, ex hoc dubia videtur cõclu. Palud. in. 4. diſt. 30. q. 2. conclu. 2. dum
3 dicit matrimonium non vitiari ex adiectione conditionis honeſtæ, imo illã conditionem admitti, licet contra bonum prolis, vel contra bonum vinculi ſit. vt ſi quis contrahat matrimoniũ cum fœmina hac expreſſa pactione, ſi ſecũ viuat in perpetua caſtitate, & continẽtia, vel religionem cõſummato matrimonio profiteatur, eo etiã eam profitẽte. ex noſtris idẽ notat. Imol. in l. vbi ita donatur. ff. de don. cauſ. mor. Barb. in. c. fi. colũ. 1. de precar. nõ enim vitiat matrimoniũ perpetua continentia, qualis etiam fuit inter Mariam & Ioſeph. & tamen inter eos fuit perpetuum, & perfectum coniugiũ, vt probatur in. d. c. coniunx. 27. q. 2. Hæc tamen Palud. opinio falſa videtur per tex. in. d. c. fi. eſt enim hæc cõditio quãuis honeſta, cõtra coniugij ſubſtãtiam quæ cõſiſtit in cõſenſu ſaltẽ tacito ad carnalem copulã, nempe in explicito cõſenſu ad cohabitionẽ coniugalem: repugnat ergo iſtius conditionis adiectio ipſi conſenſui, quia in pactũ deducitur iſt hæc cõtinẽtia. Tho. in. 4. diſ. 28. q. fin. in fine. Adria. q. 9. de matri. Sylueſt. verb. matrimo. 4. q. 6. & Abb. in cap. cõmiſſum. de ſponſa. Nec obſtat obiectio ex matrimonio ſacratiſsimæ virginis, nec aliorum cõiugum decreta cõtinentia: quia matrimonio cõtracto caſtitas vouerip̃ot per cõiuges. c.
4 quod deo pari. 33. q. 5. Diuus Auguſti. in epiſtola ad Editiã. notat gloſſ. Abb. & alij in capi. tua nos. de iureiur. idem Abb. in. c. 1. de cõuerſ. coniugat. idem, in cap. veniens de regular. non tamen poteſt hoc deduci in pactum tempore contractus. Nec enim beatiſsima virgo caſtitatem deduxit in conuentionem tempore cõiugij, quamuis eſſet diuinitus certa Ioſeph in eodem eſſe caſtitatis, & continentiæ propoſito: itaq; matrimonium contraxit ſimpliciter, & licet certum ſit antea vouiſſe virginitatem, conſenſit tamen in coniugalem cohabitationem, & implicite in omnia, quæ ad matrimonium expectant: ex hoc autem non ſequitur Beatiſsimam virginem conſenſiſſe expreſſe in carnalem copulã: id enim repugnaret virginitati implicite vero conſenſit non in actum copulæ, ſed in potentiam, qui quidem conſenſus non eſt cõtrarius virginitate. ſecũdũ Tho. in. 4. diſtinct. 30. q. 2. articulo. 1. probat text. in capit. Beata. 27. q. 2. Sed & contra Palud. illud facit, q̃ contracto matrimonio multa contingere poſſunt, quæ id non vitiant, & tamen eadem ab initio irritum contractum facerent votũ enim ſolẽne vtriuſq; poſt copulam matrimonio accedit, quod ab initio cõtractus cõtingens eundem contractũ vitiaret. ca. 1. c. rurſus. qui cleri. vel vouent. Sic licet contracto coniugio poſsint maritus & vxor expreſſe
5 continentiã vouere, nec ex hoc matrimoniũ irritum erit, a principio tamen ipſius contractus votum iſtud explicari non poteſt: cum ſit contrariũ ipſi actui contractus. ex quibus probanda eſt opinio. gloſ. in. c. de infidelibus. de cõſangui. dicentis. etiam inter paganos pactum de mittendo libello re

pudij coniugalem cõtractum irritum
facere, quãuis inter infideles libellũ re
pudij permissum esse concedamus. q̃
alibi dicemus. atq; eo maxime .d. glo.
recipiẽda est, quod nec inter paganos
libellus repudij sit permissus. vnde o-
pi. illius. glo. tenuit Tho. in. 4. dist. 39.
q. 1. articul. 3. ad quintum. licet. Cardi. 7
Abb. & Prep. eam reprobent.

Tertio ex his patet verũ esse quod
notat Adri. in. 4. q. 14. de matri. dicẽs.
conditionẽ hanc cõiugio adiectam, si
coniugale debitum negare velis quo
6 ties mihi id exigere non licuerit, esse
cõtra substantiã matrimonij; & ideo
ipsum contractum vitiare. quia nõ se-
quitur mihi non licet exigere, ergo li-
cet tibi negare. vnde non põt dici esse
hanc cõditionem ex his, quę à iure in
sunt. cum constet quandoq;, idq; plu-
ribus casibus non licere marito debi-
tum exigere, & tamen non licere vxo
ri illud negare si maritus exigat. Nã si
maritus velit vxorem cognoscere af-
fectione fornicaria, & ita exigat debi-
tum, peccat quidem mortaliter, & ta-
men vxor tenetur reddere illud debi-
tum. Item si maritus fecerit votũ sim-
plex cõtinẽtiæ, & exigat, peccat mor-
taliter, non tamen ex hoc poterit vxor
ei negare debitum. atq; etiã si maritus
credat matrimonium illud nõ fuisse,
nec esse legitimũ, ex aliquo impedi
mento canonico, quod mulier scit cer
to nõ subesse, si ipse exigat mortaliter
peccat, ipsa vero vxor libera non est
ab obligatione reddẽdi. quæ omnia la
tius Adrian. explicat in. di. q. 14. Nec 8
vxor mortaliter peccat ex cooperatio
ne ad peccatũ. Cum non cooperetur
sponte, sed coacte, nec possit ab hoc
peccato virũ auertere. q̃ notat Paluda.
in. 4. distin. 32. q. 1. arti. 1.

Quarto his adiicienda est non con-
temnẽda huius cõclusionis interpreta
tio, nẽpe vt intelligatur matrimoniũ
esse nullum ex adiectione conditionis
contra eius substantiam, quãdo con-
trahentes intendunt matrimoniũ con
trahere, & eo contracto hanc cõditio
nem seruare, & eius obligationem in-
ducere, cuius rei sit exemplum. cõtra
ho tecũ matrimonium anima liberri-
mo contrahẽdi, & tamẽ volo te adul-
terari, vel venenum assumere sterili-
tatis causa: hi etnim, qui hoc modo
contrahunt, matrimonium contrahe-
re intendunt, & eo contracto obliga-
tionem adiicere, quæ omnino aduerse
tur substantiæ coniugij. Secus si con-
trahẽtes, qui has cõditiones adiiciunt,
nolint contrahere donec conditiones
eueniãt: tunc enim conditiones mini-
me concurrunt cum coniugio, sed su-
spenditur ipse matrimonialis consen-
sus, & illæ conditiones tanquam tur-
pes reiiciuntur. ex secũda parte dicti.
ca. fin. quo fit vt hoc casu matrimoniũ
valeat. sicuti elegãter notat Adri. in. 4.
quæ. 9. de matrimo. qua in relectorem
admoneo dubiam esse hanc opinio-
nem, propter verba in eod. cap. fin. par
te prima expressa.

Quinto hinc infertur non tantum
conditionem contra substantiã coniu
gij ipsum contractum vitiari; sed etiã
modum contractui adiectum. Palud.
in. 4. dist. 29. q. 2. articu. 3. quem retulit

Syl-

Sylvest. verb. matrimoniũ. 3. §. fi. idem
notat Deti. in authẽ. ingressi. C. de sa-
cro. ecclesię nu. 23. modus etenim in-
est contractui, cui adiicitur, nec pactũ
a cõtractu separatum inducit. vnde si 9
contracto matrimonio, etiam in con-
tinenti fiat pactũ, quod repugnet ma-
trimonij substãtiæ, pactum hoc reii-
citur, & manet ipse cõtractus firmus
vt si quis matrimonium sine condi-
tione, & modo contrahat, paciscatur
tamen quod alter generationẽ prolis
euitet, vel adulteretur, hæc pactio nõ
nocet ipsi contractui iam perfecto. q̃
sentit Card. in. dict. cap. fi. in quodam
intellectu, quẽ refert, & sequitur Præ-
po. ibi. col. 1. & probari potest in. l. per
seruum. §. 1. cum. l. sequit. ff. de vsu &
hab. vbi distinguitur an in eadem ora
tione, vel diuersa adiiciatur modus cõ
tra substantiã actus. tametsi Christo-
pho. Castellioneus. in rep. l. vbi ita do
natur. col. 3. scripserit tex. in. di. cap. fin.
part. 1. etiam in pacto locum habere.
Nam & in aliis contractibus præter
matrimonium, pactum contra substã
tiam actus reiicitur, manetq; actus fir 10
mus, vt ibi cõstat, & dicetur inferius,
quamuis Roma. in. l. prima. §. sed si
mihi. ff. de verbo. obliga. teneat text.
in dicto capi. parti. 1. non habere locũ
in modo: quod Barto. in dict. authen-
tica. ingressi. senserat. & Imo. in. l. vbi
ita donatur. ff. de donatio. caus. mort.
col. fi. quos in intellectu. dict. cap. fi. re
probat Areti. in. d. §. sed si mihi. 2. colũ.
Barb. in. c. fin. de precar. & Ant. Rube.
in, l. non solũ. §. morte. ff. de noui. ope.
nunt. col. 90. n. 597. post Ant. in. d. c. fi.

Sexta huius cõclusionis interpreta
tio cõstat. ex Palud. in. 4. distin. 29. q. 2.
ar. 5. cõclu. 1. dicente tex. in. d. c. fi. parte. 1. procedere in propriis conditionibus futuri euentus, non tamẽ habere locum in cõditionibus præsentis, vel præteriti temporis: si enim quis cõtra hat matrimoniũ cũ aliqua fœmina, si adulterium commisit: statim matrimonium validũ est, si adulterium illa fœmina commiserat, vel nullum est ipsum coniugium ex ipsa pactione, si adulterium fœmina illa non cõmisisset. si quidem conditio de præsenti, vel de præterito nõ suspendit actum, nec proprie est conditio. l. institutio talis. ff. de condit. institu. l. cum ad præsens. ff. si cert. peta. gloss. in. l. si sic. §. 1. ff. de legat. 1. Soci. Iaf. & Deti. in. d. l. cum ad præsens. idem Deti. in. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. nota per Bartol. & alios. in. l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. colũ. 1. competit enim propriæ conditioni actum suspendere.

Septimo ex præmissis patet tex. in.
d. c. fi. parte. 1. esse intelligendũ siue sit
conditio contra substantiam coniugij 10
suspensiua actus, siue ipsum actum re
soluens. Si quis enim ita contrahat cũ
fœmina, vt si fornicetur liceat ei aliam
vxorem accipere, nihil agit, cum hæc
adiectio ipsum actum corrumpat. ita
Card. Abb. & Prep. in. d. capi. fin. idem
Cardi. & Præ. in. ca 1. de condit. appo.
& probatur in. d. cap. fi. dũ dicit. donec
aliam inueniam. ex his poterit hæc ea
dem res ad exemplũ deduci subiecta
conditione per dictionem, si.

Octauo sic est intelligẽda. cap. fi. de

cisio vt parte prima procedat, quãdo
11 vterq; contrahentium consentit adiectioni conditionis: secus enim si alter contradicat illi conditioni: tunc equidẽ nõ infirmatur actus. Sed licet matrimonium non sit, erunt tamen sponsalia de futuro, quæ in matrimoniũ ex carnali copula transibũt. ita Hosti. In no. Abb. & Doct. vti fatetur. præp. in. d. c. fi. col. 1. & 2. quã opi. sequitur Anto. Rube. in. l. non solum. §. morte. ff. de noui ope. nunt. nu. 590. & Castellioneus in. dict. l. vbi ita donatur colum. 3. & pe. est enim à conditione recessum ex eo q̃ alter non cõsentit adiectioni cõditionis. idem Sylvest. verb. matrimo. 4. q. 5. imo matrimonium ipsum nõ vitiabitur eo q̃ quis contrahat sub conditione contra substantiam actus adiecta, alter vero verba proferat absoluta, & pura. secũdũ ipsum Sylvest. quod non potest aliqua ratione recte defendi. Nec placet Doct. interpretatio hæc, quæ asserit altero contradicente ipsum contractum vim sponsaliorum de futuro sortiri: id enim falsum videtur: nam & si alter contradixerit, primus, qui conditionem adiecit, hactenus nec cõsensit matrimonio, nec sponsalibus: cum pure nondum consenserit, sed sub cõditione, quæ ab alio nõ recipitur: igitur ab eo nihil actum est, ex quo cõsensus elici possit ad spõsalia, vel matrimonium: ille enim consensus ab eo præstitus vitiũ habet manifestum, ipsam scilicet conditionem contra substãtiam actus: quo fit vt ab hac commu. opi. discedant Adria. in. 4. q. 9. de matri. Imol. in. l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. 1. & 2. colũ. & Areti. in. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verbo. oblig. vnus etenim contrahit sub cõditione alter pure, diuersitas ergo in substantia irritã facit ipsam obligationẽ. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obli. & licet Ias. in. d. auth. ingressi. num. 34. dicat hanc opinio. & octauum intellectum commu. esse, addit tamen sibi non omnino placere. vnde magis probat Adria. sententiam. Verum pro commu. opi. inducitur text. in capit. aliquando. 32. q. 2. vbi probatur quod si vterq; cõiux ab initio non consensit conditioni sterilitatis, sed alter tantũ, ille erit adulter vxoris, illa autem, si fœmina cõsensit, mariti meretrix: igitur matrimonium contrahitur, quando alter tantum hanc conditionem adiecit alter vero ei contradicit, quod cõmu. assertio probat. Sed illi canoni respondet Adria. loqui illũ tex. quando alter tãtum animo & facto sic matrimonium deturpat, nõ tamen conditione expressim in contractum deducta. cui interpretationi verba Augusti. refragãtur. libr. 1. de nupt. & concupiscentia. ca. 15. a quo trãscriptus fuit canõ ille. quamobrem ego nõ ita libẽter ab hoc octauo intellectu discedo, & plane fateor alterius tantum consensum esse purum, alterius conditionalem: ille tamen conditionalis consensus non vitiat actum: quia ad eum vitiandũ requiritur alterius etiã consensus in illam conditionem, quæ cõtra substantiam actus adiecta fuit. sicuti exigeretur ad agendum actum validum. cap. 1. de reg. iur. manet ergo ille

ille consensus in matrimonium conditionalis, eritq; considerãdus ex conditione: non tamen actus est vitiatus. Igitur si conditio est cõtra substãtiam actus, & turpis, impossibilisue reiicietur ab actu. ca. fi. in fine. de cõdi. appo. quo casu intelligo illud quod ex Sylvestr. notaueram. Si verò sit honesta, erit recessum a conditione si carnalis copula sequatur c. sup eo. c. per tuas de cõd. appo. atq; hũc opinor esse huius cõmunis opinionis consonum intellectũ: tametsi ingenue fatear Are. Imo. & Adria. sententiã probabiliorẽ esse.

Nono hinc infertur nihil refert an copula subsequatur, quãdo matrimonium fuit cõtractũ adiecta ex vtriusq; consensu conditione contra substantiam actus. ille enim cõtractus nullus
12 est nec valet in vim sponsaliorum: igitur coitus efficere nequit matrimonij præsumptionẽ secundum cõmunem in. d. c. fi. quam probat Adrian. in. 4. de matrimo. q. 5. licet a cõditione censeatur recessum, quando actus valuit vt cõditionalis, si sequatur copula. tex. in c. de illis. c. per tuas. c. sup eo. de cõdit. appo. quæ quidẽ copula duo operatur simul, ac consequenter. Primum vt hic conditionalis contractus sit purus ad sponsalia, ac demum ex hoc sequitur secũdum, scilicet sponsalia ista
13 hoc pacto ficta, matrimonium effici. glo. Abb. Præp. & alij. in. d. ca. de illis. Adri. eleganter in. 4. de matri. q. 8. & Anto. Rub. cõs. 60. ex quo infertur intellectus ad tex. in. c. 1. de cõdit. appo. vbi cõtracto matrimonio sub cõditione, etiam honesta, & possibili: si velit quis dimittere eam, cum qua contraxit, non poterit. est enim intelligẽdus ille text. quado coitus intercessit ante conditionis deffectum, ex quo à cõditione recessum est per ipsam copulã, & matrimonium valet explosa conditione. probatur ex text. ibi. eam relinquere voluerit, præmittunt enim illa verba cohabitationem. & carnalẽ copulam. argu. cap. ad dissoluendum. de desp. impube. Carnalis autem coitus hunc effectum operatur quãdo ante defectam conditionem cõtingit: quia si post defectum cõditionis sequatur copula, nihil cõducit ad coniugij præsumptionem. cũ iam præmissum matrimoniũ omnino defecerit. obstat tamen tex. in. c. per tuas. de cõdit. appo. vbi matrimonium iudicatur propter copulam remissa cõditione, & tamen ibi post defectum conditionis probatur copulam intercessisse. Sed respondeo in illo casu ex confessione viri esse satis probatũ ius fœminæ agẽtis pro matrimonio. asseruit enim vir propria confessione indistincte illam fœminã cognouisse carnaliter: igitur iã constat in illis sponsalibus contigisse copulam quæ præsumitur ante conditionis defectum. Sed ad euertendã hanc probationem, quæ fauet mulieri, & matrimonio, est necessaria probatio ex aduerso cõcludẽs, scilicet ipsum virum post cõditionis defectum sponsam cognouisse & nõ antea: hoc autem ibi probatum non fuit: nam & si probatum fuerit post defectum cõditionis virum sponsam cognouisse: potuit tamẽ cõtingere eam ab spon

so

so cognitam fuisse ante delectum conditionis: ex eo enim quod post cognouerit: non sequitur necessario eam antea non cognouisse. Sic ergo cum probatio fœminæ esset cōcludens, ex aduerso verò minime cōuinceret matrimoniū ibi iudicatur propter copulam omisso deffectu conditionis. ita Hosti. Abb. Præp. & alij in. d. ca. per tuas, hoc dubiū explicant, quamuis. gloss. ibi non rectè id intellexerit, ex quo infertur, fauore matrimonij dubiam cōfessionem esse intelligendam cōtra ipsum confitentem, quod in. d. cap. per tuas. Card. & Præp. notant. licet alias dubia confessio in fauorē confitentis non contumacis sit accipiēda. Anto. & Præp. in cap. ex literis. in. 1. de spon. Deti. in. c. in præsentia. nu. 24. de probat. idem Deti. in. l. in contrahēda. ff. de reg. iur. explicat optimè in criminibus. Feli. cap. cum dilecti. de accusat. col. 4. & Ancha. consi. 179.

Quia tamen ad matrimonij contractum sæpissime conducit plurimum
14 probatio copulæ, est sciendū in hac re viro asserēti se cognouisse aliquā fœminam credēdū esse, vbi de matrimonio cum ea contracto agitur. c. cōtinebatur. de desp. impub. c. si quis accepe rit. 33. q. 1. imo & mulieri iurāti se a viro cognitā fauore matrimonij creditur. Hosti. Anto. Abb. Præp. & alij in c. duo pueri. de desp. impub. & Henr. in. d. c. cōtinebatur. Quāuis Præp. in. d. ca. per tuas. in hoc vltimo contrariū teneat. Prima tamen opi. quæ vtroq; casu cōmu. est, pcedit præmissa cohabitatione maris & fœminæ ex qua cōiectura nō leuis capitur vere præcessisse copulā, vt cūq; tamē sit, probari potest contrariū per obstetricū aspectū, aliāve probationē, ex qua cōstare possit coitū nondū præcessisse. glo. in. d. c. cōtinebatur. quā. Doct. ibi aprobant. alia. in c. proposuisti. de prob. vbi Feli. & Deti. 2. col. quibus similis est in. c. 2. vers. affectata. de tēpo. ord. in. 6. & est cōm. opinio secūdū Alex. in. l. qui bona. §. qui dāni. ff. de damn. infect. col. pe. & Ias. in. l. si quando. C. vnde vi. col. 4. notat Hippo. in rub. C. de probatio. nu. 137. Scribit tamē Augusti. libr. 1. de ciuit. dei. ca. 18. obstetricem quādā explorantē virginis integritatem, manibus eam corrupisse. probatur etiā coitus aliis modis, quos Abb. & Doct. notāt in capi. præterea. de testib. & in ca. literis, de pręsumpt. & Soci. Iunior consi. 32. vol. 2. col. 2.

Decimo hæc ipsa cōclusio, quam ex
15 prima part. capi. fin. notauimus ad alia exempla præter ibi a Roma. Pontifice expressa, adducēda est. Nā & hęc conditio cōtraho tecum si veneris ad exequias meas, vel si capitolium nō ascēderis, est cōtra substantiam actus, cū euentus harum conditionum nō permittat obligationem nasci, vt aduertit Adria. in. 4. de matri. q. 5. nec copula subsequuta matrimonij pręsumptionem operatur, secundum eum.

Vndecimo ex eodem. c. fi. part. 1. sic intellecto solet notari cautela quædā, quais, qui animo nō omnino libero
16 contrahere cogitur matrimonium, id contrahat verbis: nō tamen vere sed fictę, si adiiciat cōditionem cōtra substantiam matrimonij, & alterius consensum saltem tacitū ad id exigat: ille enim cōtractus ex his nullus est. & ita communiter notant Doct. in. d. c. fin. quos refert Gerard. singu. 21. & Hippo. singu. 286. caueat tamē lector nehisce doctor. cautelis nimis addictus sit: harum enim vsus nō est ita passim probandus, sed tunc cum iniuria quis opprimitur.

Duodecimo quo ista assertio, quam hactenus tractauimus, rectius percipiatur, operæpræciū erit perpendere,
17 qua nam ratione in cæteris contractibus conditio adiecta cōtra substātiam actus tollatur, atq; ea reiecta actus cēseatur validus. l. cum precario. ff. de precar. & not. in. cap. fi. de precar. at in matrimonio ipsum actū corrumpat? Sunt enim qui legem illam. cum precario. intelligant quādo modus adiicitur contra actus substantiam: nostrā vero decisionē quando cōditio. itaq; secūdum eos modus reiiciendus est, non tamē conditio, sed ipsa actum vitiat: ita Imol. in. l. vbi ita donatur. ff. de do. caus. mort. Iass. in authori. ingressi. C. de sacrosan. eccle. num. 36. quorum respōsio quatenus tangit. c. fin. de cōd. appo. & id intelligit non procedere in modo, superius à nobis explosa fuit: dum vero. l. cum precario. dictat non habere locū in conditione, sed in modo, nequaquā placet: imo nec in modo. l. illa procedit: modus enim cōtra substantiā actus, ipsum actū vitiat. l. per seruū. ff. de vsu & hab. quam obrem ni fallor, ita dicendū est, conditionē contra substantiā actus tūc ipsum actum irritum facere, quando resistit initio actus: quia repugnat cōditio illi qualitati, sine qua actus initium capere non potest: vt est consensus ad matrimonium requisitus, sine quo actus initium capere non potest: ideo conditio repugnans huic qualitati. vitiat ipsum actum. l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. l. diuus. §. cæterum. ff. de milit. testa. ex quo dicebat Corn. consid. 75. in. 2. volu. colū. 4. ꝙ si quis dicat instituo hæredem Titium animo nō instituendi, est nulla institutio: quia id quod adiicitur institutioni contrarium est ipsius institutionis initio. Sic ergo ad coniugalis contractus initium consensus exigitur liber ab illis conditionibus: igitur si conditio aliqua interueniat, actus non tenet. Sed in. l. cum precario. & in. l. vbi ita donatur. atq; in capi. fin. de precar. non adiicitur conditio, nec pactum quod initio contractus repugnet: consensus enim ad gerendum actum illum non tollitur ex illius conditionis adiectione: sed id quod adiicitur est contra quandam illius actus qualitatē, quæ ita inhæret actui, vt contraria qualitas eidem actui, & eius nomini, propriisq; eius effectibus aduersetur. tūc etenim reiecta illa cōditione actus valet, qui nullo impedimēto subsistente initiū assumpsit. vnde minime cōuenit vt sic gestus ex adiectione illi incōpetēti soluatur. Nam & testamentū si fiat cum promissione & clausula derogatoria sequentis voluntatis, adhibita iuris solēnitate, illa promissione sublata qua testator pollicetur se illud testa

men

mẽtũ nõ reuocaturũ, valet testamentũ: quia illa adiectio nõ est cõtraria initio actus, qui ex volũtate adhibita iuris solẽnitate perficitur, licet repugnet actui & eius nomini, propriisq; eiusdẽ actus qualitatibus, ex quibus hoc propriũ est, vt mutari, rescindique libere valeat a testatore. l. si quis. in principio testamenti. ff. de legat. 3. quæ quidẽ facilius intelligentur ex traditis a Caro. Molinæo. de cõtract. q. 59. num. 353.

Ex his dubiũ illud celebre explicandum est. num religionis professio irrita sit ex eo, ꝙ fiat sub conditione si pos
18 sit habere ꝓpriũ is, qui profitetur, vel si permittatur ei cõiugalis vsus, aliud ve, ꝙ voto cõtinẽtiæ, paupertatis, aũt obediẽtiæ cõtrariũ sit: an vero sit hæc cõditio reiiciẽda, ita vt actus valeat. & Bernar. in. c. fi. de cond. appo. per. tex. ibi, quẽ ad matrimoniũ spirituale, & sic ꝓfessionẽ inducit, asserit actum ex hoc irritũ esse. idem repetit in. ca. 2. de stat. mo. & Accursi. in. l. per seruum. §. 1. ff. de vsu & habita. Calder. Card. & Abb. in. d. c. fi. Aret. in. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verbo. obliga. 2. &. 3. col. Deti. in auth, ingressi. n. 22. C. de sacros. eccle, Adria. in. 4. q. 9. de matri. per. text. à sensu cõtrario inductũ. in. c. dudũ. de conuers. coniug. quam opinionẽ asserit esse cõmuniter receptã Bar. cons. 3. in. 1. vol. col. pe. Altiat. in. d. §. sed si mihi. nu. 19. & Andr. ab Exea. in rub. ff. de pact. n. 510. etiam si per modi adiectionem is qui profitetur, propriũ sibi retineat, vt notat Anto. Rub. in. l. non solũ. §. morte. ff. de noui. oper. colũ. 90. nisi is modus ex interuallo adiiciatur. ꝙ notat Ias. in. d. auth. ingressi. colum. 6. & idem Andr. ab Exea. idem & nos notauimus paulo ante. in hoc eodem. §. 5. intel. Rursus hac conditione adiecta validã esse professionem tenet gl. in. d. auth. ingressi. & in ca. solet. 32. q. 2. Hostiẽ. Ioan. Andr. & Anto. in. d. cap. fi. quam opinionẽ cõm. esse testantur Imol. & Feli. in. ca. cum. M. de const. n. 75. Ias. eam sequutus & Det. num. 21 in. d. authẽ. ingressi. verum in dubio conditio ista, vt quis possit aliqua bona sibi retinere non nocet professioni: quia intelligitur ex licẽtia, seu permissione prælati, & ea durãte, non alias. glos. & Abb. in. ca. si vers. vt in domo. qui cleri. vel vouent. notat Andre. ab Exea. in. d. rub. de pactis nu. 509. Quibus omnibus adductis notandum est, ad substantiã religionis perfectæ pertinere tria vota, continẽtiæ, paupertatis, & obedientiæ, vt docet eleganter Tho. 2. 2. q. 186. articu. 3. 4. &. 5. non tamẽ ita pręcise sũt hæc tria vota de substantia quin quãdoq; limitata religioni etiã adhæreant. esse etenim hęc tria vota de substantia perfectæ religionis constat. posse autem cõtingere limitata patet, vt votum paupertatis intelligatur in particulari non in communi. Item votum continentiæ quãdoq; intelligatur in castitate coniugali. vt in militibus Sancti Iacobi, qui profitentur castitatem coniugalem: & nihilominus religiosi sunt, & tria vota substantialia profitentur. nam & obedientiã, & paupertatem promittunt, quãuis nõ exactam, neq; præcisam. quod eleganter ostendit. Fortu. Gars. in consilio

silio præstito pro militia sancti Iacobi 2. par. versi. præterea. vnde in aliquot religiosis erit contra votum continentię ipsum coniugium, non tamen erit cõtra substantiam religionis. Qua tamẽ in re contrarium probat ex Diuo Thoma. & alijs Dominic. Sot. lib. 8. de iustit. & iur. q. 5. articulo. 3. existimans, coniugium & rem vxoriam omnino 19 pugnare cum religione: & deducit ex hoc, milites hos Sancti Iacobi non esse simpliciter religiosos: & idem de similibus. Sic non erit contra substantiam religionis vouere paupertatem limitatam, licet possit esse contra substantiam voti attenta qualitate religionis, quam profitetur. Ex quibus ego infero ad dubij solutionem. ingressum religionis validum esse, neque irritum fieri imo ex religionis professione profitentem teneri ad ea, quæ ei, vt monacho incumbunt, & sic ad præcisam paupertatem: compellitur enim ea agere, ac seruare, quæ cæteri monachi seruare tenentur: non tamen ex vi voti tenebitur ad præcisam paupertatem. Sic etiã patet professionem factam hac conditione, vt profitenti licitum sit bona libere adquirere, & propria sibi retinere, etiam prælato inuito, irritam esse: hoc enim est contra religionis substãtiam: cum 20 paupertatem minime profiteatur. & hoc casu procedit glossa in. dict. capi. finali. Sed si profiteatur sub hac conditione, vt sibi liceat retinere quandã domum vti propriã, cum bonis iam adquisitis, valere professionẽ religionis, reiecta cõditione. cap. fi. qui cleri. vel vouẽ. atq; ita intelligẽda est gloss. in dict. auth. ingressi. licet votum paupertatis non teneat, si dicta conditio eius substantiæ repugnet, attenta peculiari illus religionis qualitate.

Hinc deducitur intellectus ad text. in cap. diaconi. 28. distin. dum probat, sacros ordines collatos alicui protestãti, & adiicienti cõditionem matrimonij, valere reiecta cõditione, & tamen si matrimonium ab eo fuerit contractũ, in ministerio debere manere sic ordinatum, & sic in sacris ordinibus, non in matrimonio. vt Abb. explicat, in. cap. cum. M. de constit. col. 7. Sed si is absq; cõditione fuerit sacro ordine insignitus, ac demum matrimonium contraxerit, deponitur ab ordine. ita tex. ibi. dicta enim conditio nõ est contra substantiam ordinis sacri: quia iure diuino sacro ordine præditus nõ tenetur abstinere a coniugio: quamuis bene ex constitutione ęcclesiæ, & iure canonico. quod inferius ostendã, vbi tractabo de impedimento sacri ordinis: ideo conditio reiicitur, quia est contra naturam actus sic iure Pontificio requisitam.

Hinc etiam ecclęsiæ consecratio, dotisq; constitutio valet sublata conditione, quæ episcopum ab eius cura ex 20 cluderet. cap. 2. 10. q. 1. vbi glo. hoc notat. Abba. in capit. requisisti. de testamẽ. col. pe. Bartol. in. l. quoties. §. fina. ff. de admi. tut. Feli. in cap. cum venerabilis. de excep. nume. 33. post Inno. in cap. in Lateranensi. de præbend. & Abb. in cap. nobis de iure patro. imo ista conditio reiicenda est, etiam si in

pœnam, dictam dotem ecclesiæ testator voluerit in alios pios vsus conuertendam esse, casu quo Episcopus velit curam illius ecclesię Episcopo cōpetentem subire. ita Rota antiqua. 868. Feli. in dicto numero. 33. & Rochus. Curt. in tract. de iure patro. verbo. pro eo quod. q. 12. prædicta enim cōditio non repugnat substātiæ actus quamuis refragetur is, quę a iure circa illius cōditiones statuta sunt quod ita intelligunt Abb. ac cæteri. in dict. cap. finali de condit. appo.

EX. §. SEQUENTI.

1 Conditio impossibilis, aut turpis, fauore matrimonij a contractu cōiugali excluditur.
2 Cōditio impossibilis de præterito, tollitur a matrimonio: turpis vero in præteritum concepta toleratur.
3 Conditio impossibilis ex aliquo accidenti, possibilis tamen ex sua natura, non excluditur a matrimonij contractu.
4 Conditio impossibilis, aut turpis nullum præ se ferunt matrimonij contractum deficiente consensu.
5 Defectus consensus qualiter possit colligi adiectis his conditionibus.
6 Conditio turpis, quam tamen adiiciens honestā esse credit, contractum matrimonij vitiat,
7 Conditio impossibilis, etiam de iure, manente contractu matrimonij, prorsus ex eo tollitur.
8 Intellectus ad clemen. vnicam. de consang.
9 Perpensa longe, lateq; ratio decidendi ad text. in. c. fi. de cōd. appo. in vlti. parte.
10 Conditio omnino extitura an ipsum matrimonij contractum vitiet.
11 Actio non oritur ex contractu habente conditionem incertam quando, certam tamen quo ad euentum, donec conditio, eueniat, licet statim obligatio oriatur.
12 Conditio si te virginem inuenero, tollitur a matrimonij contractu.
13 Conditione matrimonio adiecta, si permiserit fœmina se carnaliter ab eodem viro cognosci, sequuta copula matrimonium perficitur

§. SECVNDVS.

Vrpis vero cōditio à coniugij contractu excluditur, ipsumq; matrimoniū manet firmum. vt si, quis dicat contraho tecum matrimonium si patrem occideris. tex. in cap. fin. parte vlt. de condi. appo. c. 1. eod. titu. Iuxta cōmu. eius intellectum quod quidem dubiū videtur, cum cōsensus ad matrimonium requiratur: hic autem consensus non est purus, nec absolutus sed relatus in euentum conditionis: ergo priusquam conditio, quantumcumq; turpis, eueniat, qui sic contraxit non censetur cōsensisse. Verum his responderi potest, ecclesiam iustissime à contractu coniugali turpem conditionem reiicere, ac reddere ipsum contractum purum, vt constat, ille ergo, qui contrahit matrimonium sciens illam turpem conditionem ab ecclesia tolli, & manere contractum purum, videtur contrahere pure matrimonium, & consensum purum ad matrimonium præstitisse. quod notant Innocen. Ioan. Andre. Præpo. & alij. in cap. 1. de conditio. apposi. dum illum text. ita exponunt, in verbo, teneatur. perinde ac si conditio non esset adiecta: quæ quidem turpis conditio reiicitur a canone fauore matrimonij: sicut à lege fauore vltimæ voluntatis etiam excluditur. l. reprehendenda. C. de institutionib. & substitutioni. vbi. Ias. & Det. l. conditiones. ff. de condi. institut. quæ quidem ratio etiā locum habet in conditione impossibi-

li: siquidē etiam illa fauore matrimonij reiicitur. & manet actus purus. tex. in dicto capi. finali. sicuti & fauore vltimæ voluntatis eadem ab actu tollitur. l. 1. & ibi Bartol. ff. de cōd. insti. l. obtinuit. ff. de conditioni. & demonstrationi. §. impossibilis. insti. de hæredib. instituend. Sic. Imol. in dicta. l. 1. non semel hanc rationem ad matrimonij contractum, deducit.

Ius etenim ipsa hæc verba interpretatur iuxta sensum simplicem, ac si conditio adiecta non esset: & hoc quidem in fauorem matrimonij induxit: cum dubium esset serio, an iocose hæ conditiones à cōtrahētibus expresse fuerint: quod Ioan. à Medina explicare conatur in tract. de cōtracti. q. 23. dicens scientiam huius interpretationis in contrahentibus exigi, vt ipse contractus pure, & simpliciter valeat. distat tamen hac in re conditio turpis à cōditione impossibili: turpis enim cōditio, si de præterito, vel præsenti sit, non tollitur ab actu: sed vel statim tenet matrimonium, vel non tenet ex
2 conditionis euetnu, vel defectu. nam & in hoc casu nemo ad delinquēdum inuitatur, nec ipse actus suspēsus est. Vnde si quis ita contrahat matrimonium, si Titium occidisti, matrimonium tenet, si alter Titium occiderat, si vero non occidisset, matrimonium ibi nullum contrahitur. Sed conditio impossibilis, etiam si sit de præterito, vel de præsenti semper reiicienda est, & contractus ipse manet purus, vt si quis dicat fœminæ contraho tecū si heri non fuit ortus sol. quod notat. Palud. in. 4. distinct. 29. q. 2. articulo. 5. ex quo colligo primum intellectum ad tex. in. d. c. fi. part. vlti.

Secūdo hæc vltima illius. ca. pars est intelligenda de conditionibus à natura impossibilibus. Secus erit dicendū in conditionibus possibilibus à natura, ex accidenti tamē, vel ex lapsu alicuius in præteritum, quod redire non potest, impossibilibus. Sic enim contractum matrimonium vel valet, vel irritum est, ex euentu cōditionis. Adria. in. 4. de matri. q. 6. Palud. in. di. ar. 5. conclu. 4. & Stephan. Caietan. in sacramētali. q. 49. de matrimo. cōclu. 4. quemadmodū si quis contrahat cum fœmina sub hac conditione, si es virgo, si pater tuus viuit: quamuis enim præmissa corruptione sit impossibilis virginitatis conditio, sic etiam morte patris præcedēte, est impossibilis vitæ conditio: tamen quia id contingit ex accidenti, vel extranscurso præteriti, quod redire nō potest, & de se propria sui ipsius natura virginitas in fœmina, & vita in patre eius erant possibilia, non reiiciuntur hæ cōditiones: sed vel statim valet, vel statim matrimonium est nullum. quod etiam notat Areti. consi. 82. col. pen. & Sylueest. verb. matrimonium. 3. q. 8. in quo quibusdam videri potest matrimonium ab vltima voluntate differre: quia in vltimis voluntatibus conditiones ex accidenti impossibiles reiiciuntur, & valet actus. l. ab omnibus. §. in testamēto. ff. de lega. 1. l. si Mæuia. ff. de hæred. insti. sed tamē leges illæ loquūtur in conditionibus etiam à natura im-

posibilibus, non ex accidenti, nec ex facto præterito. quia quamuis posibile sit aliquem habuisse filiam: tamẽ impossibile est, & fuit, eam viuere, si eam non habuit. quo fit, vt leges illæ etiam ad matrimoniũ deduci possint. Hinc fieri cõstat, vt si quis matrimonium contraheret cũ fœmina sub conditione, si eius filia viuit, nunquam tamen habuit filiam, impossibilis sit dicta cõditio in specie, licet posibile esset illam filiam habere, & eam viuere. Sed quia eam non habuit, impossibile videtur eam viuere. Verum hac in re exactiori diligentia est notandum, conditionem in præteritũ, vel in præsens conceptã, quæ nec cõtingit, nec potuit contigisse, tollendã esse ab vltimis voluntatibus: illam verò, quæ potuit contigisse, & tamen non contigit, falsam cẽseri, & actũ vitiare. text. in. l. cum in secundo. §. 1. ff. de iniust. rup. facit. l. demonstratio. §. 1. ff. de conditio. & demonstra. quod si in futurũ concipiatur conditio, quæ potuit contigisse: tamen modo contingere non poterit: vt si Titius viuet, quia iam tẽpore adiectæ cõditionis mortem obierat, talis conditio reiicitur, vt impossibilis. l. mulcta. §. 1. ff. de conditio. & demonstratio. secundum commu. interpretationem. Barto. in. l. 1. colũ. 2. ff. de conditio. institu. & in. l. circa. ff. de hæredi. instituen. Alberic. Angel. Bal. & Imol. in. l. si Mæuia. eod. tit. ex quibus Palud. opinio erit intelligenda, quando illa cõditio in præsens, vel præteritum cõcepta, licet non cõtingerit, potuit tamen contigisse. secus vero erit dicendũ quãdo, vel hæc ipsa cõditio, quę potuit accidere, licet minime euenerit, fuerit in futurũ cõcepta, vel conditio in pręteritũ, vel pręsens concepta, nec potuit contigisse, nec cõtigit. his enim casibus actus valet etiã cõiugalis reiecta conditione, nisi posibilis videretur ipsi contrahẽti adiecta conditio. quod alibi tractabo. atque hæc procedunt perpensa Bart. & aliorum opinione. qua omissa Petrus Stella Aurelianens. in. l. qui Romę. §. Augerius. ff. de verb. obligat. defendere conatur conditionẽ conceptã in pręteritum, vel in pręsens, siue potuit, siue nunquam potuerit esse vera, vltimam voluntatem irritam facere, si deficiat: & intelligit. d. l. si Męuia. in conditione concepta in futurum, ex litera Pandectarum, quæ in futurum concipit illam conditionem. quam opinionem ideo referre libuit, quod ex ea Palud. sententia indistincte procedet in conditione in pręteritũ, vel in pręsens cõcepta. respectu huius intellectus. tũ erit falsa eiusdẽ Palud. opinio, quam præcedenti intellect. retuli. qua ratione a communi opinione non est discedendũ. ex qua præcedens intellectus optime confirmatur quo ad decisionem Palud. ibi traditam in fine.

Tertio ex his infertur matrimoniũ contractum sub conditione turpi, vel impossibili nullum esse, si consensus coniugalis defecit in contrahente. vnde cum in foro interiori animæ ei credendũ sit, non iudicabitur matrimonium. autore Adrian. in quarto. q. 7. de matrimo. & Palud. in quarto sentent. distinct. 29. quęst. 2. art. 5. conclus. 5. idem probat Ioan. à Medina de cõtracti. quæst. 23.

Quarto eadem conclusio ita intelligenda est, vt etiã in foro iudiciali quãdoq; coniugium contractum sub cõditione turpi, vel impossibili nullum
5 iudicetur. quod cõtingit, quando constat consensum cõiugalem defecisse: quia expresse aliqui sic contraxerunt, vt nullo pacto vellent consentire, nisi eueniente conditione. ita Hadria. in quarto. de matrimo. quæst. sexta. Stephan. Caieta. in sacrament. Neapolit. quęstio. 49. de matrimo. conclusio. octaua. idem scribit Hadria. quæstio. septima. quando ex alijs coniecturis potest iudex præsumere consensum defecisse: atq; id potest potissime colligi, si contrahens credebat conditionẽ esse natura posibilem.

Si enim esset in controuersia disputatiõ: an posset stellarum pars è cælo in terram cadere, & contrahens hac conditione cõtraheret, si posibile est stellam aliquam liquescere, & in terram cadere, vel si stella aliqua hoc anno ceciderit in terram: certe etiam in foro iudiciali non esset hic contractus iudicandus coniugalis propter manifestũ dissensum: quod probatur. nam & in testamentis, vbi conditio impossibilis reijcienda est, actusque, vt pure conceptus valet, corruit actus, si testator credebat conditionem esse posibilẽ. text. in. l. seruo manumisso. ff. de cond. indeb. quam præter alios explicat optime Areti. in. l. impossibilis. ff. de verb. obligatio. fina. col. dicit sing.

Soci. in. l. mulcta. §. 1. de conditioni. & demonstrationib.

Quinto ex eodem intellectu subinfertur matrimonium cõtractum sub turpi conditione, quę tamen credebatur honesta, non tenere, nec posse di-
6 ci pure contractum. vt idem Hadria. asserit. q. 7. de matrimo. vt si quis matrimonium contrahat sub hac conditione, si coniugale debitum mihi non negaueris in quocunq; dubio existas, an licita sit inter nos carnalis copula. Existimant enim quidam licite posse tunc vxorem debitum reddere viro. ex aduerso alij contrarium opinãtur, quod alibi tractabimus: credit tamen cõtrahens licere omnino id, quod in conditionẽ deducit, nec existimat turpem esse conditionẽ: igitur non intendit pure in matrimonium consentire.

Sexto eadem vltima. c. fi. conclusio procedit, etiam si conditio sit impossibilis de iure, licet natura posibilis sit.
7 Si quis enim cõtrahat matrimonium sub cõditione si inter consanguineos intra quartum gradum poterit coniugium contrahi, vel si filius sine causa posit à patre exhæredari, matrimonium tenet, reiecta cõditione hac impossibili de iure, sicuti & testamentũ. l. 1. iuxta commu. intellectũ. ff. de conditiõ. inst. §. impossibilis. insti. de hæredi. instituend. l. cõtinuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. refertur enim hæc conditio in dubio ad ius præsens: quo iure id impossibile est quod etiam Hadria. probat in. 4. q. 11. de matrimo. dicens conditionem, quæ ad ius futurũ dirigitur, permissam esse, nec actũ pu

rum esse: vt si quis ita contrahat matri
moniũ, si aliquando licebit cõiugium
contrahi inter attinentes sibi quarto
gradu, vel si hoc anno licitũ erit equi-
tare in mulis: cum id modo, lege lata
à Carolo Cæsare, ac Hispaniarum Re
ge inuictissimo prohibitum sit. quod
notandum est. nam Sylvest. verb. ma-
trimoniũ. 3. q. 9. indistincte negat ma-
trimonium contractum sub conditio
ne iure tantum impossibili validũ es-
se, reiecta conditione, imo eam mini-
me reijciendam fore existimat.

Subinfertur ex hoc intell. ad text. in
clemen. vnica. de consang. vbi ipso fa
cto excommunicantur, qui in gradu
8 prohibito matrimonium cõtrahunt,
vt locum habeat, etiam si contrahen-
tes sub hac conditione contraxissent,
si inter consanguineos in quarto gra-
du licet matrimonium contrahi. nam
cum ista conditio reijciatur, remanet
purus matrimonij contractus: igitur
pœna illa locum habet, nisi consensus
coniugalis omnino defecisset: quod
in animæ interiori iudicio notandum
est. secundum Hadria. in. 4. de matri.
9 q. 11. Mirum tamen est, cur matrimo-
nium contractum sub impossibili cõ
ditione valeat: cum constet absq; con
sensu matrimonium contrahi nõ pos
se, is vero, qui sub impossibili condi-
tione contrahit, non censetur consen
tire: imo nec consentit. teste iurisconf.
in. l. non solum. ff. de actio. & obliga.
conditio enim impossibilis potius tẽ-
dit, iuxta communem vsum loquẽdi
in dissensum, quam in cõsensum, eius
que adiectio videtur potius iocose fa-
cta ad irrisionẽ, quam serio ad obliga-
tionem. quo fit, vt Durãd. in. 3. senten.
distinct. 39. q. 4. hanc difficultatem sol
uendam relinquat peritioribus. Verũ
Palud. in. 4. distinct. 29. q. 2. arti. 5. con-
clus. 5. dicebat deficiente consensu nõ
esse hoc matrimonium in foro interio
ri: teneri tamen cõtrahentem sub hac
conditione ad matrimonium nouiter
contrahendum propter præceptum
ecclesiæ. quod in dict. c. fina. exponi-
tur. Sed hoc vltimum non placet Ha
dria. q. 7. de matrimonio. quia text. in
dict. c. fina. nullum nobis exhibet præ
ceptum de contrahẽdo matrimonio:
sed esse iam contractum iudicat, & de
cernit. Nec me latet à viris doctissi-
mis illius. c. fina. conclusionem de cõ-
ditione impossibili sic intellectã fuis-
se, vt loquatur in conditione impossi-
bili, adiecta tamẽ contractui, vt adim
plẽda: quia natura possibilis erat, pen
sata tamen contrahentium qualitate
impossibilis: vt si quis cõtraheret cum
fœmina matrimonium, si ei daret cen
tum millia aureorum, & fœmina es-
set pauper, & manifeste impotens a d
illa dandum. vel sub hac conditione si
daret ei regnum. hæ etenim conditio
nes, quæ vt obseruandæ adijciuntur,
repelli debent à matrimonio: cum e-
nim contrahens, qui hanc conditio-
nem apposuit, sciat eam alteri impos-
sibilem esse, pure contraxisse videtur.
Si vero conditio apponitur, non vt ad
implenda, sed manifeste, vt nõ sequa-
tur: quia est impossibilis à natura, irri-
sorius est hic contractus iudicandus.
Nec credendũ est, serio velle aliquem
matr-

matrimonium contrahere, si dicat cõ
traho tecum matrimonium si digito
cælum tetigeris. Cęterũ hæc consyde
ratio hac in re diligẽtissima est, quip-
pe quæ interiorem sensum illius. c. fi-
na. exacte perpendat: non tamen om-
nino est immunis ab obiectionibus,
quas disputationis causa proponam.
consensus equidem ita in primo casu
deficere videtur sicut in secundo: si
quis enim contrahat hac conditione,
si alter, qui omnino pauper est, cẽtum
millia aureorũ dederit, ita videtur ab
actu dissentire sicuti si contraheret, si
digito alter cælum tetigerit. probat. l.
cũ hęres. §. 1. ff. de testat. liber. Pręterea
illa decretalis, quæ hanc assertionem
probat, cõdita fuit à Gregorio Nono,
cuius canones sapiunt euidenter phra
sin iurisconsultorum, apud quos con-
ditio illa primi casus difficilis appella
tur, non impossibilis. l. continuus. §.
cum illud. ff. de verbo. obligationi. &
& ibi Aretin. Nam & Theophi. in fi-
ne insti. de legat. impossibili conditio
ni hoc exemplum accommodat: si in
cælum ascenderis. Item ius canonicũ
10 in hac decisione voluit fauere matri-
monio, sicut ius ciuile vltimæ volun-
tati, à qua excludit cõditiones impos-
sibiles, licet in eis exigat liberrimum
consensum: vult deniq; has impossi-
biles conditiones pro non scriptis ha-
beri: & tamen in vltimis volũtatibus
conditio illa primi casus, quæ difficil-
lis, non impossibilis iudicatur, non re
pellitur, sed actum ipsum irritum fa-
cit. dicta. l. cum hæres. §. 1. glossa. in. §.
impossibilis. insti. de hæredi. instituẽ.
Bar. & Imo. in. l. 1. in fine. ff. de condit.
insti. Imo & si prædicta interprætatio
admittenda est. tex. in. d. c. finali. parte
vlti. est intelligendus de conditione,
quæ improprie dicitur impossibilis,
proprie autem difficilis: atq; exclude-
retur à litera illius text. conditio pro-
prie impossibilis, quæ naturaliter ne-
quit contingere: & tamen ille text. de
impossibili loquitur. Nec esset fauor
matrimonij similis fauori vltimarum
voluntatũ, imo contrarius, vt ex præ-
missis constat: ille vero tex. has condi
tiones impossibiles pro non scriptis
habendas fore, manifeste statuit fauo
re matrimonij. Vnde illius cap. sensus
mire reconditus est, nisi quod antea
diximus modo repetamus, scilicet ius
canonicum præsumere ex intentione
contrahentium, & fauore matrimo-
nij illas conditiones non esse adiectas
ad consensum suspendendum, sed pu
re contractum fuisse cõiugium. Sicu-
ti ipse Hadria. fatetur. d. q. 7.

Est & aliud in hoc tractatu dubium,
vtrum matrimonium cõtractum sub
10 cõditione omnino extitura valeat ex
plosa conditione: an debeat eius euen
tus expectari, vt cõtraho tecũ, si cras
sol orietur. in quo glo. in. d. c. per tuas.
de conditio. apposi. tenet expectandũ
fore conditionis euentum. & eam se-
quuntur Ioan. Andre. & Anto. ibi. E
contrario esse matrimonium purum
reiecta cõditione, asserunt ibi. Hostiẽ.
Card. Abb. & Præp. Tho. in. 4. distin.
29. q. 3. & ibi Palud. q. 2. artic. 5. conclu.
3. & Sylvest. verb. matrimonium. 3. q.
2. cõditio enim omnino extitura non
suspẽdit

ſuſpendit actum. imo actus ille pure cõceptus cenſetur.l.hæres meus.ff.de conditioni. & demõſtra.l.quod ſi ſub ea.ff. de cõdictione inde.l.ſi pupillus. §.1.ff. de nouat.igitur cõiugalis hic cõtractus purus erit, non conditionalis. Siquidem quod omnino extiturũ eſt, non poteſt non contingere, atq; ideo præſens eſſe videtur. Iaſ.tamẽ in.l.impoſsibilis.fi.col.ff.de verb.oblig. dicit gloſ. procedere,quando illa conditio omnino extitura eſt:habet tamen diẽ incertum: vt cõtraho tecum ſi Titius morietur, quamuis enim certum ſit Titium moriturum: eſt tamen incertum quando morietur: & ideo donec moriatur Titius, nõ eſt matrimoniũ, ex Barto.in.l.ita ſtipulatus.2.quæſtio. princi.ff.de verbo.obligatio.vbi dixit ex contractu habente conditionẽ certam, & omnino extituram: incertam vero quo ad tempus, non oriri actionem ante euentum. idem gloſ. in.l.in omnibus.ff. de regul. iur. & ibi Deti. Imol.Areti.& alij in dict.l.ita ſtipulatus.per.l.1.C.vt actioni.ab hæred.Sed hæc Iaſ. opinio non placet: quia Bart. dictum procedit quo ad actionem,illa enim orta non eſt:obligationem autem conſtat ſtatim ortam fuiſſe. gloſ. in dict. l. 1. C. vt actio. ab hæred. & in §.poſt mortem.inſtitu.de inuti. ſtipulatio. text. in.l.ſi quis ſpoponderit. C. de contr. ſtipul. quemadmodum expreſſe idem notant Petr. & Cinus in dict.l.1. Paul. in.l.1. ff. de conditionib. & demonſtratio. Ripa in dict.l.ita ſtipulatus.nu.90.Altiat.in.l. cedere diẽ. ff.de verb. ſignifi.late Ioan. Igne. in.l. 1.§.ſerui appellatione. ff. ad Syllani.in princ. & probatur: quia id, quod ſub hac cõditione debetur,nouari poteſt. l.ſi Stichum.§.1.ff.de nouat. Sed ſi nulla eſſet orta obligatio, non poſſet nouatio contingere.l.1.ff. de noua.igitur obligatio ante diem orta cẽſetur.probatur etiã in. l. nam & ſi cum moriar. ff.de cõdictio.indeb.vbi id, quod ſub hac cõditione debetur,ſi ſoluatur ante diem, repeti non poteſt:ergo obligatio ante diẽ orta erat.vnde ſequitur matrimonium pure contractum dici ante diem. qua ratione Henri. in. c. fi. de conditio. appoſi. aliter hanc.q.diſſoluit,dicens hunc contractum nõ eſſe iudicãdum primum, quãdo verba contrahentium referũtur ad tempus conditionis euenturæ, vt ſi quis contrahat matrimoniũ, ſi & quando cras ſol orietur:ſi & quãdo ſol erit in ſigno Libræ: hoc enim caſu non refellitur ab hoc cõtractu iſta conditio: quia cõſenſum ſuſpẽdit. idem notat Hadria. q.16. de matrimo. & ita poteſt primo defendi glo.opinio, quę cõmuni ſententiæ aduerſatur. Secundo defendi poteſt opi.glo. quãdo matrimonium fuit contractum ſub conditione futuro tempore certiſsime euentura, non tamen omnino extitura ſecũdum naturam. exemplum ſit, ſi Antichriſtus naſcetur:hæc enim cõditio non eſt naturaliter omnino extitura, ſed eſt contingens in futurum: quia ita cõſtat ex ſacra ſcriptura: tunc etenim matrimonium nõ tenet,nec cenſetur actus ille purus cõditione reiecta: ex eo tamen deducũtur ſponſalia de futuro ad effectum,

ctum,vt copula ſequuta matrimoniũ efficiatur.ita Hadria.quæſt.17.de matri.ex quo patet Accurſi.in.l. ſi pupillus.§.1.ff. de nouat. & in.l. quod ſi ſub ea.ff.de cõdictio.indeb.non recte,nec diligẽter exemplum aſsignaſſe ad cõditionem omnino extituram: ſi Antichriſtus naſcetur:cum omnino extitura cõditio dicatur illa, quæ neceſſaria eſt ſecũdum naturam.illa vero ſi Antichriſtus naſcetur,non eſt ſecundum naturam neceſſaria,ſed in futurũ certiſsime contingens.

Nec omittendum eſt,quod adnotauit gloſ. in.d.c.per tuas.dicens matrimonium cenſeri pure contractum ſi quis dicat fœminæ, contraho tecum matrimonium, ſi te virginem inuenero: cum enim illa conditio ad periculũ carnalis copulę referatur,turpis cẽſetur: & ideo reijcienda eſt. vt glo.ipſa notauit, quam ibi ſequuntur Doctor. cõmuniter teſte Præp.ibi col. penult. qui tamẽ poſt Card. diuerſum opinatur,quando illa conditio ad actum licitũ refertur,ſcilicet,ſi virgo inueniaris per aſpectum matronarũ, atq; obſtetricũ.idem Sylueſt.verb.matrimonium.3.q 8.& Areti.conſil.82.col.pe. Sed & ſi quis ſub hac cõditione matrimoniũ cõtraxerit,ſi fœmina permiſerit ab eo carnaliter cognoſci, ſequuta copula erit matrimoniũ verũ. imo ſi per verba ſponſaliorũ de futuro contraxerit dicens, contraham tecũ ſi permiſeris te carnaliter à me cognoſci, initio copulę iſta ſponſalia pure cõtinguntde futuro,atq; conſequenter ante perfectam copulam efficiũtur matrimoniũ. c.is, qui fidem. de ſponſali. quod Vincentio placuit.in.c.1.de ſpõſa.duo.quem Hadria.ſequitur in. q.8. de matrimo.licet gl.in.d.c.1. hanc cõditionem veluti turpem crediderit reijciendã fore.quod falſum eſt: quia intelligitur in hac cõditione copula cõiugalis,& licita,non autem illicita.

12

13

EX. §. SEQUENTI.

1 Conditio lucri ex cauſa dotis, vel alia honeſta in contractu matrimonij adiecta, omnino admittenda eſt.

2 Donatio poteſt etiam matrimonio conſtante, a viro ſene,vel ignobili,vxori fieri cauſa rẽmunerandæ iuuentutis,vel nobilitatis.

3 Donatio iſta ab vxore ſecundas nuptias contrahente non debet ſeruari filijs primi matrimonij.

4 Intellectus.ad.l.16.Tauri.

5 Donatio iſta,tametſi dotis nomen habeat, priuilegia dotis minime conſequitur.

6 Lucri ſpe poteſt quis adiecta conditione inuitari ad matrimoniũ contrahendum.

7 Lucri ſpe ita poteſt quis,adiecto modo,inuitari ad contrahendum matrimonium, vt eo non contracto lucrum illud amittat.

8 Lucro quem priuari an ſit pœna.

9 Lucrum cauſa matrimonij alicui,ab alio quam vxore datum,ſoluto matrimonio an ſit mariti,vel vxoris.

§. *TERTIUS.*

1 VPERESTnunc de illa agere cõditione,quæ ad lucrũ aliquod tendit, an in matrimonij cõtractu licita ſit? vt ſi quis contrahat cum Mæuia ſi ei centum aureos dederit. & text. in. c .de illis. de conditio. appoſ. probat licitum id eſſe. cui tamẽ obſtat text.in.l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti,ſi tibi nupſero.ff.de verbo.obliga.vbi id non licere iuriſconſultus palam aſſe-

rit:quia censetur promissio facta causa libidinis. Sed respondeo hanc conditionem licitam esse ex causa dotis, vt si vir promittat fœminæ contrahere matrimonium cum ea, si ei cẽtum dedit, intelligitur enim in dotẽ, & id licitũ est. Nec ibi præsumi potest causa libidinis adiectam fuisse dictã promissionem, iuxta communem interpretationem text. in. d. c. de illis. atq; in dubio honesta causa pręsumitur, nisi causa cognita turpis promittendi causa cõstiterit. quod in.d.§.si tibi nupsero. probatur. notant Angel. Fulgo. & Ias. in. l. 1. C. de instituti. & substitu. ex quibus constat præsumi causam libidinis, si vir dare vxori promittat, non tamen si ipsa fœmina viro dare aliquid polliceatur.

Potest & secundo ista dandi conditio admitti præter causam dotis, quãdo datur vxori iuueni, vel generosæ, atq; nobili in præmiũ iuuentutis, aut nobilitatis, quam vxor amittit contracto matrimonio cum ignobili. l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. ita Abb: & Præp. in. d. c. de illis. Bart. & Paul. in. d. §. si tibi nupsero. idem Bar. in. l. diuortio. ff. de verbo. oblig. vbi Docto. eum sequuntur. facit gl. recte intellecta in l. si volũtate. C. de dot. promi. vbi Bar. to. notat. & Campe. in tracta. de dote. 1. parte. q. 52. Ioan. Lupi. in cap. per vestras. notab. 3. §. 21. de dona. quam opi. dicit communem Curti. Iunior. cons. 6. num. 20. & Ioan. Lupi. in rub. de donat. §. 31. qui in. §. 32. num. 7. idem asserit, quando ista donatio fieret iam matrimonio cõstante: siquidem fieri potest secundum eum, & notat Abb. in c. fi. de donati. inter virum & vxor. & Guido Papæ cõsi. 112. & distinguit Salice. in. l. 2. C. de dote. caut. non num. quem sequitur Guiliel. Mayne. in. l. in ambiguis pro dote. ff. de regul. iur. nu. 58. prædictam opi. intelligens post Saly. quando expresse constat donandi animus in marito causa remunerationis. licet hanc Bart. & cõmunem opi. reprobet Aymon Sauilli. consi. 51.

Ex communi tamen opi. deducitur non teneri donatariam vxorem soluto matrimonio, secundo nubentem, hanc donationẽ cõseruare filijs prioris matrimonij. ita opinatur Fran. de Ripa in. l. fœminæ. C. de secund. nup. num. 35. sic illam legem intelligens. & Ioan. Lupi. in rub. de donat. §. 50. nu. 35. Hinc etiam infertur intellectus ad l. 16. Tauri. quę in viro, & vxore idem statuit, quod prius in. d. l. fœminæ. fuerat statutũ. Solet tamen appellari hæc ipsa donatio, quæ vxori à marito sene vel ignobili fit, dotis cõstitutio à marito vxori facta: sed nõ habet vxor priuilegia veræ dotis quo ad hanc donationem: cum nõ sit dos. arg. l. assiduis. C. qui potior. in pign. hab. quod ipse colligo ex Roma. consil. 445. col. pen. versi. vnde inferendo. Ex quibus constat posse quem ad matrimonium inuitari spe lucri consequendi. quod iurisconf. aperte docet in. l. Titio. §. 1. ff. de condi. & demonstra. quam præter eius interpretes dicit singul. Ioan. Lupi. in. c. per vestras. de donat. 3. notab. §. 21. col. 2. ad id etiam est opti. tex. in. l. 1. vbi Ias. C. de instit. & substit. quæ iura loquuntur in eo, qui legato, vel donatione, alium ad matrimonium allicere vult cum aliqua fœmina contrahendum: atq; ibi nulla potest esse turpis præsumptio. vt notat Bar. in. d. §. si tibi nupsero, ab alijs ibi receptus. Nec tantum id potest fieri adiecta cõditione: sed & per modum: sicuti si quis Sẽpronium hæredem instituat, vt matrimonium cõtrahat cum Mæuia: quod si non contraxerit, vult eum priuari illa hæreditate. ita Oldral. cõsi. 16. quem Areti. sequitur in dict. §. si tibi nupsero. dum tamen hic modus nõ adijciatur filio in legitima: id etenim fieri nequit. l. quoniam in prioribus. C. de in officio. testamento. & expressim Ioã. Lupi. in dict. c. per vestras 3. nota. §. 21. col. 5. licet Areti. contrarium opinetur in. l. Titia. col. 3. ff. de verbo. obligatio. Sed cum hæc priuatio hæreditatis si matrimonium nõ sequatur: per viam modi: facta videatur in pœnam non contracti coniugij, siquidem hæreditate pure adquisita priuari pœna censetur. glos. in. l. 1. §. si quis propter. versi. per in integrum. ff. de itinere, actuque commen. Ias. in. l. fi. §. in computationem. C. de iure deliberan. 3. colũ. idem in. l. reprehendenda. C. de institutio. & substitutioni. idem in. l. fina. C. de codicil. colum. penul. Alexand. & Ripa. in. l. 2. ff. de damno infect. igitur à matrimonio pœna ista reijcienda est. cap. Gemma. de spons. quo fit, vt licet cum alia contrahat, nõ erit priuandus hæreditate.

Verum huic obiectioni respondeo, priuari quem lucro iam acquisito pœnam censeri, nisi priuetur ab eo, qui lucrum dedit pacto, cõditione, vel modo adiecto. tunc enim ist hæc priuatio pœna non est. gl. recte intellecta in. l. si duo. ff. de adquirend. hęredit. singu. secundum Imol. Aretin. ibi. Ias. in. l. fina. C. de codici. expressior glos. in. l. 2. C. de inuti. stipulat. iuncta. l. ea quę. ff. de donationi. inter virum & vxor. Sic itaque intelligenda est opinio Oldral. ex his, quæ notat Areti. in dicta. l. Titia. col. 3. & Ioan. Lupi. in dict §. 21. licet non ita exacte id explicuerint.

Dubium tamen est, an quantitas ex hac conditione promissa, & data, sit ipsius mariti, an vxoris. & Bart. in. l. 2. ff. de his, quæ pœnæ caus. dicit non esse hanc quãtitatẽ vxoris, nec eius dotem censeri: sed eam habere maritum præcipuam matrimonio soluto. Cuius opinio procedit, quãdo ex aliquot coniecturis id esse consonum voluntati donantis appareat: alioqui in dubio constat hanc quãtitatem datam, & promissam fuisse in vtilitatem, & fauorem fœminæ, cum qua matrimonium contrahitur: & ideo talis quantitas eius dos cẽseri debet. vt notat Ioã. Lupi. in rubri. de donatio. §. 44. & 45. in alio simili dubio. & in specie hanc opinio. contra Bart. tenet Soci. in dicta. l. 2. colum. 3. Bald. in. l. vnica. C. de his, quę pœnę nomi. col. 8. & 9. quem sequitur Paul. de Castro. in. l. Titio. §. 1. ff. de condit. & demonstra. col. 2. vbi dicunt, monasterio factum legatum, hac conditione si Mæuiam in monialem acceperit, ipsi Mæuiæ videri relictum. tametsi in exemplo Bal. & Paulli

li ſententia, omnino expedita non ſit. quod modo non diſputo.

EX. §. SEQVENTI.

1 Metus diffinitio, atque inibi explicatur Iuriſcõſul. in. l. 1. ff. quod met. cauſ.
2 Metus cadẽs in conſtantẽ virũ quis dicatur?
3 Metus nunquam excuſat, nec a mortali, nec a veniali crimine.
4 Metu matrimonium contrahens, nec tamen cõſentiens, mendax non eſt.
5 Euſtratij, Ariſtotelici interpretis error, atq; verba Ariſtot. aliter intellecta.
6 Tyrannus an licite occidatur priuata autoritate?
7 Metu committens aliquod crimen an ſit venia dignus?
8 Metus cadens in conſtantem virum arbitrio iudicis decernitur.
9 Metus minor cenſetur conſtans in fœmina, quam in viro.
10 Intellectus. l. nihil intereſt. ff. de adult.
11 Tormentorum quæſtio a fœmina potius incipienda eſt, quam a viro.
12 Metus excommunicationis an dicatur cadens in conſtantem virum.
13 Captus ab hoſtibus promittens pro ſua redemptione aliquod pretium, illud ſoluere tenetur.
14 Hoſtis, etiam priuatus fidem hoſti datam ſeruare tenetur, ſaluo ſemper iure reipublicæ.
15 Metus carceris quando contractum vitiet, atque ibi agitur de intell. l. qui in carcere. ff. quod met cauſ.
16 Metus illatus a fortuna contractum minime vitiat.
17 Damnatus ad mortem, vt euadat pœnam meretricem accipiens vxorem, non poteſt ratione illius timoris a contractu recedere.
18 Metus amiſsionis bonorum omnium, vel maioris partis, cenſetur cadens in conſtantem virum.

§. QVARTVS.

TERTIO præcipue in hoc contractu coniugali conſenſus liber exigitur ab omni coactione: liber enim conſenſus ad matrimonium eſt neceſſarius: ſed coactio liberum conſenſum tollit: igitur data coactione, matrimoniũ cõtrahi nõ poteſt. c. cum locum. de ſpõſ. c. veniens. in. 1. & 2. eo. tit. l. nuptias. ff. de regul. iur. Sed quia non omnis metus contractum matrimonij impedit: ſed is tantum, qui cadit in cõſtãtem virum. c. veniens. in. 2. de ſponſa. l. metum. 1. & 2. l. cõtinet. ff. quod met. cauſ. l. vani timoris. ff. de regu. iur. c. cum dilectus. de his, quæ vi. tractare oportet quis dicatur metus cadens in cõſtantem virum. Cuius rei cognitioni præmitto, metum eſſe in-
1 ſtantis periculi, vel futuri cauſa mẽtis trepidationẽ. l. 1. ff. quod met. cauſ. eſt enim metus trepidatio mẽtis: quia ex imaginatione futuri, & prope imminẽtis mali perturbatur mens. dixit vero iuriſconſ. inſtãtis periculi, quia ea, quæ nimiũ remota ſunt, nõ timẽtur, nec perturbant mẽtem: omnes enim ſcimus nos morituros: verũ quia non eſt ipſa mors prope, id non curamus, nec mortis cogitatio mẽtẽ perturbat. Vnde Auguſt. ſcribit Sermo. 1. poſt octauas Paſchę Domi. 2. nemo futurorum metũ cogitat. Futuri periculi dixit iuriſconſ. quia nondum illud periculũ euenit: ſed prope eſt, atq; nõ longe imminet. vt explicat Ariſ. li. 2. Rhetori. ad Theodecten. c. 5. Metum autem paſsis in quocunq; contractu ſubuenitur. l. 1. ff. quod met. cauſ. quæ verba edicti retulit, quòd in ore prætoris Deum poſuiſſe, ſcribit Bald. in rub. de contro. inueſt. non tamen omnibus metum paſsis ſubuenit Prętor: ſed his tãtũ, qui damnum aliquod paſsi ſunt ex

ex metu. l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cauſ. vnde qui metũ allegat, probare debet ſe metum paſſum, & ex eo ſibi illatum damnũ, ita tandem obtinebit, modo metus ille fuerit cadens in conſtantem virum. Eſt ergo metus cadens in conſtantem virum is, qui il
2 latus cogit, quẽ eligere minus malum ob maius malum ſibi imminens, effugiendum. Conſtans igitur vir ille erit, qui eliget potius rem ipſam agere, cuius agendæ cauſa periculũ inſtat, quã ſubire periculum, quod grauius, atq; acerbius eſt viro prudenti, quã ipſam rem agere. quod Diuus Tho. explicat in. 4. ſenten. diſt. 29. ar. 2. Ricar. ibi arti. 1. q. 1. & Ioan. Maior. ac Sylu. verb. metus. q. 1. Iacobus Almain moral. c. 3. Fort. in tractat. de vltimo fine illat. 22. col. 4. & colligitur ex Ariſt. lib. 3. ethi. c. 1. & l. metum. in. 1. ff. quod met. cauſ. ex quibus cõſtantem virũ interpretor prudẽtem, qui ſciat eligere minus malum ob maioris mali periculũ euitandum. Vnde ſi quis videat ſibi mortem imminere, aut membri mutilationẽ, niſi cum Mæuia contrahat matrimoniũ, eliget prudenter potius matrimoniũ contrahere, quã mortis periculũ, ſimileve ſubire. At ſi homo diues videat ſibi imminere periculũ amittẽdi centum aureos, niſi cum Mæuia contraxerit matrimoniũ, & id contrahit, non cenſetur hic metus cadens in conſtantem virũ, nec prudentẽ, eritq; vani timoris excuſatio nullo modo admittenda. ex quo plura inferuntur.

Primo, non eſſe metum cadentem in conſtantem virum, nec excuſare, ſi
3 quis etiam ob euitandam mortem eligeret peccare mortaliter: imprudens enim eſſet omnino, qui mallet mortaliter peccare, quã mortẽ ipſam corporis ſubire. Siquidẽ nullum maius malum, quã peccatũ: & vt inquit Ariſto. 3. ethic. c. 1. propter quęcũq; duriſsima non eſt quid turpe agendum. idem aſſerit tex. in. c. ſacris. de his, quæ vi.

Secundo inde conſtat nõ eſſe metũ cadentẽ in conſtantem virũ, ſi quis eligat etiam ob euitandã mortem veniale cõtrahere culpã. notat Abb. in. d. c. ſacris. col. pe. & probatur in. c. primũ. 22. q. 2. & in c. ne quis. ead. q. Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. Mendaciũ etenim ſæpe veniale crimen eſt, & tamẽ nullo pacto licitũ eſſe poteſt: ſiquidem veniale peccatum feruori charitatis opponitur. gl. in proœ. ſexti. verſ. benedictionem. vterq; Thom. 1. 2. q. 72. arti. 5.

Tertio, hinc deducitur obiectio quędam ſatis vrgens aduerſus præmiſſa.
4 Nam videtur matrimoniũ metu contractum ſemper contrahi ex metu vano, & non cadenti in conſtantem virum: cum ſemper is, qui contrahit, eligat veniale crimẽ cõmittere: ex eo q; mentitur dicens verbis ſe eam accipere vxorẽ, quam animo, & cõſenſu minime recipiat: ergo mẽdaciũ cõmittere elegit ob mortem euitandam. Mendacium vero maius malum eſt, quam ipſa mors: igitur nõ eſt hæc electio minoris mali: ſed maioris. Cui obiectioni reſpondeo negans ipſum contrahẽtem mẽdacium cõmittere: quod probatur: is enim, qui metu coactus profitetur ſe illam fœminã accipere vxorem,

rem,& huic contractui consentire,verum dicit: cum simpliciter cõsentiat: non tamen libere.l.si mulier.§.fina.ff. quod met.caus. c.merito.15. q.1.notauimus & nos par.i.c.4.atq; in hoc sensu veraciter contrahentis verba accipienda sunt. hoc ipsum est, quod notant Ioan.Maior in.4.dist.29.versi.cõtra tertiam.& ibi Almain.col.5.

Quarto,ex hoc deprehenditur Eustratij, viri alioqui doctissimi, error, qui dum Arist. moralia interpretatur
5 lib.3.c.1.asserit laudandum fore eum, qui cum vxore tyranni cõsuescat,habeatq; carnale cõmercium, mẽdaciũ ve aliquod cõmittat, ob tyrannũ tollendum,eiusq; oppressionem euitandam.Nam vir qui prudens est in eligendis periculis,potius debet tyranni oppressionem pati:quam adulterium committere.quod ex Arist.constat in d.c.1.quo autore,is,qui timore tormẽti aut cruciatus illa,quæ nõ debet agere, perpetrat, nulla est dignus laude. Nam & secundum August.potius debet quis omnia mala pati, quam pec-
6 cato cõsentire. c. ita ne.32.q.5.c.sacris. de his,quę vi.idem etiam August.lib. contra mendacium scribit,mendaciũ simplex, quod plerũq; veniale crimẽ est,non esse cõmittendum ob saluandam proximi animam ab æterna damnatione.dict.c.1.&.c.nequis.22.q.2. prudens autem vir committere adulterium non debet: igitur si id tyranni metu cõmittat,seu ob ipsum tyrannũ tollendum, laudandus non est. Nec pro Eustratio est Aristote. dum dixit posse cum laude turpissima sustineri honestæ, aut mediocris rei causa: est enim intelligendus de his,quæ molesta, aut ignominiosa sunt viro nobili, honesto,atq; insigni,& ideo mala: aliqua tamen circunstantia possunt reddi licita,vt si vir religione,moribus,& honestate insignis in publicum prodiret muliebri ornamento vestitus, ob metum tyranni comminantis parentum occisionem,nisi vir ille ita in publicum prodiret.* Quod & de sapiente, qui palam in foro saltare promiserat,disputat.M.Cicero. lib.3. de officijs.* Non autem est intelligẽdus Aristo.de his,quę adeo turpia sunt,vt nulla circunstantia posint licere.ex eodẽ Arist.in.d.c.1.&.2.ethi.c.6. vbi scribit adulteriũ ita malum esse,vt nullo modo posit licere:nec recte cõmitti:quo in loco Eustratius in eundem labitur errorem.Nec me latet tyrannum,qui per vim dominatur nullũ habens ius ad illius reipublicæ regimen, posse à priuato occidi, vbi nullũ aliud subest remedium ad illam tyrannidem tollẽdam.quod notat Caieta.2.2.q.64.ar.3. etiam veneno,& proditorie.Faber,& Ang.in.§.ius gentium inst.de iure natura.gẽtium.& ciui.quod si verus reipublicę princeps,successionis, aut electionis iure sit:& tamen in regiminis modo iuris,atq; rationis limites excedit,à priuato occidi nõ potest.imo hæreticum esset asserere id licere. vt tradit Alphonsus à Cast.libro de hæresi. verb.tyrannus. & Dominic. Soto lib. 5.de iusti.& iure.q.1.art.3.

Quinto infertur falsam esse gl. in.l. pe.ff.si famil.furt.feci.dica.quę asserit cõmit-

7 committentem delictum aliquod timore, aut per metum venia dignum esse,nec puniendum fore.quam dicit sing.Iass. in.§.si minus.de actioni.nu. 17.idem notat Cin.in.l.i.q.pen. C.vnde vi. Ana.in.c.2.de homi.fin.col. pro quibus est Arist.in.d.c.1.dicens venia dignum esse eum,qui cruciatu, ac timore agit id, quod agere non debet. Eius tamẽ verba intelligenda sunt ita, vt venia dignus sit ad minuendã pœnam,nõ tamẽ, vt impunitus maneat. quod iure probatur in.l.2.C.de sepul. viola.Abb.in.c.sacris.col.3.de his quę vi. Ioan.Lupi.in tracta. de reg.Naua. 3.part.§.2. colu.penulti.probat text.in l.seruos. C. ad. l. Iuliam de vi. quibus omnibus ipse addiderim, venia indignum esse, nec minuendam pœnam ei,qui metu coactus crimen atrocissimum perpetrauerit. ex eodem Arist. in dict.c.1.qui,cum venia dignum esse præmisisset agentẽ aliquid propter metum,quod alias nõ liceret, subdit, 9 quædam autem fortasse sunt, ad quæ perpetranda nemo cogi, compelli vetest: sed potius extrema quæq; pati, ac mori conuenit. Etenim ridicula sunt, quæ Euripideum Alcmæonem ad matrem interficiendam compulerunt. Sic in seruis,in quibus gloss. prædicta loquitur,qui ob timorem dominis obtemperãtes etiam atrocia committunt, pœnam minuendam fore asserit gl.in.d.l.2.C. de sepul.vio.quam Docto. ibi approbãt communiter, & probare videtur Regia.l.11.tit.9. part. 7.Hæc tamen iura si exacte considerẽtur, non in atrocioribus: sed in grauibus delictis sunt intelligẽda. Hinc & Theophil.in.§.ius autẽ ciuile.insti.de iure na. scribit seruos oportere dominis obedire,in his tamen, quæ lex nõ prohibet.

Sexto infero, arbitrio iudicis relinquẽdum esse, quinam metus dicatur
8 cadere in cõstantem virum:quod notat gl.recepta cõmuniter in.l. interpositas.C.de trãs.glo.in.c. cum dilectus. de his,quæ vi.vbi Abb. dicit eam singul.& magistram.Ias.in.d.l.interpositas.ordinar.idem Ias. in. §. quadrupli. insti. de actio.nu.54. idẽ notat Cæpo. consi.2.& consi.4.caus.ciuiliũ. & Deti.in.l.in omnib⁹ causis.ff.de regu.iur. nu.7.Iudex enim, vt ipse intelligo,arbitrabitur an vir prudens, & cõstans, eligeret potius id agere,quod timoris causa fit, quam periculum, quod imminet,subire.

Septimo,hinc etiã iudex arbitrio p̃prio decernere debet,nõ ita anxie, atque stricte hanc eligẽdi prudentiã exigendã esse in fœminis,quibus à natura inest minor animi vigor,corporisq; fortitudo. Sed cõsiderandũ esse, quid fœmina cõstans eligeret pẽsata naturali fœminarũ prudentia. Aliquid em̃ cogeret fœminã,etiã constantẽ,ad eligendum id,quod vir cõstans minime eligeret. Hoc ipsum est,quod gl.in.d. c.cum locũ.dixit minorẽ metũ excusare fœminã,quam virũ.quam ibi sequuntur Abb.& Præp.dicit sing.Roma.sing.226.Brixi.in reper. verb.Metus.Areti.cõs.24.co.2. Abb.in.c.cũ dilectus.de his, quæ vi.2.col. commẽd. Anto.in.c.consultationi.de spons.Deti.in

ti.in.c.fin.de appe. idem in.l.in omnibus causis.ff.de reg.iur.licet nullus ex eis exacte.d.glo.perpenderit. Scribit tamen Hippol: in. l.1.nu. 73. de quæstio.& idem in rep.rubri.C.de proba. numer.417.à viro, non à fœmina esse tormenta incipienda, quoties vir, & fœmina sunt à iudice torquendi, quia ipsa fœmina potest ferre maiora vulnera, quã vir. vt notatur in.l. nihil interest.ff.de adulter. Sed obsecro vnde
10 Hipp. collegit in dict.l.nihil. vulnera fuisse illata æqualiter viro & fœminæ, vt hinc colligamus fœminam fortiorem esse viro in tolerãdis vulneribus? Quod si gloss.in. d.l.nihil. hoc sensit, certè fallitur: cũ in.d.l.nihil. id tantũ cõstet, virum adulterum occisum, at fœminam grauiter vulneratam, non tamen occisam fuisse. Non enim potuit percussor vtrũq; occidere, tamet si id animo gerebat, vt inquit ipsa lex. Non igitur sequitur, fœminam ibi minime perijsse, q; maiora patiatur vulnera, quã vir. Sed ex eo, quod vulnera illata fœminę nõ fuere lethalia, & si grauiter fuerit fœmina vulnerata. quo fit, vt minime ex.d.l. probetur Hipp. opinio. Imò à fœmina incipiẽdam es
12 se tormentorũ quęstionẽ, asserit Gandi.in tract.de malefi.c.de quęstio. col. 3.per.tex.in.l.vnius.ff.de.qq.idẽ notat Deti.in.l.2.ff. de reg.iur.numer.46.& Ioan.Lupi.in rub.de donat.§.74.probat Regia.l.12.titu. penul.part.7. quæ rationẽ habet ab imbecillitate fœminei corporis.opti. text.in.l. qui duos. §.fi. ff.de reb. dub. vbi ex duobus iam vita functis ruina, vel alio casu, præsumit priùs decessisse is, qui imbecillior erat. Hinc Corne. Tacit.libr.15.scribit Neronẽ ratũ muliebre corpus minus impar dolori, quam virile, à libertina tormẽta incepisse. Laudat tamẽ illius libertinæ cõstantia, quasi illa nõ sit fœminis cõmunis. Hiero. etiam in epist. ad Innocenti. de muliere septies icta. pri.episto. Tomo. meminit cuiusdam fœminæ, quę accusata de adulterio sępissime tormẽtis subiecta, cõstãs adeò fuit, vt adultero id crimen confitente, ipsa cõstanter negauerit, nec vnquam illud crimen palàm fecerit. Laudat & Attica meretrix, quæ familiaris Harmodio, & Aristogitoni, consilia eorũ de tyrannicidio, vsque ad mortem excruciata, tyrannis non prodidit. cuius meminere Plini.lib.7. cap.23. & li.34. c.8. Tertu.in Apologet. c.vl. idem in lib.ad Martyres. Pausanias in Atticis. & Petrus Crinit. de honesta disciplina.li.9.c.8. atq; hæc, & alia exẽpla adducẽs Gandini opinionẽ nihilominus probat Andre. Tiraqu.in legibus cõnubilialibus.l.9.numero.99.

Octauo, ex eadem metus definitione sequitur intellectus ad rẽceptissimam illam sententiam Docto. dicentium. metum excommunicationis iustum esse, & cadere in constantem virum, quando est excommunicatio iniusta, quia timẽda est. cap.1. 11. q.3. ita Ioan. Andre. Abb. & alij in dict.cap. cum dilectus. glos. in ca. olim. in.3. de rest. spoliat. Rota in nouis.35. & Roma. cons.369. dicens hanc opi. esse cõmunem. Est enim hoc intelligẽdum, nisi superior adiri facillime possit, ad excom-

excommunicationem tollendã. quod iudex arbitrabitur. Verum si excommunicatio est iusta, non excusat eius metus, iuxta ea, quę dicti Doctor. tradunt post glo. in.d.cap. cum dilectus. Non enim est metus cadens in costãtem virum, is qui non infertur ab aliquo sed is qui metum allegat, sibi ipsum intulit, perpetrãdo ea, quę digna sunt excommunicatione, aliave pœna. pro quibus facit optimus text. 14
in.l.si mulier. in princi.ff. quod metus caus. quẽ adnotauit Abb. in. c. Abbas. col.3. & in.c. cum dilectus. de his quæ vi. & Feli. in.c. cum inter. nu. 20. de excep. explicat optime Domi. in. cap. ad eius verò. colum. finali. 5. distinct. Siquis enim iure aliquid facturum comminatur, vt aliquid ei ꝓmittatur, detur, aut fiat, non videtur res illa gesta per metum cadentem in constantem virum, quia is, qui rem agit, metum sibi intulit cõmittẽdo rem dignam illa comminatione: atq; ipse illo metu erat constitutus: vnde non infertur sibi. vt si patronus exigat à liberto, timẽte ob ingratitudinem reductionem in pristinam seruitutem, cẽtum aureos, quos libertus promittit, nõ potest hic libertus allegare se illã promissionem fecisse per metum cadentẽ in constantem virum. quod in hac specie probat dicta.l.si mulier.

Nono, ex his subinfertur, captum in bello iusto, pro sua redẽptione honestum, ac moderatũ precium promit-
13 tentem, non eximi ab obligatione, seu promissione illa, ea ratione, quod metu captiuitatis dicat id preciũ promisisse. Nam captiuitatis timor iuste ei imminebat, nec timor ei infertur ad illam promissionem: sed ex ea is timor, quem ipse aliunde habuit, aufertur & probatur in.l.nam & Seruius.ff.de negog.gest. notat optime Fortu.in.l.conuentionum.ff.de pactis. Nam & hosti seruanda fides est, etiam quæ à priuato prestatur, modo bellum sit iustum vti expressit eleganter Cicero lib.3.de offi. nec detur fides in perniciem publicam. c.noli existimare. 23.q.1. notat idem Fortu.in.d.l.cõuentionum. Deti.in.l.ea est natura.ff. de regu.iur. Altiat. in lib. de singu. certamine.c.44. Alfonsus a Castro de hæresib. verbo. tyrannus. Curt. Symphorian. in. 7. à resto amorum. Franc. Duaren. l. 1. de pacto. fo.4. cõtra Barto. in dicta. l. conuentionũ, quem alij sequũtur dicentes, hostem non teneri ad seruandam fidem, quam hosti, vt priuatus dedit. quam opi. sequitur Zasi. in.q. 3. de iudæ. & communẽ esse cõtendit ipse in illa nimis licentiosa aduersus doctissimum Echium apologia. Horum tamen opinio procederet, quando fides data esset in reipublicę damnum. sicuti idem Bart. voluit in.l. fi. C. quando, liceat sine iud. se vind. & Altiat. in. di. c.44. quo etiam tendunt omnia, quæ Zasi. pro cõmu. opin. adducit. alioqui tenetur hostis fidem hosti seruare. pro quo præclarũ illud & insigne est. M. Attilij facinus cuius meminere. Liui. lib.2. de bello Puni. Valer. Maxi. in.c. de fide. Aulus Gelli. lib.7. c.18. ac Diuus August. lib.1. de ciuita. Dei. c.15. & iurisconsult. in.l.5. §. captiuus autem. ff.de

ff. d. captiu. is, inquã. M. Attilius maluit mortẽ oppetere, quã fidem Carthaginensibus præstitam frangere, ad eosq; redire pro subeunda morte, quã Romæ incolumis manere fide fracta. quod mire laudat Cicero libr. primo de officiis probans & hosti fidem seruãdam esse. Sic & Titus Cæsar apud Hegesippum libr. 5. de Excidio Hierosolymitano cap. 24. inquit, inter arma quoq; leges valere: fide melius bella geri: quæ seruetur etiã hostibus quod vero Thomas scribit. 22. q. 40. & quæ. 71. arti. 3. non pertinet ad eam dubitationem, quæ traditur circa pactiones contingentes fide præstita, vel metu, vel timore pro his, quę bello capta fuerint. id enim tantum eruditissimus vir verum esse contẽdit: non licere iuste bellum gerenti, hostem etiam iniquum, & illicite bellũ tractãtem mendacio, falsitateve decipere in ipso exercitio belli: quo sensu manifestum est absq; vllo discrimine hosti seruandam esse fidem. Quod vero diximus hanc nonam illationem probari. in. d. l. Nã & Seruius. id fecimus Fortunium sequuti. non tamen ex hoc negamus illam iurisconsulti decisionem locũ habere etiam si hostis, à quo captus redimitur, iniquus, iniustusve hostis sit: imo & in hoc locum esse iurisconsulto opinamur: cum in eius respõso potius agãt de actione negociorum gestorum competenti ei, qui pro capto ab hostibus, vt his liber fieret, preciũ redemptionis, vel soluit, vel promisit: ac tandem agitur potius de pactione expressa, vel tacita inter redimentẽ, & redemptum: quam de pacto cum iniusto hoste initõ, Iniquus etenim hostis est Turca: & iniuste aduersum Christianos bellum gerit: & tamen si inter tres, quatuor, vel plures Christianos apud Turcas captiuos contingeret factum, cuius in dicta. l. Nam & Seruius. iurisconsultus meminit: minime dubitarem in eo iurisconsulti respõsum admittere. pro quo facit text. in. l. 2. & in. l. liber captus. rursus & in. l. ab hostibus. cum aliis eiusdem Rubricæ. C. de captiuis.

Decimo hinc aperitur intellectus ad l. qui in carcerem. ff. quod metus caus. vbi metus carceris contractũ irritum
15 facit. Est enim id intelligendum: quãdo detrusio in carcerem fuit iniusta. tex. in clemen. 2. de pœnis. quod notare videtur. Oldra. consi. 7. vel si iusta. ad illum tamen actum contrahendi illata. Vnde si quis homicidæ, aut proditori, nullo prędicto timore pœnæ, comminetur eum ad iudicem delaturum, nisi cum Titia matrimonium cõtraxerit, inito cõtractu, nullũ erit matrimonium, quia & si iuste poterat is ad iudicem deferri: tamẽ quia metus ille iustæ delationis ad illud contractum agendũ illatus est nullum timorem habenti, ipse contractus est nullus, quia contrahens nullum metũ sibi ipsi intulerit: sed metus ab alio fuit ei illatus, quo fit, vt diuersum opinemur, quãdo captus iuste à iudice, qui poterat eũ occidere, iudici dixerit, ducam vxorem filiam tuam, si me dimiseris impunitum, erit namq; matrimonium validum. Imo si iudex, capto iuste, & mortem timenti, immunitatem offerat, si matrimonium cum ipsius iudicis filia contraxerit, alioqui mortem ei iuste inferendam comminetur, erit matrimonium, quia metus non infertur ad cõtractum: sed aufertur potius. quod Sylvest. sensit. verb. metus. q. 6. qua ratione perpensa hac in re arbitramur, quo ad matrimonium, potius fore cõsiderandum, an metus sit illatus, vel ne, quam quod iuste inferatur. ex præmissa ratione. Cuius examen lectori relinquimus.

Vndecimo ex eodẽ fonte deducitur metum mortis, à nemine ad contra-
16 ctum agendum, illatum: sed suapte natura, vel fortuna contingentem, non impedire promissionis vim. Vnde votum emissum ab ægroto, vel ab existẽti in belli, naufragij, alteriusue periculi discrimine, non ex eo est inualidum, quod timore periculi sit factum. text. & ibi. Abb. in. c. 2. de renunt. tex. in. c. sicut. in. 2. de regul. idem Abba. in. c. 2. de his, quę vi. Sylvest. verb. votum. 2. §. 12. Sic matrimonium contractum ab existẽti in mortis periculo, naufragij, prelij, ægritudinisue causa, cum concubina, non ex eo nullum erit, quod timore illius periculi sit cõtractum, q̃ alias minime contraheretur. Is enim metus ad illum actum non fuit illatus.

Duodecimo præmissa lege, quã quidam testantur quandoque obtinuisse,
17 vel vsu, vel principũ, atq; reipublicæ sanctione, qua quidem lege damnati ad mortem ob delicta, absq; pœna liberi dimittebantur, si aliquam meretricem in vxorem acciperent. arg. c. in ter opera. desponf. quod expressim notat Iacob. de Bello viso in pract. crimi. titu. de lenonib. vers. 26. Paris de Pute. in tract. de syndicat. verb. pœna. ca. an si iudex. folio magno. 80. col. 3. Guiliel. Bened. in. c. Rainuntius. de testament. verb. mortuo testatore. in. 1. num. 269. Chassane. in consuetud. Burgun. rub. 1. §. 5. versi. Archi. casu. 12. quorum aliquot asseruint id consuetum apud Hispanos, alij ad Gallos eandem consuetudinem referunt. Sed tamen hunc vsum non credere esse iustum in quouis crimine: tametsi in aliquo delicto is vsus permitti posset. Si quis autem ad mortem damnatus meretricẽ vxorem acciperet, minime posset allegare matrimonium esse nullum, propter metum mortis. Is enim metus à nemine ad illum contractum agendum infertur. Sed ipse sibi eum intulit, & eundem metum habebat, ac potius ab eo timor mortis aufertur, quam infertur. Et ideo non est eius excusatio admittẽda. ex text. celebri. in. d. l. si mulier.

Decimotertio prædictis adnecti po-
18 test, metum amissionis bonorum omnium cadere in cõstantem virum tex. & ibi glos. in cap. 2. de his, quæ vi. Bart. in. l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. cau. Bald. in. l. 1. in fine. C. quod metus caus. Siquidem patrimonium vita hominis existimatur, vt est in prouerbio ex Hesiodi carmine.

Pecunia est anima miseris mortalibus.

Quod Eras. adducit prouer. anima, & vita. & Ludoui. Cæli. lib. 14. antiq. lectio. c. 2. apud nos. glo. in. l. aduocati. C. de aduo. diuers. iudicio. quã notat Bal-

dus in.l.2.C.de consti.pecu.Abb.in dicto.c.2.Hippo.in.l.1.§. præterea.ff.de qq.num.42.pro quibus tex.est in.l.illicitas.§.nec tenuis.ff.de offic.præs.optime Catelli.Cotta.dictione.Pecunia. extat etiam apud Plutarchum in libello:an adolescenti liceat audire poemata.Carmen illud pergunt alij mihi rodere vitã,quo in loco Plutarchus opes intelligit.Sic apud Græcos vna & eadem dictio vitam significat & facultates, quibus viuitur: quod constat ex euangelio Lucæ.c.15.vbi id Erasmus adnotauit.Hinc etiam idem dicẽdum erit,in metu amissionis maioris partis bonorum Gofre.in Summa.tit.de his quæ vi.1.col.Abb.& alij in.d.c.2.idem Abb.in.c.Gemma.de sponf.i.col.Iaf. in.l.Titia.3.col.ff.de verb.oblig.Curt. Iuni.in.l.interpositas.C.de transa.quibus suffragatur tex.in.c.1.in fine.prin. de rest.spo.in.6.Nam & amissio magnæ rei est iusta causa timoris.teste Cino in dicta.l.interpositas.quem sequitur Catella.Cotta.in vlti.memor.dictio.absentes.arg.l.propter litem.in prin.ff.de excusat.tut.

EX §. SEQVENTI.

1 Matrimonium metu contractum, est nullum ipso iure.
2 Iuramentum metu præstitum valet, & ideo indiget absolutione.
3 Matrimonium metu contractum, etiam iuramento præstito,est nullum ipso iure.
4 Iurare per metum cõpulsus, mortaliter peccat, si ante absolutionem id iuramentum violet.
5 Intellectus.c.inter cætera.22.q.4.
6 Metus cadens in constantem virum irritum facit matrimonium,ex propria actus natura, nõ tantum ex constitutione humana.
7 Metus matrimonium irritum facit,etiam si contrahens dederit causam metui.
8 Metus contractum coniugalem vitiat, etiam si quis cogatur incertam ex certis vxorem sibi accipere.
9 Consuetudo an posit inducere,vt in electionibus ecclesiasticis incertus ex certis eligatur.
10 Testibus paucioribus metum probantibus an sit danda fides, iudex attenta personarum & rerum qualitate hoc ipsum arbitrabitur.
11 Vni testi metum testificanti non creditur.
12 Metus protestatio necessaria nõ est:plurimum tamen coadiuuat timoris probationem.

§. QVINTVS.

1 ONSTAT igitur matrimonium cõtractũ metu cadenti in constantem virum esse nullũ ipso iure.c.cum locum.c.veniens.2.de sponsa.aptior text.in cap.significauit.de eo qui dux.in matrimonio.glos.in.c.2.de his quæ vi.late Imola in repet.c.tuę de sponsa.atq; vbiq; Docto.id fatentur. & Barba.consil.54.nume.10.1.volumi. hanc opi.dicit esse commu.idem asserit Hieronym.Grat.consil.38.in.2.volu.probat Regia.l.15.tit.2.par.4.repetunt tanquam cõmunem eãdem sententiam Abb.in.d.c.cum locum.col. 3.& Parisi.cons.58.num.56.& cons.60. col.1.volu.4.idem vtrobiq; notans in spõsalibus,quæ de futuro appellamus post Abb.& alios in.c.ex literis.de desponf.impub.& procedit,etiam si matrimonium metu contractum, fuerit iuramento firmatum. Adhuc enim nullum est ipso iure.text.in dict.c.significauit.gloss.expressa in.d.c.2.de his quæ vi. Quanuis etenim iuramentum metu præstitum non sit nullum
2 ipso iure:sed sit ab eo expectanda absolutio.

lutio.c.debitores.cap.verum.de iureiur. vbi Docto.idem tenẽt.& fatetur Imol.hanc opi.esse cõmunem.in.d.c. verum.idem notant Tho.& Caieta. 2.2.q.89.art.7.est etiam omnium concors sentẽtia.in cap.si vero.de iureiu. vbi text.eam probat.Et procedit, etiã si iuramentum accedat contractui in ualido, vt pote alienationi rei dotalis vel contractui minoris. Nam semper erit necessaria absolutio à iuramento per metum præstito, ita Ioan.Mona. Ioan.Andre.Domi.& Natan.in cap. quanuis pactum.de pact.in.6.super glo.versi.non vi.Bal.in.c.2.de iureiur. Corne.in auth.sacramẽta.pe.& fi.col. C.si aduers.vend.& Iacobi.ibi.1.col. Fortu.in tract.de vlti.fine.illat.22.col. 6.licet Abb.in hoc cõtrarium teneat. in.c.cum contingat.col.2.quem Alti. ibi sequitur.3.notab.de iureiur.Feli.in c.2.eo.tit.Franc.in.d.c.quanuis pactũ. 6.col.dicentes,non esse necessariã absolutionem ab hoc iuramento, quod præstitum fuit per metum in cõtractu inualido.Nam & si quo ad inferẽtem metum, iuramentum in effectu non obliget,quia actus rescindi potest:interim tamen quo ad Deum est obligatio:ideo necessaria est absolutio,vel remisio illius,pro quo Deus, vt testis,intercessit.c.2.de iureiur.Thom.& For. in.d.locis.Sat enim est, ꝙ posit hoc iuramentũ seruari sine interitu salutis æternæ.vt in.d.c.si vero probatur.ex hac vero ratione metus datur facilime à iuramẽto absolutio.sic Cice.verba sunt explicãda:dum is lib.3.de officijs.existimat iuramẽtum latroni, aut prædoni præstitũ seruandum nõ esse, frequentius tamẽ Abb.opinio admittitur apud prætorij Regij iudices. In matrimonio tamen id locũ nõ habet,
3 propter libertatẽ consensus,quę in eo cõtractu,ex natura eius, à sui primordio,requiritur.Iuramentũ vero sortitur naturam, quæ à primordio inest actui, in quo præstatur.l.finali.C.de nõ nume.pecu.quam putauit Abb.esse singul.in.c.cum contingat.supra citato.nu.14.Bal.in.c.cũ omnes.col.pe. de const.& iure Canonico eam procedere,absq; absolutione iuramẽti optime cõprobat Fortu.in.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis.vbi nu.15. dicit,exceptionẽ non numeratæ pecuniæ opponi posse contractui,etiã iurato,quia exceptio illa propria est ipsius iuramenti,non tantũ cõtractus.Sic ergo in nostro casu iuramẽtũ adhærens coniugio per metũ contracto, ita habet illam conditionẽ,si liber cõsensus interueniat,sicuti ipse coniugalis contractus.Ideo cũ ipse liber cõsensus deficiat, ad iuramentũ in hoc casu requisitus,ipsum iuramẽtũ nullum est ipso iure.idẽ tenet glo.per tex.ibi in.d.c.significauit. Nec iuramentũ defectum cõsensus supplet.vt not.in.c.fina.de procur.in.6.Qua in re male videtur loqui Abb.in.c.2.de his quæ vi.col.3. dicens,quod is,qui matrimoniũ contraxit per metũ iuramento prestito,tenetur stare illi matrimonio,vel saltem non agere contra iuramentũ,donec si bi detur eius absolutio: sic intelligens tex.in.c.inter cætera.22.q.4.quo probari videtur,matrimoniũ metu cõtractum,

ctum,iuramento pręſtito,eſſe validũ. Et quãuis aliter intelligat illum text. ſcribit tamen Fortu. de vlti.fine, illat. 21.col.9. iuramentũ obligare ante abſolutionem:matrimoniũ vero non valere. Additq; iurantẽ nõ peccare mortaliter, etiã ſi ante abſolutionem iuramenti cum alia contrahat matrimonium.quibus ego non conſentio,etiã ſi Tho.in.3.ſent.diſt.39.art.3.Fortunio valde ſuffragetur. Qui tamen ſubdit, ad matrimoniũ non ſufficere ſimplicem conſenſum: ſed eſſe neceſſariũ liberum conſenſum:ad iuramentũ vero ſufficere ſimplicem conſenſum, & obid etiã metu factum interim, dum abſolutio non præſtatur, obligare iurantẽ.Sed cõpertum habeo,iurantem aliquid agere, per metũ cadentem in conſtantem virũ, mortaliter peccare, ſi id iuramentũ violet ante abſolutionem impetratã, caſu quo iuramẽtum obligat,& abſolutione indiget.Card. Anto.& Imol.in.c.verum.de iureiur. Cald.& Abb.col.fi.in.c.ſi vero.eo. tit. Archi.in.c.habemus.22.q.1. Tho.2.2. q.98.art.3.Caieta.2.q.89.art.7.verſi.an autẽ.quãuis gloſ.Anch. & Abb.in.d. c.verũ.& Fortu.in dict.illat.21.teneãt, non cõmitti ex hoc peccatũ mortale. per tex.in.d.c.verũ. qui iuxta Thom. ſenſum id tantũ dicit,non eſſe ſic iuramẽta violãtes,in exteriori iudicio puniendos eadẽ pœna,ac ſi crimẽ mortale cõmiſiſſent,non tamen ſequitur ex hoc,eos mortaliter non peccare. Nec opinor opi.gl. eſſe magis cõmunem, etiam ſi Imol.ibi id aſſerat.Non obeſt huic opi.quã modo probauimus, dicere eum,qui metu cadenti in conſtãtem virũ iurauerit, periurum nõ eſſe, licet id, quod iurauerit facere, minime agat,adhuc abſolutione nõ obtenta,eo quod defecerit intentio obligãdi.Hunc etenim defectũ intẽtionis eccleſia nõ præſumit, ne mortale crimẽ præſumat. Is enim, qui iurat metu, ſimplicem cõſenſum exhibet, quem ſi non exhiberet,peccaret mortaliter: cum adducat falſo Deũ in teſtem. ex Caieta.2.2.q.89.arti.7. dubio.2.in quo Abb.manifeſtiſsime errauit.in.c.ſi vero.col.fin.de iureiu. Ex quibus in hac q.quam in coniugali contractu tractamus, dubio procul peccaret mortaliter,qui nõ impetrata à iuramenti vinculo abſolutione, aliam in vxorẽ acciperet:ſi verũ eſſet,iuramentũ iſtud valere ante abſolutionẽ. quod aduerſus Fortu.vrget. Nec matrimonium interim valet,refragante Panor.quia iuramentũ in coniugali cõtractu pręſtitũ, illam propriam cõditionem ſortitur: ſi liber adſit cõſenſus: alioqui nullum effectum id iuramẽtũ habet, propter præuiũ, atq; omnino ſponteneũ conſenſum, quem hic contractus exigit.

Non obſtat tex.in cap.inter cætera. quem Gratia. Auguſti. ad Seuerum, tribuit. Ego vero nõ ſatis certus ſum, q̃s fuerit illius canonis auctor.In quo tamen nõ dubitatur, an matrimoniũ metu contractũ fuerit firmum,nec de iuramenti vinculo,quo ad matrimoniũ.Sed præcipue ibi tractantur duo. Primum,an iuramentũ præſtitum,de non alenda matre, nec alendis ſororibus,eſſet licitũ. Et reſpondet Auguſt. id

id illicitum eſſe.Secũdum,an ille,qui præſtitit iuramentum concubinæ, de ea ducẽda in vxorem, ac de matre, & ſororibus nõ alendis,poſsit,ſi velit,poſtea concubinam in vxorem ſpõte ducere.Et dicitur, matrimonium eſſe in deo firmum,& ſtabile. Et erat dubiũ, propter tot flagitia in ipſa contractus promiſsione cõmiſſa, & quia illa fuerat promittentis cõcubina. Quod ex reſponſionis ratione conſtat, dum dicit. Quia non eſt peccatum eam,quã prius habuerat in cõcubinam, poſtea in vxorem accipere. Vnde in illo text. poſt promiſsionem metu factam,matrimonium fuit liberè contractum. & dubitatur, an ille, qui iurauit, poſſet matrimonium cum concubina contrahere:nõ an teneretur ex illa coacta promiſsione: ita equidem ille text. eſt intelligendus:quicquid.gloſ.ibi. & in c.2.de his quę vi.aliter dixerint.Senſit vero hunc intellectum Fortu.in dict. illatio.21.colum.8.

Ex his illud conſtat, matrimonium metu contractum,nullũ eſſe ipſo iure
6 ex propria actus natura, non tantum ex cõſtitutione eccleſiæ.quod probatur.conſenſus liber eſt præciſe neceſſarius ad hunc cõtractum. c.tua. c.cum locum.de ſponſ.hic autem conſenſus liber non eſt, vbi metus cadens in conſtantem virum concurrit.Igitur ex natura ſua matrimonium metu contractum, eſt nullum.quod Scotus aſſerit in.4.diſt.29.q.1.ſenſit Thom.ibi col.3. dicens metum repugnare,& omnino contrarium eſſe cõtractui coniugali. Nam quãuis conſenſus adſit ſimplex, quia tamen liber nõ eſt,non tenet matrimonium. Non ſic per metum vanum,ac leuem conſenſus liber impeditur,ſecundum eos.quorum opin. eſt ſe receptam communiter teſtatur Almain.in.4. diſt.29.col.4. licet Dtiran. q.2.Palud.col.3.& Ioã. Maior.q.1.col. 7.in.d.diſt.29.teneant,metum cadentem in conſtantem virum, hunc matrimonij contractum irritum facere, potius ex cõſtitutione eccleſiæ,quam ex natura rei. Atq; eodẽ modo, ex humano iure metum cadentem in conſtantem virum,à leui diſtingui.

Cæterum hæc ipſa diuini, & humani iuris cõcluſio,matrimonium metu cõtractũ nullum eſſe:procedit etiam
7 ſi metum paſſus dederit coactioni cauſam.l.nec timorem.§.1.ff. quod met. cauſ.gloſ.per tex. ibi cõmuniter recepta.in.c.veniens.in.2. de ſpõſa. quem text.ad hoc dicit ſingul.Feli.in.c.cum inter.num.20.de except. idem probat gl.in dict. c.2.de his quæ vi. optimus tex.in.c.quia diuerſitatem. de conceſ. præb.vbi impeditus excuſatur,etiam ſi dederit cauſam impedimento:cum illa culpa directe non tendat ad impediendum.Sic nec in matrimonio culpa tẽdit directe ad coactionem,ſeu ad metũ inferendũ.quẽ tex.dicit eſſe meliorẽ iuris Iaſ.in.§.rurſus.de actio.nu. 26.vbi Ludo. Gomez explicat. nu.15. Feli.in.c.1.de præſcri.& Fran. Balb.de præſcrip.1.part.6.part.princ. caſu.22. ad id etiam plurimum conducit gloſ. in.l.athletas.§.1.ff.de excuſ.tu.dicens, inimicitiam eſſe iuſtiſsimam cauſam recuſandi iudicẽ,teſtes,& ſimiles,etiã

ſi recuſans dederit cauſam inimicitię, modo id non fecerit data opera, vt recuſaret. quam glo. ibi approbāt Doct. idem not. Abb. & Areti. in. c. repellantur. de accuſ. Abb. & Feli. in. c. de cætero. de ſentē. excō. Abb. Imol. & Deti. nu. 19. in. c. vt debitus. de appel. Ripa, qui hāc opi. eſſe cōmu. aſſerit in. d. c. 1. de iud. nu. 14. poſſetq; id pluribus cōprobari, quæ adducūt Feli. in. c. quę in eccleſiarum. nu. 67. de conſti. Hippo. in. l. 1. §. cū quis latrones. ff. de quæſtio. nu. 18. & ante alios idē notauit Innoc. in cap. cum. l. &. A. de re iud.

Secūdo procedit hæc principalis cōcluſio, non tantū quando quis per metum cogitur cōtrahere cōiugium cū certa fœmina: ſed etiā ſi quis cogatur incertam de certis vxorē accipere: nē pe alterā ex filiabus Sempronij. Hoc enim coniugiū nullū eſt, quia ad illud deficit cōſenſus liber. quod manifeſta ratione patet. Nā is, qui ita contrahit, matrimoniū cogitur contrahere cum ea, cum qua ceſſante metu nō erat cōtracturus, quia neutrā volebat in vxorem accipere: coactus tamē alterā ex illis in vxorem recepit: ergo inuitus, non libere in illā conſenſit. notat Bal. in conſ. chiſmatis. col. 4. Fort. in tract. de vlt. fine. illat. 21. col. 13. per tex. in. l. ſi optio. ff. qui & à quib. notat etiā Deti. in. c. licet. col. penul. de electio. quam ſentētiā miro ingenio cōprobat Bart. Philipp. Luſitanus in. c. ſcindite corda veſtra. de pœnit. diſt. 1. in. 5. relectionis parte. quātuis cōtrarium teneāt Abb. in. c. cū terra. de electi. col. 2. Zochus, & Præp. in. c. Cum locum. de ſpon. pe

8

nul. col. Felin. in. c. in præſentia. de probat. nume. 37. Choſmas. in pragmat. ſanct. tit. de electio. §. ad tollēdū. verſ. libere. Imol. in. c. tuæ. de ſponſ. 15. col. Iaſ. in. l. Titia. col. 3. ff. de verbo. oblig. Ioan. Lupi. in cap. per veſtras. 3. not. §. 11. de donati. Sylua nupt. lib. 2. nu. 119. E quibus, qui primas obtinet, Panormi. ab electione ad matrimonium argumentatur dicens, conſuetudinem non poſſe tollere libertatem in eligendo. dict. c. cum terra, & tamen poteſt illa inducere, vt ex certo genere perſonarum fiat electio. c. cum dilectus. de conſuet. Igitur non cenſetur ſublata libertas in matrimonio contrahendo, quando is qui cogitur contrahere, poteſt ex pluribus, & certis fœminis, ſibi vnam eligere. Cui argumentationi facilime ſatisfieri poteſt. Fateor etenim conſuetudinem nō poſſe tollere libertatem in eligendo, ita vt ipſa electio, quæ præmittitur, omnino tollatur. vt in dict. cap. cum terra. probatur. Nam ſi collegio ibi pmiſſa erat electio, nec ius eligendi erat conſuetudine ſublatum, nō potuit inducere conſuetudo vt eligentes duos eligerent, quorum vterq; poſſet à Principe, vel Patriarcha, reprobari, quibus electi erāt præſentādi. Id enim eſſet, ius electiōis permiſſę omnino tollere, ac ex diametro ipſi electioni repugnaret. Nec tamen negat ille text. poſſe conſuetudine introduci, vt eligētes duos eligant, quorū alter poſsit à Principe, vel Patriarcha probari. Quod in Hiſpania fit in electionibus, quę in regno Granatæ à canonicorū collegio fiunt: ſiquidē eligunturduo, quorum alter à Principe admittitur. At cōſuetudo, quæ de certo genere perſonarū eligere induxit, non tollit libertatē electionis: cum & ab initio fuerit voluntariū ita eligere, ac demum ſi neceſſariū eſt, id contingit de iure, quod quidem ius id poteſt efficere. Sicuti ſtatuere poteſt, electionem faciendam eſſe, ex conſtitutis in ſacerdotio. Nō enim ex hoc tollitur libertas eligēdi. Nec mihi placet quod Fortuni. opinatur, non poſſe conſuetudine induci, vt alter ex duobus eligatur: cū inter duos electio optime cōtingat: atque iſta reſtrictio à lege fiat, nec repugnet electionis cōditioni, vt conſtat. Et præterea, vt Panormita. & ſequacibus reſpondeam, id conſtanter affirmo, in matrimonio diuerſum quiddam ab electione eſſe: cum adeo liberum conſenſum exigat, vt nec lege ipſa cōſtringi poſsit. Imo ex hac libertate conſenſus exiſtimo, conſtitutionē procuratoris, ad cauſam matrimonialem tractādā, eſſe nullam ipſo iure, ſi metu fiat: quo quidem caſu admitto libenter deciſionem Hoſtienſ. qui in. c. 2. de his quæ vi. dixit generaliter, conſtitutionem procuratoris metu factā eſſe nullam ipſo iure, per tex. in. c. accedens. de procurato. quem dicit ſing. eſſe Roma. ſing. 753. hoc tamen minime probat vt teſtātur Abb. in. d. c. 3. & Roma. ſingu. 124.

9

Metus autem probari poteſt ex coniecturis, & per teſtes. Barto. in. l. ob turpem. ff. de conditio. ob turp. cauſ. not. Nouiores. in. l. interpoſitas. C. de trāſactio. & Pariſi. conſil. 58. vol. 4. nu. 68.

10

Imo dicebat Innocen. in. c. ſuper hoc. de renuntiationi. potius eſſe credendum duobus teſtibus aſſerētibus, metum in actu illatum fuiſſe, quam centum dicētibus, libere actum geſtum. Hi enim, qui deponunt de metu, id quod aſſerūt ſenſu corporeo percipere potuerunt. illi vero, qui teſtantur, actum ſponte, ac libere geſtum fuiſſe: cum ſit res in animo recondita, nō potuerunt id ſenſu corporeo percipere. notat Abb. in. c. 1. de his quæ vi met. ve. cauſ. fiunt. Corſet. in ſingulari. verſi. mille teſtes. conſulens ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicādo, quam cōmunem eſſe, fatetur Deti. in. c. fi. col. fi. de appel. Sed cum interior volūtas ex ſignis exterioribus cognoſci poſsit. c. fina. de renunt. in. 6. l. dolum. C. de dolo. poteſt liber conſenſus percipi optime à teſtibus. Ideo pēſare debet iudex vtrinq; rationes, & cauſas quas ipſi teſtes pro ſuo teſtimonio reddiderint: his enim penſatis quibus maior ſit exhibenda fides, arbitrabitur. ſecundum Iaſ. in. l. interpoſitas. C. de tranſ. nu. 5. ſenſit Ang. in. l. fi. in prin. ff. quod met cauſ. & Deti. in. d. c. fina. ℣. ſi pares ſint vtrinq; rationes, & tractetur de re propria metum allegantis amittenda, deq; eius incōmodo, Inno. ſententia erit ſeruāda. ex Altiat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 7. deniq; iudex attente omnia examinabit, vt Innoc. ſequatur. erit enim arbitrio iudicis relinquendum: an metus ſit legitime probatus. Innoc. Abb. & Doct. in. c. cum dilectus. de his quæ vi. quos ſequitur Pariſi. conſ. 60. nu. 25. volu. 4.

Nec mihi persuaderi potest, soli vni testi testificanti, metum in actu inter-
11 cessisse, integram fidem esse adhibendam, etiam si rationem proprij testimonij reddiderit. Id enim est contra iuris regulas dicentes, in ore duorum vel trium stare omne verbum. c. licet. c. veniens. 1. de testib. l. vbi numerus. ff. eod. licet Cæpo. caut. 144. contrarium asserat, quem iure optimo impugnat And. Altiat. in dict. præs. 7.

Verum ista probatio metus plurimũ coadiuuatur ex protestatione fa-
12 cta per allegãtem metũ. imo si fiat in ipso actu aduersa parte præsente, nec contradicẽte, probatur metus ex præmissa protestatione. text. & glo. ibi in c. Lotharius. 31. q. 2. notat post alios Ripa in. c. cum. M. de cõst. nu. 91. Sin vero fiat ante actũ ex causa tamen legitima, etiã ex interuallo actus gestus presumitur metu expeditus. ita Abb. in c. 1. de his quę vi. Deti. in. c. fi. de appellatio. optime Ripa in. d. c. cũ. M. nu. 101. quo fit, vt quanuis vtilis sit protestatio facta per patientẽ metũ: non tamẽ est necessaria ad ipsius actus metu facti recisionẽ. glo. Abb. & alij in. d. c. 1. vers. timore. glo. in. d. c. Lotharius. verbo. innotuit. Innoc. in. c. ex ratione. de appe. sensit Bar. quẽ ibi sequitur Ias. in l. 2. §. qd̃ diximus. ff. si quis caut. Deti. in. c. fina. de appel. Ludoui. Gomez in reg. de annali. poss. q. 76. dicens, ita in summo Romanæ vrbis prętorio iudicatum fuisse. Idem notat Alexan. in. l. qui in aliena. §. fi. col. 3. ff. de acqui. hæredi. Barba. in. c. plerũq;. de rescript. tametsi Imol. in. c. fi. de appella. Fran. in d. c. ex ratione. 6. col. ac sibi parum cõstans Alexan. in. l. de pupillo. §. si quis. col. 9. ff. de noui oper. nunt. asserãt necessariam fore protestationem, quando ex facto tertij cõtingit impedimẽtum opponi, aut metum contrahenti inferri. Esse tamen vtilem hanc protestationem ex causa metus, non negamus, quę fieri debet coram viris honestis & publice. Quod si nõ audeat metum patiens protestari publice, secrete id agat. Bal. Angel. Paul. & Imol. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de adquiren. hæredi. & Ripa in. d. c. cum. M. nu. 115. Sed si nec secrete valeat protestari, sat erit postea probari metum. Iuxta glos. & Abb. in. d. c. 1. Gerard. singul. 81. Hoc tamen ideo notauimus, vt res tutius agatur. Satis enim est, metum probari, etiam si nulla fuerit præmissa protestatio.

EX. §. SEQVENTI.

1 Metus præcedens purgatur ex cohabitatione spontanea.
2 Metus inferendi presumptio, est iusta causa deponendi fœminam in loco honesto, vt libere consentiat matrimonio.
3 Metus reuerentialis, an impediat matrimoniũ carnale. & num. 5.
4 Metus solus reuerentialis, non rescindit cæteros contractus.
5 Intellectus ad tex. in. l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia.
6 Metus reuerentialis impedit matrimoniũ contrahi ex tacito consensu.
7 Metus reuerentialis, an impediat matrimoniũ spirituale?
8 Nullam in hoc differentiam esse inter matrimonium carnale, & spirituale, contra communem.

§. SEX-

§. SEXTVS.

1 METVS tamẽ purgatur per spontaneam cohabitationem tãti temporis, ex qua possit præsumi sublatã fuisse timoris causam & spontaneum consensum accessisse. tex. secundũ Ioan. Andr. Abb. & Præpo. ibi in. c. ad id. de sponsa. vnde secundum eos cohabitatio per annum & dimidiũ in illo text. potius ad factum, quã ad ius pertinet. quod sensit glos. ibi, dum ponit carmen illud. Effuge cum poteris, ne consensisse puteris. & Oldral. consi. 35. dicens, cohabitationem metum expurgare, quando illa cohabitatio contingit postquam causa metus recessit. probat tex. in cap. 1. de his quæ vi. vbi constat, metum durare interim dum durat causa metus: idem notat Calde. in consil. 1. de his quæ vi. & Bart. in. l. si ob turpẽ. ff. de cõdictio. ob turp. caus. fi. col. dicens cõtractum factũ ab vxore præsumi metu gestũ, etiã ex interuallo, si maritus vxorẽ percusserat, ex eo quod illi cõtractui nolebat cõsentire. Secus tamẽ dicendũ est, si maritus vxorẽ ob aliã causam verberasset, quod explicat Matthę. ab Afflictis decis. Nea. 246. Ergo dũ durat causa metus semper pręsumit̃ metus. & potest hoc ipsum comprobari ex pluribus, quæ adducit. Deti. consi. 219.

Ex hoc libero consensu, qui ad matrimonium exigitur, deducitur, iudi-
2 cem timentẽ libertatem consensus in aliqua fœmina impediendam fore, id agere debere, vt fœmina illa in loco honesto, ac tuto deponatur, vbi libere valeat consensum propriũ exprimere. text. optimus. in. c. cum locum. de sponsi. non tantũ quãdo inter duos viros esset contẽtio super matrimonio, cũ illa fœmina cõtracto, vel cõtrahendo: sed etiã vbi inter duos nulla contẽtio sit, si iudex intelligat, fœminæ consensum liberũ impediri. quod probatur in. l. 3. in fine. ff. de lib. homi. ex hi. Hinc dicebat Paul. Castrens. cons. 127. 1. volu. quod si mater legitima tutrix filiæ, ipsam filiam impuberem, tradere in sponsam alicui promisit, debet iudex illam puellam in loco honesto deponere, ad effectum, vt in ætate perfecta, cui velit, libere nubat. refert, & sequitur Aymon Sauillia. consi. 190. dicẽs, adhuc matrẽ manere tutricẽ: etiã si ipsa filia deponatur, iuxta cõs. Pauli.

Cæterum, cũ de libero consensu agamus, scire oportet, nũ metus ille, qui
3 contingit ex obsequio, & reuerentia, quę prælatis, parentibus, & superioribus debetur, matrimonij contractum impediat? Et gl. in. c. præsens clericus. 20. q. 3. tenuit, nõ impediri ꝓpter istũ metum matrimoniũ carnale, quanuis spirituale, quod in religionis ꝓfessione contrahitur, impediatur. Primum probat ex. l. si patre cogente. ff. de ritu nuptiarum. Secundum, per text. in. d. c. præsens clericus. 20. q. 3. cuius glos. distinctionẽ dicit peregrinã Ias. in. §. quadrupli. de act. nu. 62. Ego tamen distincte hoc tractabo, vt expeditior sit huiusce rei intellectus. Prima enim illius glo. assertio probatur in. d. l. si patre cogẽte. ꝓpter quã idẽ notat Abb. in. c. veniens. in. 1. de spósa. Prep. in. c.

cũ

cum locum.col.4.eod.tit.Cal.consi.1.
tit.de spōsa.Host.in summa.tit.de ma
trimo.§.penul. versi. nūquid coactio.
& Imol.in.c.tuæ.de sponsa. col. ante-
pe. Sed cum in matrimonio maior sit
exigenda libertas, quam in cæteris cō
tractibus,notandum est,cæteros con-
tractus non esse rescindendos,ex solo
metu reuerentiali,nisi pręcedentibus
minis illatis ab eo,qui solet, ꝓ mina-
4 tur,exequi.Bart.in. l.1.§. quæ onerandæ.ff. qua. re.actio. non det. quanuis
gl.ibi indistincte dixerat cōtractus ex
hoc metu rescindendos esse.Sed intel
ligenda est vti Bar.eam intellexit,quē
sequitur Abb.in.c.cum contingat.de
iureiur.col.1.idem Abb.in.c.cum dile
ctus.de his quę vi.& in.c.2.col.2.eod.
tit. Alex. in.l.si cum dotem.§. eo autē
tempore.ff.solut.matrimo.col.pe.Ias.
consi.3.nu.6.1.volu. Roderic. Suarez.
in alleg.24.ad finē. eandem opinio. se
quuntur profitentes esse cōmunē.So-
ci.cons.263.2.vol.Ripa.lib.3. resp.c.15.
col.3.&.4.Iacob.& Curti.Iunior. præ
ter alios ibi. in. l. interpositas. C. de
transact.fi.col.Feli.in.c.causam matri
monij.de offi.deleg.2.col.Georg.Na-
tanus.in.c.quanuis pactum. de pact.
in.6.col.11.Ant.Capicius decis.Neap.
156.nu.34.& Altia.in.c.cum cōtingat.
in princ. de iureiur. Hi vero omnes,
quos dixi fateri hanc opi. esse cōmu-
nem,eādem intelligunt, nisi enormis
læsio in contractu contingat,cum me
tu obsequij,& reuerentiæ. Hoc enim
solum etiā minis non probatis, suffi-
ciet ad rescindendū cōtractum.quod
elegāter notauerat Aret. cons.24. col.
2. etiam si iuratus esset cōtractus. quē
sequitur Aymon Sauillia.cons.11. col.
pe.& id optime probat Paul.Castren.
cons.174.nu.4.lib.1.ex tex.in.l.si super
stite.C.de dolo.Quę omnia nec teme
re adduximus: sed vt matrimonij cō-
tractus nullus omnino sit, eo casu,
5 quo cæteri contractus ex hoc metu
sint rescindendi,quod est ab omnibus
receptum. qua in re nō est admittēda
sentētia Ioan.Ignei,qui in.l.3.§.elegā-
ter.nu.176.ff.ad Syllani. dicebat, ma-
trimoniū cōtractum ex solo metu re-
uerētiali,nullum esse,ac si ex alio me-
tu cadenti in constantem virum esset
contractū. Pro qua opi.retorquet. l.si
patre cogente.dum,eo autore, lex illa
dicit, contraxit tamē matrimonium,
quod inter inuitos contrahitur.Igitur
filius, qui patris reuerentia cogente,
matrimonium contraxit, non liberū,
sed coactum matrimoniū contraxisse
videtur:quod nullo pacto valet. & dū
subdit.l.illa, maluisse hoc tamen vide
tur:eam interpretatur, quando filius
nouo consensu, saltem tacito, ratum
habet matrimonium cōtractum, me
tumq; purgat.Hæc quidem interpre-
tatio inconcinna est,deceptumq; opi-
nor Ioan. Igne. virū alioqui doctissi-
mum,falsa illius legis lectione:si qui-
dem in Pandectis Florentinis ita text.
ille legitur,contraxit tamen matrimo
nium,quod inter inuitos non contra-
hitur. Atq; hęc lectio vulgo receptissi
ma est. Nec etiam placet Ioan. Ignei.
opinio,dum aduersus cōmunem opi
natur, quemlibet actum, metu reue-
rentiali gestum, rescindendum fore.
Illud

Illud tamen adnotandum est, matri-
moniū ex tacito consensu filij præsen
tis, nec contradicentis patri pro eo cō
trahenti, iuxta. c.1. in fine. de sponsa.
impub. in.6. minime tenere, quando
filius tacuit,propter metum reueren-
tialem patris,alias non taciturus.

Hic enim consensus in tacente prę-
sumptus, facile eliditur: cū expressus
6 non sit.Bart.hoc sensit.in.l.quæ dotis.
ff.solut.matri.penul. col.Anto. Abb.
& Feli.in.c.nonne.de præsumptio. Fe
li.ipse melius in dict.c.causam matri-
monij.col.3. idem Feli.in.c. cum om-
nes.de consti. num.12. Altiat. in dict.
c.cum contingat.in princi.Hippo.sin
gul.147. Secunda dictæ glos. conclu-
sio,matrimonium spirituale,& sic re-
ligionis professionem,nullam esse,ex
solo metu reuerentiali.probatur in.d.
c.præsens.& in cap. puellæ.20. quæst.
1.cap. cum virum. de regul. vbi notat
7 Antoni.Puellæ enim, quæ non audēt
contradicere patribus imperantibus
religionis ingressum, propter paren-
tum reuerentiam sæpissime profiten-
tur inuitæ.hanc ipsam opinionem se-
quuntur Angel.col.4.& Ias.num.62.
in.d.§.quadrupli.dicit sing.Hipp.in.l.
vnic.C. de rap.virg. nu.43. & in sing.
347.Imol.& Alex. in.l. si cum dotē.§.
eo autē.ff.soluto matrimo.col. penul.
Imol.in cap.tuæ.de sponsalib.col. pe-
nulti.Ias.consi.3.col.penult.in.1. volu.
& Roderi. Suarez.allegat.24. Sed ista
opinio,licet videatur cōmunis,nō ta-
men procedit. Tanta enim libertas in
matrimonio carnali requiritur,quan-
ta in spirituali.c.cum locum.de spons.
& tamen carnale matrimoniū ex hoc
solo non est irritum:ergo nec spiritua
le.& ita Abb. tenet nullum in hoc es-
se discrimen:sed ex hoc solo metu nō
esse retractandam professionem asse
rit:in.d.c.cum virum. Roma. in dict.
§.eo autem tempore.Præpo.in dict.c.
cum locum.4.col.Felin. & Deti.in.c.
causam matrimonij. de offi. delega.
idem sentit Bar.in dict.§.quę onerandæ. dum allegat.c. accedens. de con-
uers.coniuga.glos.etiam in dict. c.pre
sens. hanc eandem sententiam pro-
bat, dum.l. si patre cogente.intelligit
in metu leui. illum vero canonem in
dict.c. præsens. intelligere videtur, in
metu, seu coactione graui: non ergo
intelligit illum tex.in solo metu reue-
rentiali.Quæ omnia,si exacte perpen
dantur,eò tendunt,vt nulla sit consti-
tuenda differentia,inter matrimoniū
carnale, & spirituale: sicuti contendit
Igne.in dicto.§.eleganter.num.166.ta
metsi vtroq; casu nitatur probare ex
solo metu, quem reuerentialem, do-
cendi causa appellamus, actum esse
rescindendum. Nos vero opinio.quā
alios sequuti, probauimus in matri-
monio carnali, in spirituali matrimo-
nio veram esse profitemur. id autem,
quod supra de minis concurrentibus
cum metu reuerentiali diximus, lo-
cum habet in precibus importunis.
auctore Matthæ. de afflict. decisi.69.

EX. §. SEQVENTI.

1 Error personæ,conditionis,alteriusve qualitatis,an impediat matrimonium.
2 Matrimonium verū cōtrahitur, inter duos habiles

habiles licet eorum alter ſubeſſe impedimẽ tum falſo opinetur.

3 Dolus dans cauſam matrimonio, an illud irritum faciat?

4 Matrimonium contractum, lite pendente ſuper primo, quod nullum eſt, valet, etiam ſi alter ex contrahentibus credat primũ matrimonium validum eſſe.

5 Pœna à cõtractu matrimonij omnino reijcienda eſt.

6 Arra, in contractibus, quid ſit?

7 Arra in ſponſalibus permittitur, ſiue tradatur in quantitate, ſiue in ſpecie.

8 Arrarum traditio, permiſſa eſt in ſponſalibus, etiam ſi vtrinq; fiat.

9 Arrarum traditio in ſponſalibus, cuiuſcunq; ſit quantitatis licita eſt.

10 Arræ ſi tradantur, permittuntur in hoc contractu: promiſſæ vero excluduntur.

11 Arræ matrimonio ſequuto, ad dantem reuertuntur: eo vero eius culpã non contracto, amittuntur.

12 Arræ apud Hiſpanos quæ ſint. Arq; ibi de donatione propter nuptias.

§. SEPTIMVS.

1 EX hac ipſa libertate conſenſus, quæ ad matrimonium exigitur, illud notandum eſt, matrimoniũ contractum per errorem perſonæ, vel conditionis, minime valere. text. in. c. 1.29. quæſt. 1. Tollit enim hic error cõſenſus libertatem. Imo nihil efficacius conſenſui aduerſatur, quam error. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſ. omni. iudi. l. alioqui. ff. de contrahen. emptio. Is ergo, qui contrahit cum Maria credens eſſe Catherinã, minime conſentit in matrimonium cum Maria. Item qui contrahit cum ancilla credens eam eſſe liberam, nullo pacto in coniugium cõſentit. c. 2. de coniu. ſeruo. & Magiſt. in. 4. diſtinct. 30.

Si tamen liber comperta alterius ſeruitute debitum coniugale reddiderit, aut exegerit, matrimoniũ probare cẽſetur: atq; ex hoc tacito cõſenſu matrimonium perfectum efficitur. glo. cõmuniter recepta per text. ibi. in. c. vlti. de coniug. ſeruo. tradit Henric. in. c. propoſuit. eo. ti. & eſt magis cõmunis opinio autore Sylueſtro. verb. matrimonium. 8. q. 3. idem probat Regia. l. 11. tit. 2. par. 4. quæ quidem opinio poterit confirmari ex his, quæ dicemus huius partis. c. 4. nu. 3. & ſequentibus. Prius tamen quam ad alia in hoc erroris tractatu accedamus, libet aliqua circa conditionis errorẽ prænotare.

Primũ, minime impediri matrimonium ex errore libertinæ cõditionis: ſi quis etenim cum libera, quæ liberta eſt matrimonium ignoranter contraxerit credens, eam liberã, & ingenuã eſſe, nihilominus matrimoniũ tenet: vt Sylueſter notat dict. verb. matrimonium. 8. q. 2. nu. 7. poſt Archidi. in ſumma. 29. q. 2. in princi. idem tenet Henri. in. d. c. propoſuit. col. 1. poſt Vincẽt. Ioan. And. & alios ibi.

Secundo hac in re notandũ eſt, ſeruum matrimonium cum libera contrahentem domino ſciente & conſentiente, non effici ex hoc liberũ: ſi ipſa fœmina, cum qua matrimonium contrahitur, itidem ſciebat mariti ſeruitutem. Quod ſi ipſa ignorans ſeruitutẽ hanc contrahat cum ſeruo matrimoniũ dño pręſente, ſeu ſciẽte: nec tamẽ ſeruilẽ cõditionẽ liberę fœminę reuelãte: tũc ſeruus hic liber efficitur. tex. in authẽ. de nuptijs. §. ſi vero ab initio. Doct. cõmuniter in. c. 1. & fi. de cõiu. ſeruo.

ſeruo. Regia. l. 1. ad finem. tit. 5. parti. 4. Ex quo datur intellectus ad. l. 5. tit. 22. parti. 4. qua videtur ſtatutũ fuiſſe, ſeruum matrimonium cõtrahentem cũ libera domino ſciẽte, nec contradicẽte, liberũ efficiri: id etenim eſt intelligẽdum quando cõtrahit ſeruus cũ libera ſeruilem conditionẽ ignorãte, vt in d. l. 1. & in. d. §. ſi vero ab initio. hunc intellectum admodũ adiuuat. l. 5. tit. 11. lib. 4. fori. ita enim ſtatuta, & ordinata eſt. dominus ſeruũ tradens matrimonio liberæ, dicens eum eſſe liberum, amittat ius ſeruitutis, efficiaturq; ſeruus ille liber. ſic denique vidi ſemel in hoc regio Prætorio Granatẽſi per ſententiam definitum fuiſſe. Verum tamen eſt in hoc caſu matrimonium cũ ſeruo contractum ab ignorante minime valere, etiam ſi ex hoc contractu ſeruꝰ efficiatur liber: poteſt enim ipſa ab hoc contractu diſcedere. Regia. l. 1. tit. 5. parti. 4. cuius contrarium notant gloſ. Hoſtienſ. Abb. & Docto. cõmuniter in. c. vlti. de coniug. ſeruo. & Sylueſt. dicta. quæſt. 2. num. 5.

Tertio & illud eſt conſiderandum, dominum accipientem in vxorẽ propriam ancillã, non efficere eam ex eo ſolo liberam, imo neceſſariũ eſſe manumiſsionem: vti probat tex. in auth. de triente & ſemiſſ. §. vlti. in cuius interpretationem ſcripſit Fulgoſ. conſil. 212. ſufficere ancillę manumiſsionem, etiam quo ad filios ex ea conceptos & natos: quod omnino notandũ eſt. Regia tamen. l. 5. tit. 22. partit. 4. & l. 1. tit. 13. ead. part. expreſsim aſſerit, ancillã liberã effici ex eo quod dominus eam in vxorem acceperit. eritq; eadem deciſio minime iniqua. argu. l. matrimonij cauſa. ff. qui & à quibus. & l. vlti. C. commu. de manumiſſ. quæ ad hãc concluſ. eſt maxime notanda.

Quarto animaduertendum eſt, conditionem illam, ſi quis ſine liberis deceſſerit, deficere omnino ſi is decedat relictis liberis, etiam in ſeruitute cõceptis, ex matrimonio tamen. text. in. l. ex facto. §. 1. ff. ad Trebel. Iuxta communem omnium interpretationem. Ego ſane hoc admitterem, quando hi liberi, qui deficere faciũt conditionẽ, ſibi ipſis adquirũt: vt pote nati ex matre libera, patre vero ſeruo: ſecus enim arbitror eo caſu dicendum eſſe, quo domino adquirũt vt nati ex matre ſerua: & id ex mente teſtatoris præſumẽdum eſſe cenſeo.

Quintum his addendum erit, dominum tradentem ſeruum in matrimonium etiam ſcienti eius conditionem, eundem ſeruum ex hoc liberum efficere, ſi dotalia inſtrumẽta ad hoc matrimonium conſtituerit. text. eſt in. l. vnica. §. ſed ſi quis homini. C. de lat. libert. toll. gloſ. per tex. ibi in. c. illud. de præſumpt. vbi Abb. id eſſe dicendum cenſet, eo caſu, quo ipſe ſeruus hæc inſtrumenta fecerit præſente, & tacente domino, nec tamen contradicente: & hoc fauore libertatis inductũ eſſe manifeſti iuris eſt. Hactenus igitur de errore conditionis.

Is autem, qui contrahit cum Maria paupere credẽs Mariã, in cuius perſona nõ errat, nec in eius cõditione, eſſe diuitẽ, in illam conſentit, & matrimonium

niũ contrahit. Idem in eo dicendũ est, qui credit Mariam esse nobilem: cum tamen ignobilis sit. Quia error in qualitate seu in fortuna, non impedit consensum in illam fœminam: qui cõsensus coniugalis est. quod probat tex. in dict. c. 1. 29. quæst. 1. Regia. l. 10. cũ seq. tit. 2. parti. 4. Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. legat. Ias. in. §. fuerat. de actio. num. 13. Burgens. in cap. cum dilecti. de emp. nu. 56. Atq; hæc distinctio procedit, quia error tũc impedit actum, quando contingit circa ea, quæ sunt de essentia actus. Sic in matrimonio error impedit illud quãdo est circa ea, quæ sunt de eius essentia, nempe circa personas, & circa mutuam corporum potestatẽ. Error igitur circa conditionem, cum cõtingat circa ipsam mutuam, & liberam traditionem corporum, impedit. Seruus enim sui dominus non est, nec habet liberam potestatem. vt explicat elegãter Tho. in. 4. distinct. 30. quæst. 1. col.
2 3. Hinc potest inferri, illud esse matrimonium, quod inter duos habiles ad id contrahitur, licet alter eorum credat subesse inter eos aliquod impedimentum. Nullus enim est error circa personas nec circa cõditionem ad mutuam corporum traditionem necessariam: cum nullum vere subsit impedimentum. Est tamen in oppositũ text. in. l. is qui putat. ff. de adquirẽ. hæredi. vbi qui putat, se necessariũ hæredem esse, repudiare nõ potest, & si vere voluntarius hæres sit. Ita qui putat, non posse dari corporum mutuam traditionem, nec cohabitationem, propter consanguinitatis impedimentum, errat in substantia coniugij. Igitur matrimoniũ non est. Cui inductioni respõdeo, in dict. l. opinionem præferendã esse veritati, quia ad illũ actum est necessarium, agentem scire ex qua causa, & quo iure eundem actum agit, vt ibi notat Ias. 2. col. At in matrimonio non est necessarium, contrahentem illud, certo scire nullum subesse impedimentum ad contrahendũ. Sat enim est, illud impedimentum nõ subesse, & contrahentem cõsentire matrimonio, etiam refragante lege canonica, quæ illud prohibet inter consanguineos. Iuris equidem canonici est, illũ contractum retractare: contrahentis autem est, contractui cõsentire, quod patet. Nam alias canon in cle. vni. de consangui. nõ puniret cõsanguineos matrimonium contrahentes, si ex eo q; scirent, se consanguineos esse, nullus esset consensus ad matrimonium sufficiens, semota iuris canonici prohibitione. Nam & si cõsanguineus cõtrahat matrimonium cum consanguinea, absq; cõiugali consensu, certe nõ incidet in illius canonis pœnã: ex his quæ dicemus in tractatu impedimenti publicę honestatis, & ex elegãti tex. in cap. 1. in principio. de sponsali. in. 6. vbi cauetur, impedimentum publicæ honestatis oriri ex matrimonio contracto inter consanguineos: nõ alia ratione, nisi quia consensus naturalis ad coniugium, præstitus fuerat à contrahentibus. Qui quidem consensus efficeret matrimonium, ni canones illud impedirent.

Ex

Ex his etiam infertur, q̃ dolus contingens in contractu matrimonij circa
3 qualitatem personæ, siue circa fortunam, non vitiat ipsum contractum etiam si det causam contractui. not. gl. singu. secundum Abb. ibi. in. c. cũ dilectus. de his quæ vi. not. Bald. in rubr. de iudic. 1. lectiõ. col. 2. glo. in. l. à Diuo pio. ff. de ritu nup. quam dixit esse singul. Bal. in. l. 1. col. 2. C. plus valer. quòd agi. Curti. Iunior. in. l. interpositas. C. de transactio. col. 1. probat idem tex. secundum Abb. & Præpo. ibi in. c. cum in apostolica. de sponsa. vbi mendaciũ seu surreptio, non vitiat ipsum matrimonij cõtractum. Hinc etiam est per-
4 pendendum id quod not. Abb. & Rauena in dicto capitulo, cum in apostolica. dicentes, matrimonium secundũ contractum lite pendente super primo, quod nullum est, minime valere si contrahens credebat, primum matrimonium validum esse. Videtur etenim omnino ficte, & non vere, illud matrimonium secundum cõtractum fuisse. quam opin. dicit esse receptam cõmuniter Præp. ibi. Ego tamen eam intelligo, in foro interiori, vbi defect° consensus ex eius confessione constare potest. At in foro exteriori, nõ arbitror confitenti credendum esse.

Præterea ex hac libertate consensus infertur, non posse pœnam promitti pro matrimonio contrahendo, etiam
5 in ipsis sponsalibus. tex. in. c. Gẽma. de spons. l. neq;. C. de nup. l. fi. C. de sponsa. impedit enim liberum consensum timor amittẽdi illam pœnam: tametsi nõ semper timor hic censeatur cadens in cõstantem virum. Sed nihilominus est prohibita à iure promissio pœnę in sponsalibus & iustissime: non tantum inter contrahentes, sed etiam inter eos qui ipsos sponsos iure sanguinis attinguntita vt timor pœnæ ipsos contrahentes iure proximitatis comprehendat. ex mente Abb. & docto. in dict. c. Gemma. Bar. & cõmunis. in. l. Titia. ff. de verbo. obliga. & probatur in dict. c. Gẽma, secũdum vnum intellectũ si intelligamus, pœnæ promissionẽ, factã ibi à Gẽma matre sponsæ. vt frequentius intelligitur ille tex. probat idẽ tex. in. c. accedẽs. iuncta gl. de procur. Imo etiam si pœna promittatur in modica quãtitate, nihilominus promissio pœnæ non valet, Abb. communiter receptus in. d. c. Gemma. Bart. quem cæteri sequũtur in. d. l. Titia. Sed quãuis pœnæ promissio, à matrimonij contractu
6 excludatur: arra tamen potest præstari in eodem sponsaliorum cõtractu. Est enim arra proprie id, quod inter sponsos traditur in pignus cõplendi matrimonij. tex. in. l. arris. & l. fi. C. de spons. notat glos. in. d. c. Gẽma. Doct. in. dict. l. Titia. Regia. l. 1. tit. 11. part. 4. in princ. ad exemplum eius, quod in venditione, cæterisq; contractibus, traditur in venditionis, vel rei cõtractæ, argumẽtum siue pignus. l. ex empto. §. is qui vina. ff. de actio. empt. l. 2. C. quando lic. ab emp. dis. l. cõtractus. C. de fid. instr. qua in significatione vtuntur hac dictione Terent. ac Plaut. cæteriq; latini frequẽtius teste Gellio lib. nocti Atti. 17. c. 2. Plinius etiam de anulo agens. lib. 33. c. 1. celebratior, inquit, vsus cum

fœ-

fœnore cæpisse debet, argumento est cõsuetudo vulgi, ad sponsiones etiam, anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nõdum erat arra velocior. Quanuis Græci hoc pignus, arrhabona appellent: eaq; dictione, pro obsidibus, vsus est. Q. Claudius. cuius ipse Gellius meminit. *Est etenim Arrabo, auctore Guida, ea pars precij, quę ab emptoribus firmandi contractus gratia re præsentatur. cuius dictionis & Varro de lingua latina mentionem facit, quãuis postea inter fordida verba haberi cæperit apud Latinos. Lucianus vero apud Græcos in libello de Rhetoricæ magistro, hac dictione vti mauult, quã προτίμιον Diuus Hierony. super episto. ad Ephesios, existimat, pignus ab arrhabone differre. Nam pignus, quod Græci vocant hypothecam, datur in mutuo: Arrhabo in contractu emptionis, & venditionis, quo firma sit obligatio. *Ipsa igitur arra, in sponsaliorũ contractu, permittitur. dict.l.arris.l. fi. C.
7 de sponsa. Regia.l.1.tit.11. part.4. Non enim ita facile arra constituitur, sicuti promittitur pœna: cũ arra realiter tradi debeat. Vnde non est mirum, si in matrimonio permittatur: cum maturo consilio arra tradatur. Quod locum habet, siue arræ tradantur in quantitate, siue in specie. Prępo.in.d.c.Gemma col.penul.Bal.& Sali. in dict. l.fina. C. de spõsa. Imol.Cuma. Paul. Areti. nu. 9.& Ias.in fine.in.d.l.Titia.contra Bar. ibi.& Abb.in dict.c.Gemma.quorum opinio vulgo reprobatur. Procedit & hæc arrarum traditio, etiam si vtrinq; fiat. Bal.in.d.l.fi. Areti. nu.8. & Ias.nu. 31.in dict.l. Titia.quãuis. Bar. ibi quem alij communiter sequuntur, vt Ias. fatetur, teneat, arram iure permissam esse, quando ab altero tantum traditur: alioquin idem esset quod pœnæ promis-
8 sio, & facilime vtrinq; traderetur. idẽ notat Abba.in. d.c.Gemma. Sed probabilior est sententia Bal. Nulla enim videtur constitui ratio differentiæ, quę efficax sit, an vtrinq;, an ab altero tantum arra tradatur. Nec ita facilis est traditio arrarum, etiam si vtrinq; fiat, sicu-
9 ti ipsa pœnæ promissio. Hæc etiam traditio arrarum potest fieri in quacunq; quantitate. ex dict.l.fi. quæ generice loquitur. Paul. Imol. Ang. Cuma. & Ias. in dict.l. Titia. num.21. etiam si Bart.& Abb.in dict.locis, velint arras non posse excedere quantitatem dotis, vel donationis propter nuptias, seu contentam in.l.iubemus. C. de repud. Est tamen intelligendum totum hoc quod de arris diximus, in arris promissis, & traditis omnino: non in promissis tantum, etiam ab altero solum. secũdum Bart. Ang. Imo.& Paul.in dict.l. Titia. & Soci.cons.3.1.vol.post Bar. consi.45. Quia.l.fi. C. de sponsa. quæ arras permisit, in realiter traditis loquitur: vnde
10 earum traditio constare debet. Bart. tamen in. d.l. Titia. quem ibi sequuntur Cuma. Areti.& Ias.& Anto. consi.70. Abb.in dict.c.Gemma. Paul.in.l.fi.C. de Epis.& Cleri. dicit, super hac traditione standum esse confessioni illius, qui asserit, se arras recepisse, interim dum contrarium non probatur. l. Publia.§.fi.ff. de posi. sed si cõfessio vtrinque fieret, maximam esse fraudis præsumptio-

sumptionem. Quæ quidem Bart. distinctio placet: licet Præp.in.d.c. Gẽma.2.q. dixerit, communiter receptũ esse.l.fi.C. de spon. nõ habere locum in arris promissis.& Tiraq. de vtroq; retract.2.part.§.7. num. 55. idem asserat. quod ego non nego. tamen super earum traditione, standum esse confessioni recipientis ipsas arras cũ Bart. contendam. Vnde nõ rectè dixit glo. in cap. accedens. de procurato. licitũ esse arras vtrinq; promitti in sponsaliorum contractu.

Horum autem pignorum, quæ arras appellamus, illud proprium est, ea amittere eum, per quem stat, quomi-
11 nus matrimoniũ sequatur. At matrimonio sequuto ea redire ad dantem, manifestũ est. ita Abb.& ibi Prep.col. 5.in.d.c.Gẽma. dicens hãc opi. cõmunem. quam & Frederi. asserit. cõs.69. contra Hosti.in.d.cap.Gemma.

Hic tamen illud adnotare libet Hispanos, omissa hac arrarum significa-
12 tione, arras vulgo appellare, donationes factas vxoribus ante, vel post matrimoniũ contractũ, vt eo cõsummato, statim eis adquirantur in præmiũ pudicitiæ, iuxta illud Iuuenalis satyr. 6. Nec illud quod prima pro nocte datur. quod cõstat ex.l.1.tit.2.lib.3. fori. &.l.50. cũ seq. in Taurinis legibus. explicat Xuares in rep.l.1.ti.2.li.3. fori. in princ. Nec possunt istæ arræ decimã partẽ bonorũ mariti excedere. vt cõstat in dictis.ll. Nec me latet Reg.l. 1.tit.11.part.4. antiquitus apud Hispanos, donationẽ propter nuptias, arram esse appellatã. Donatio aũt propter nuptias differt plurimũ ab his donationibus, quas hisce tẽporibus Hispani arras dicimus: si quidẽ donatio propter nuptias est id, quod cõfertur a viro pro matrimonij oneribus, ad similitudinẽ eius, quod ab vxore ad ea dẽ onera cõfertur, & dos appellatur.§. est & aliud.inst.de donat.l. cum multæ.C.de donat.ante nup. dicit.l.Reg. 1.titu.11.par.4. Hęc autẽ donatio propter nuptias matrimonio soluto, etiã postquã fuerit consummatũ, redit ad donãtem, nec penes vxorẽ remanet. cap.fi.de donat.inter vir.& vxo.Bald. per text.ibi in.l.2.C. de bonis quæ lib. Deti.in authẽ.pręterea.C. vnde vir & vxo.col.8. Aymõ. consi.185. probat.l. Regia.7.& .23. tit.11. par. 4. Vnde mihi non placet quod notant Ioan. Lupi. in rub. de donatio. inter vir. & vxo.§.12. &.24. & Roderi. Xuarez.in.d.l.1.titu.2.lib.3. fori. in princ. dicentes, donationem propter nuptias, dici in hoc Castellæ regno arras. Id enim quanuis posset procedere attentis Partitarum legibus: non tamen procedit perpensis legibus fori, atq; Taurinis.

Illud tamen non omittam, donationem propter nuptias pro soluẽda dote vxori speciali quodam titulo hypothecæ subiectam esse. arg. tex. in auth. siue à me.C. ad veleya.& in authen. vt immobilia ante nup.§. si quis igitur.collat.5. notant in specie Ioan. Lupi.in dict.rub.§.17.nu.16. & Anto. Burg. in.c.peruenit.de empt. colum. pe.Coras.post.l. filium. C. fami. hercis.nume.115.

EX §. SEQUENTI.

1 Filius, vel filia, licet honeste exigat patris consensum ad matrimonium: tamen eo non petito tenet contractus coniugalis.
2 Legatum virgini factum, si Titio nupserit, minime amitti, si ipsa legataria alteri nubat ex consensu patris.
3 Intellectus ad .l. cum tale .§. rescriptum. ff. de conditio. & demonstratio.
4 Intellectus ad.l.viduæ.C.de nupt.
5 Filia contrahens matrimonium sine licentia patris, non potest ab eo exhęredari.
6 Leges quædam Regiæ intellectæ.
7 Pater cogitur dotẽ constituere filiæ, quæ absq; eius consensu, nupsit viro digno.
8 Lex Regia octaua.ti.11.par.4.explicatur.

§. OCTAVVS.

CONSTAT deniq;, ad matrimonium esse necessarium cõsensum liberũ illius, qui contrahit, itavt nec patris consensus requirendus præcise sit. Quanuis enim honestum sit, patrem pro filio impubere matrimonium contrahere, & coniugale pactũ inire. cap.1.de despõs.impub. is tamẽ cõtractus sine cõsensu filij, tacito, vel expresso, minime procedit. c.1.§.fi. de despõs.impub.in.6. Abb. & cæteri. in d.c.1.de despõs.impub. imo solus consensus filijfamilias puberis matrimonij cõtractũ perfectũ facit. quod locũ habet, etiam in filia. c. veniens. in.1. de sponsi. c. sufficiat. 27.q.2. atq; idẽ probant vtriusq; iuris interpretes.* Quorum sententiæ potissimum suffragatur Decretalis responsio Lucij Tertij in ca. cum causa. De raptorib.* Leges enim, quæ in filia nubente patris consensum exigũt. vt in.l. ea quę patris. ff. de spõs. etiam si filia vidua sit, & extra patriam potestatem, modo intra vicesimumquintũ ætatis annũ. l. viduæ. & l. in cõiunctione. C. de nup. quæ etiã leges parentum cõsensum exigũt, in ipsis nuptijs filiorũ, qui patriæ potestati subditi sunt. l.2. ff. de ritu nup. l. in sponsalibus. in.1. ff. de spõs. §.1. inst. de nup.* & Euaristi canõ. c. Aliter. 30. q. 5. & cap.3. qui matri. accuss. poss.* ad honestatem referũtur, non quòd matrimonium, sine parentum consensu contractum, nullum sit. glo. d. c. sufficiat. & in cap. cum virum. de regularib. & c. vl. 32. q. 2. licet. Chass. in Gloriæ mundi catal. part. 12. consid. 36. velit probare, matrimoniũ a filia, absq; patris consensu, contractum, nullum esse. quod falsum est, & receptissimæ apud nos sententiæ omnino repugnat. Nec mihi placet quòd nouissime probare conatur Coras. li.1. miscell. c.17. dicens, & matrimoniũ absq; parentum consensu à filijs contractũ rescindi sententia posse, modo carnis commistio sequuta non fuerit, multo minus recipienda est opinio Ioan. Oldendorpij qui. 4. classe actionum. 26. act. septem rationibus nititur probare matrimonium a filijs absq; parentum consensu contractum, nullum omnino esse: is enim subscribit Chassaneo, cui nos palam repugnamus.* Sic deniq;. S. Synodus Tridentina, cui & ipse interfui, Anno, M. D. LXIII. Sess. 24. anathemate damnat eos, qui falso affirmant, matrimonia à filijs famil. sine consensu parentum contracta irrita esse.*

Honestum tamen est, atq; Reipub. ma-

maxime conueniens, filias in nuptijs contrahendis parentum consensum exigere. Nam & Hermione, in Euripidis Andromacha, propria sponsalia patris curæ commissa esse, palam profitetur. Nec virginalis pudoris est, maritum eligere: autore Ambrosio. lib.1. de Abraham Patriarcha. ca. 4
9. quem Grati. retulit. 31. q. 2. cap. honorantur. vbi pluribus autoritatibus ipse Grati. hoc comprobat. Vnde nõ miror Stepha. Bertran. consi. 148. 1.
2 volu. respondisse, legatum virgini factum, si Titio nupserit, non esse caducum, nec amitti si ipsa virgo alteri nubat, ex consensu patris. Honestum enim virgini extitit, à patre consensum exigere, eiusq; voluntatem in matrimonio contrahendo sequi: si- 5
quidem & inhonesta, atq; impudica foret, si parentis voluntati refragaretur. His & Tertullian. suffragatur li.2. ad vxorem ita scribens. Nam nec in terris filij sine consensu parentum rite & iure nubent.

Attamen ex præfatis deducitur verus intellectus ad. l. cum tale. §. re-
3 scriptum. ff. de conditio. & demonstra. vbi probatur, legatum Titia factum, si arbitratu Sempronij nupserit, reiecta conditione, purum esse, atq; valere: cùm conditio illa libero consensui aduersetur. Secus tamen dicendum foret, si esset legatum sub conditione, si cum consilio Sempronij nupserit. Qui enim tenetur consilium ab aliquo exigere, minime obligatur illud sequi. sic dict. l. intelligunt Paul. consilio. 300. 1. volu. Alexand. in .l. turpia .§. primo. ff. de legat. 1. Feli. in cap. ex parte. col. 2. de constitut. Aymon Sauilli. dicens hãc opinio. esse communem consilio primo.

Secũdo hinc deducitur text. in. l. viduæ. C. de nupt. dicentem, filiam emãcipatã, ante vicesimumquintum annum non posse secundas nuptias contrahere, sine licentia patris: procedere de honestate, non de rigore, nec de necessitate. quod tenet glossa ibi recepta communiter, vt constat ex adductis per Ioan. à Garronibus. in rub. C. de secund. nup. numer. 69.

Tertio ex præmissis apparet, filiam matrimonium contrahẽtem in facie, quod aiunt, ecclesiæ, etiã sine licentia patris non posse iure à patre exhæredari. Nemini enim facit iniuriã filia, quæ iure permittente matrimonium contraxit. At ius canonicum permittit, filiam contrahere matrimoniũ sine consensu patris, quia idem ius liberum constituit consensum ad coniugium: quòd si filia cõtrahẽs sine consensu patris posset paterna hæreditate priuari, minime auderet libere nubere cui vellet. ita Hosti. Abb. & alij in cap. 1. de desponf. impub. latius Ioan. Lupi. in. c. per vestras. de donatio. 3. notab. §. 9. cũ sequentibus. Alex. cõs. 97. 1. volu. Deti. & Ferra. in. l. nuptias. ff. de reg. iur. Roderi. Xuarez. in. l. 2. titu. de matrimo. lib. 3. Fori. & hæc est communis opi. vt fatentur Abb. in. dict. c. 1. Feli. numer. 59. & Deti. numero. 36. in cap. ecclesia. de constituti. Ias. in authẽ. sed si post. col. 2. C. de inoffi. testamen.

men.qui alios ad id allegãt.licet Paul. in dict.authen.ſed ſi poſt. per text. ibi teneat contrarium. & Bald.Noue. de dote.6. part. priui.16. nu.6.Sed aſſertio communis locum habet, etiam ſi filia nubat turpi, vel indigno,ante ætatis annum vigeſimumquintum, etiã ſi pater velleteam tradere in vxorem æque digno viro, & honeſto, cõgrua ſibi conſtituta dote: ob hanc libertatem, quæ in coniugali cõſenſu requiritur.Potius enim permittẽda eſt hæc iniuria,quæ patri fieri videtur indirecte, quam quod libertas matrimonij impediatur. ita Imol. & Alexan.in.l. 1.nume.32.ff.ſolut. matrimo.Imol. in c.accedens.de procura.Iaſ.& Ioã. Lupi.in locis paulo ante citatis. Deti. in d.l.nuptias. & Ioã. Campe. in tracta. de dote.1.part.q.13.ex quibus falſa eſt glo.in.c.de raptoribus.36.q.1.quæ cõtrarium tenet.cui ſimile eſt in.d.auth. ſed ſi poſt. quas etiã ſequũtur plures: quos retulit Ale.in.d.l.1. & inter alios hoc approbat Anto.in.d.c.accedens. Ancha.cõſ.21.col. 2. & Roderi. Xuarez.in.d.l.2.& omnium latiſsime Paulus Pariſ.conſi.29.vol.3.col.3.dicentes poſſe à patre exhæredari filiã,quæ turpi,& indigno, ante vigeſimumquintum annum nupſit,ſine patris cõſenſu.Sed nec eorum opi.coadiuuat, nec noſtram improbat text.in.d.auth.ſed ſi poſt.cũ ſenſu à cõtrario collecto videatur glo.opi.probare: qui quidem ſenſus cõtra iura canonica, in coniugali materia,admittendus non eſt. & potiſsime: quia in nouella Græca Iuſtiniani.115.vt cum de appe.cognoſ.§. aliud quoq; à qua deducta eſt conſtitutio præfata: ſed ſi poſt, non ſint illa verba,ex quibus prædictus ſenſus collig itur.* In codicibus Haloandri: tam etſi extent integre in Scrimgeri editione, & apud Henricum Agylæũ: qua ratione conſultius eſt ad iura pontificia prouacare,cùm ex litera illius Nouellæ poſsit colligi,etiam iuxta vulgarem editionem,patrem poſſe exhæredare filiam, quæ intra viceſimũquintum annum abſq; eius conſenſu,etiã digno nupſerit: item & eam, quæ poſt viceſimumquintum annũ cum eo matrimonium contraxit, qui liberæ conditionis non erat.* Verum ad
6 leges Regias,quæ expreſsim ſunt cõtrariæ ſupradictis cõcluſionibus. Præcipue ad.l.2. titu. de matri.lib. 3. Fori. ad.l.4.tit.1.lib.5.ordinat. ad.l. 10.tit. 1. part.4.atq; alias, quas Ioan. Lupi congeſsit in.d.3. notab.§.8.reſpondeo dictis. ll. iure canonico ſublatas eſſe, nec vim legum habere,quatenus pœnas inferunt matrimonium contrahentibus, ſine parentum conſenſu. Nam & ſi Hiſpaniarum principes eas tulerint ad illam honeſtatem perſuadendam, quæ conſiſtit in exigendo parentum conſenſu, ab ipſis filijs,ad coniugalem contractum, non tamen habent vim legum:cum id ſancire ad Romanos Pontifices pertineat. ita Ioan. Andre. communiter receptus in capitu. ſtatutum. in.1. de hæretic. in.6. Abb.in repe.c.eccleſia. de conſtit.nu. 20.Frederi.conſ.36.& alij plures,quos refert.Felin. in.c.1. de ſpõſa. num. 13.idem Feli.in dicto.c.eccleſia. num.

num.59.& ibi Deti. nu. 36. dicentes, hanc opinio.eſſe communem. quam etiã ſequitur Ioan.Lupi in.d.§. 9. Detius conſi. 231.dicens non poſſe filium ab ſtatuto alimentis,nec legitima, priuari, ex eo quod ſine patris conſenſu coniugium contraxit.quo fit, vt ſublata ſit iure Pontificum. l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bono.poſſ. cõtr.tab. quæ ſancitum erat poſſe patrem filium exhæredare, ſi ignominioſam vxorẽ duxiſſet abſq; eius conſenſu.Principes enim laici nihil poſſunt ſtatuere,quod matrimonij liberum cõſenſum impediat.vt late examinat Ioan.Lupi.in.d. 3.notab.§.3.vſq; in finem eiuſdem notab.Etiam circa accidentia ipſi matrimonio.vt conſtat ex prædictis.& not. Abb.& Præpoſ.qui hanc opinionem aſſerit eſſe cõmunem in.c.1. de ſponſa lib.col.3.late Vincent.Hercula.q.3.& probatur in dicto cap.1.c. tuã. de ord. cogni.c.cauſam quæ.in.2. qui filij ſint legiti.ſcribit & hanc opinionẽ cõmunem eſſe Alexand. conſil.97.vol.1. ad finem.vbi Carol.col.1. conatur defendere,iuſtiſsime a Principe ſeculari ſtatuta pœna prohiberi poſſe matrimonium cum filia alicuius contrahi ſine conſenſu patris.

Quarto ſubinfertur patrẽ compellendum fore dotem ſoluere filiæ,quę ſine eius conſenſu nupſit viro digno, etiam ante vigeſimumquintum an-
7 num, ſi filia dotem marito promiſit. Abb. in.d.c.1. de deſponſ.impub. idẽ Abb.cõſi.12.1.vol.idem in.c.1. de adulte.Campe. de dote.1. part. q. 13. Ioan. Lupin.in.d.§.9.Iaſ.in. d.authen.ſed ſi poſt.Deti.in.d.l.nuptias.in qua opin. omnes conueniunt, teſte Ripa in. l. 1. nume. 57.ff.ſolut. matri.idem probat deciſio Toloſ.289. Barto. in.l. obligamur.ff. de actio. & obligatio. quãuis ipſe ſenſerit hoc intelligendum eſſe, quando filia nupſit poſt vigeſimum quintum annum. Sed ſi filia dotem non promiſit, quę tamen abſq; patris conſenſu nupſit,etiam tunc patrẽ teneri ad conſtituendam dotẽ ei.notant Bald.Ange.Paul.& Iaſ.in authen. res quæ.C.commu. de legat. Ad duo et enim tenetur pater,ſcilicet,ad tradendam filiam marito, & ad conſtituendam ei dotẽ. Et licet a primo ſit liber ipſe pater,quando ipſa iam nupſit:nõ tamen eſt liber a ſecundo. quam opinionem dicit eſſe communem Curti. Iunior.in dict.authen.res quæ.nume. 25.& Ripa.in dicta.l.1.nu. 57. & Pariſ. Cõſi.29.vo.3.nu.62.pro quibus eſt gl. cap.fi.32.q.2.quam dicit Abb. ſingul. in.c.eccleſia.de conſtit.nu.20.eam tamẽ intelligit,facta promiſsione dotis à filia.quod gloſ. non aperit. Solet & ad id induci gloſſ. in. l. obligamur. ff. de actio.&obliga.illa verò nõ dicit patrem teneri ad conſtituendam dotem filiæ nubẽti abſq; eius conſenſu. Opinio tamen communis verior eſt.& ſi Bart.in dicta.l.obligamur. & Abb.in dicto cap.1.de deſpõſa.impube.aduerſus hanc communem teneant.

Hæc verò omnia ceſſant,quando filia nupſit indigno, ac ignominioſo viro:tunc enim pater non tenetur ei dotem cõſtituere,etiam ſi eam promiſerit filia ipſi marito.gloſ.in.c.de rapto-

ribus.36.q.1.& ibi Archid. idē notant Ioan. Andre. Card.& Anto.in.c. accedens.de procur. Bald.in.l.1.ff.solu.matri. Abb.consi.12.in.1.vol. col.2. Non enim est compellēdus pater, à filia affectus iniuria,& ignominia,ei dotem dare. quod receptum est cōmuniter. vt Ripa asserit in dicta. l.1.numer.59. & Paul.Paris.d.consi.29.nume.65.volu.3.Sed hoc procedit, vbi filia, vel maritus esset ita diues, vt cōgrua alimenta vterq; haberet: quod si pauperes essent, cogendus pater est, ipsi filiæ alimēta præstare, ex ratione text.in. c.cū haberet.de eo qui dux.in matr.

Ex quo potest dari intelle. ad.l. Regiam.8.titu.11.part.4.vbi sancitur patrem esse cogendum dotem asignare
8 filiæ, etiā diuiti. quod glos. notauit in.l.fina.C.de dotis promi.communiter ibidem approbata.& in.l.1.ff.solu. matri. vbi Vincenti. Herculanus nu. 31.& Francis.à Ripa.nume.54. asserūt hanc opinionem esse communē,& eam sequuntur aduersus Bart.in.l.mulier.§.cùm proponeretur. ff. ad Treb. cuius opinio.probat Soci.in dicta.l.1. Altiat.de præsumpt.reg.1. præsumpt. 26.idē Altia.lib.8.parerg.c.3. & Ioan. Coras.in.l.qui liberos.ff.de ritu nupt. nu. 53. & Ias.in.§.fuerat. de actio. nume.108. super quo idem Ias.dubitauit in dicta.l.1.colū.6. & Ioan.Lupi. in. c. per vestras.3.nota.§.14.Atq; ipse mallem Bar.opi.sequi, ni esset Regia lex, quæ communem opinionem probat. Hęc tamen communis non procederet, quando filia nupsit ignominioso, & indigno, sine licētia patris. Imo idē dicēdum fore existimo, si dignissimo nupsisset absq; licentia patris. Nam si filia diues est, & habet vnde promissam, vel non promissam dotem, constituat marito, minime conuenit patrem cogi, dotem ei constituere.

EX §. SEQUENTI.

1 Rapta libere potest matrimonium contrahere cum ipso raptore.
2 Rapta contrahens matrimonium cum raptore non amittit bona, à lege sibi delata propter iniuriam raptus.
3 Dos à lege ciuili taxari potest, atq; ex hoc Regia.l. defenditur.
4 Secundas nuptias licitas omnino esse aduersus quosdam hæreticos.
5 Pœnæ à legibus statutæ contra fœminas, intra annum luctus nubentes, iure canonico corriguntur, cæteræ autem minime cessant.
6 Mater secundo nubens, non petito tutore filijs nec rationibus redditis punitur pœnis à iure ciuili statutis.
7 Mater secundo nubens, atq; etiam pater, tenētur filijs, ex primo matrimonio susceptis, reseruare lucra, sibi ex illo matrimonio delata.
8 Dimidia lucrorum pars, iure regio adquisita, non est filijs prioris coniugij reseruanda.
9 Mulier secundo nubens intra annum non est alenda ab hæredibus mariti, etiam nolentibus dotis bona mobilia restituere.
10 Mulier secundo nubens, amittit vestes lugubres, ab hæredibus mariti sibi præstitas.
11 Legatum à marito vxori factum, recte illam admittit conditionem, si viduitatem seruauerit.
12 Legatum à marito vxori factum, si caste vixerit, perditur, si ipsa secundo nubat.

§. *NONVS.*

EX PRÆDICTA non semel hac consensus libertate, quā in matrimonio exigim°, oportet

tet intelligere tex. in. c. fin. de raptori. vbi rapta contrahere potest libere matrimonium cum raptore. Et ne id impediatur iure ciuili, hoc matrimoniū prohibente, atq; antiquis quibusdam canonibus.c.placuit.c. de puellis. 36. q.2.l.vnica.C.de rap.virgi. iura illa esse correcta asserimus. Etiam si raptor matrimonium contrahat cum rapta, priusquam eam restituat his, à quibus eandem rapuerat. ita Ioan. Maior. in 4.distin.29.q.2.contra Marti.de Magistris, in tracta.de temperantia.q. de raptu.* Cuius tamen opinio post Synodi Tridentinæ decreta partim admitti debet. Statuit enim S. Synodus inter raptorē, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullū posse matrimonium consistere.* Imo licet iure ciuili bona raptoris, quæ raptæ mulieri applicantur, si ipsa rapta nubat raptori, ea omnino omittat. authenti.de rapt. mulier, quæ rap. nups. tamen ne liber cōsensus impediatur, illa pœna omnino cessat canonica sanctione.glos.in dicto.c.de puellis. quæ singul.est secundum Ioan. Lupi.in.c. per vestras.3.notabi.§.20. num.8. vbi eam probat. & eandem sequuntur. Abb. Areti. Feli. & Deti.nu.34. in. c. ecclesia.de const. Abb.in.c.1. de spōs. Frederi.consi.36.Archidi.in.c.cum se
2 cundum leges. de hæreti. in.6. Alexan.in.l. Seius Augerius. ff.ad.l. Falcid.Deti.in.l.nuptias. ff.de regul. iur. nume.11.quorum ratio est, ne timore amissionis bonorum, liber consensus ad coniugium impediatur. Nec lex ciuilis potuit hoc statuere: vt modo diximus. Quo fit, vt falsa sit censenda glo.in dicto. cap. cùm secundum leges.quæ dixit pœnam dictæ authen. etiam iure canonico procedere,& locum habere, quia lex ciuilis non proprie pœnam infert contrahenti: sed potius aufert lucrum, quod raptæ fœminæ ipsa lex dederat. quæ quidem. glos.singu. est secundum Abb. in. c. fi.de prescrip.3.col.& sequuntur eam Ant. in.cap.1. de spons. & ibi Feli. sibi contrarius.nume.15. Ioan. Lupi. in dicto.3.notab.§.3.nume.13.Ioan. Andre. Ancha.& Domi.in.d.c.cum secūdum leges. Anani.in ca.pe. de rapto. & Salice.in.l.vnica. C.de rapt. virgi. nu.12. Sed eorum ratio, quæ in tollendo lucro consistit, fallit omnino, vbi lucrū iam absq; aliqua conditione cōstitutum fuerat. quod alibi tractauimus. Hic enim bona raptoris sine aliqua conditione, à lege ipsi raptæ deferūtur: & licet lex ciuilis prohibeat matrimonium inter raptā, & raptorem, in.d.l.vnica. illa tamē lex non adiecit pœnam prædictā huic prohibitioni: sed simpliciter matrimonium prohibuit. Vnde non potest eadem ciuilis lex auferre in pœnam matrimonij cōtracti bona illa, quæ absq; conditione, raptæ detulerat. Præterea, cum iure ciuili sit pœna illa statuta iuxta prohibitionem matrimonij: ipsa autē prohibitio, iure canonum sublata sit, atq; abolita: rationi conuenit ipsam pœnam cessare, tanquam prohibitioni connexam.

Hic tamen aduertere oportet. Nam Hippo. à Marsi. in sing. 589. scribit le-

gẽ à laicis ſancitã,qua prohibentur pa
3 rentes dare filiabus dotem, certam,at
que taxatam quantitatẽ excedentem,
nullã eſſe,ex eo quod impediat liber-
tatem matrimonij. quod ipſe non cre
do.Nullam enim pœnã dicta lex con
trahenti matrimonium iniungit, nec
prohibet contrahi coniugia:ſed ad rei
publicæ vtilitatem parentibus occur
rit,qui ſtudio tradendi filias in coniu-
ges,maritis genere, & nomine,atque
diuitijs, ſublimioribus, maria, quod
aiunt,& montes promittunt.Hinc &
inuictiſsimus Cæſar Carolus Hiſpa-
niarũ Rex, anno. M. D. XXXIIII.
in comitijs Madricij habitis. c. 101. le-
ge lata diffiniuit,quanta in his regnis
foret filiabus aſsignanda dos à paren-
tibus,cui deciſioni plurimum conue-
nit,quod notat Feli.in.c.eccleſia ſan-
ctæ Mariæ.de cõſtit.nu.58. ſic & à Ve
netis ſtatutum eſt, ne quantumuis di
ues Patritius vltra ſex millia ducatorũ
aureorum dotis nomine filiæ auſit da
re: vti refert Poſtellus lib. de magiſtra
tibus Atheniensium.cap.33.

Ex his etiam conſtat, non iniuria à
canonibus ſublatas eſſe leges Cæſa-
4 reas,ſecundas nuptias, ſolutis primis,
varijs pœnis punientes.c.cũ ſecundũ.
de ſecund.nup. adducta Pauli autori
tate:ex qua etiam conuincitur hęreſis
Montani, Nouati, & Cataphrygum
dicentium non eſſe licitas ſecũdas nu
ptias:quibus & Tertullianus ad id ex
profeſſo ſcripto libello, de Monoga-
mia,audacter conſentit. Horumq; o-
mniũ meminit Auguſt.lib.1.de hęreſ.
nume.26. & .86. eos inter hæreticos
cõmemorans:quos & Hierony. exe-
crat in Symboli explanatione ad Da
maſum. & in commentarijs epiſtolæ
Pauli ad Titũ.c.1.& in epiſto.ad Mar-
cellũ.& Auguſt.lib.vno.de bono vi-
duitatis.c.12.quam hæreſim etiã con-
uincit Alfonſus à Caſt. de hæreſi.ver
bo.nuptiæ.c.2. & Ioã. Arboreus lib.
4.Theoſophiæ.c.29.Libere enim nu-
ptias vidua contrahit: lex igitur, quæ
ob id eam punit; cõtra libertatem ma
trimonij eſt:& ideo minime valet.Ve
rum hoc intelligẽdum eſt de legibus,
quæ pœnam inferunt viduis, ad nu-
ptias feſtinantibus intra annum, ſeu
intra aliud ſimile tempus: cæteræ au-
tem leges,quæ ſtatutę ſunt,non in pœ
nam ad nuptias feſtinãtium:ſed fauo-
re filiorum prioris coniugij,non cen-
ſentur à canonibus abrogatæ. ita In-
nocen.Ioan.And.Ant. Henr.& Præ-
po.in.c.fina.de ſecund.nupt. gloſ.fin.
in.c.fin.2.q.3. Bar. in.l.1.C.de ſecund.
nupt.Vincent.Hercula.q.7.col.7. &
hanc opinionem fatentur eſſe cõmu-
nẽ Abb.& Prep.in.d.c.fin. Abb.in.c.
eccleſia.de conſtit.in rep.num.20.Fe-
li.nu.57.& Deti. ibi. nume.35. Sylua
nupti.2.lib.nume.78. & Ioan.à Gar-
roni.in.d.l.1.C.de ſecund. nupt.ſuper
gloſ.fi.nu.23.& Cõra.lib. Miſcellan.3.
c.1.Qua in re cauendum eſt à Iacobo
Curtio,qui lib.3.coniecturaliũ cap.9.
nimis audax ciuiles leges quo ad pœ
nas nubentium intra annum luctus,
abſq; vllo iure defendit. Imo rationi-
bus efficacibus dicebat Abb.in.d. ca.
eccleſia. quem ibi ſequuntur Areti.
Felin.& Deti.abſq; aliqua diſtinctio-
ne

ne leges ciuiles,pœnas inferentes con
trahentibus ſecundas nuptias,iure ca
nonico omnino correctas eſſe.Sed cũ
à recepta ab omnibus ſententia non
ſit tutum recedere, ex ea infero. Pri-
mum,pœnas omnes in. l. 1. C. de ſe-
cund.nup. contentas,atq; item.l. Re-
gia.fin.titu.12.part.4. aduerſus fœmi-
nas, intra annum luctus contrahen-
tes,locum hodie,etiam in foro ciuili,
non habere ex.d.c.fina. cui conuenit
Regia.l.5.titu.1.lib.5. ord. & Pragma-
tica Sanctio Henrici Regis, inter hu-
ius regni leges,quas Pragmaticas ap-
pellamus. Quo fit, vt fœmina intra
annum ſecundo nubẽs,minime amit
tat proprietatem, nec vſum fructum
bonorum,quæ ſibi prior maritus reli-
quit.Quanuis dict.l.1. contrarium ſta
tuerit:quam illationẽ in hoc peculia-
ri caſu comprobat Ioan. à Garron. in
dict.l.1. 12. notab. quæ omnia locum
habent, etiam ſi poſt mortem mariti
intra menſem, vidua ſecundo nubat.
vt Panormi.aſſerit in dict.c.fina.idem
in.d.c.eccleſia.num.20. Areti. & Feli.
ibi.num.57.& alij,quos refert Ioan.à
Garro.in.d.l.1.ſuper glo.nu.24.quan-
uis in hoc contrarium teneant Bal.in 7
dict.l.1.& idem in. l. liberorum.§.1. ff.
de his,qui not.infa.& Corne. conſ.21.
in.1.vol.col.3.propter periculũ, quod
inſtat ex cõmixtione ſanguinis primi,
& ſecũdi mariti,ad certitudinẽ prolis.

Secundo ex dicta opinione, quam
communẽ eſſe diximus,colligitur fœ
6 minam filiorum tutricem,non petito
tutore filijs, nec adminiſtrationis ra-
tionibus redditis,ſecundo nubentem
iuſte puniri pœnis expreſsis in.d.l.1.&
in authẽ.eiſdem pœnis. C.de ſecund.
nupt. quæ quidem iura canonibus ſu
blata non ſunt,ſecundum cõmunem.
quam veram eſſe aſſerit in dicta auth.
Ioan.à Garroni.nume.7.Nicola.Are
laten.1.reſponſ.de ſecund.nupti.Soci.
conſi.39.1.volu.colu.5.Imo dicta fœ-
mina priuatur ſucceſsione filij,cui tu-
torem minime petijt ante ſecũdas nu
ptias,ſi filius inteſtatus moriatur. l.o-
mnem.& Bald.ibi.C.ad Tertul.auth.
de nup.§.ſi autem tutelam.Sed vt pœ
næ locum habeant aduerſus ſecundo
nubentes,oportet matrimonium ſe-
cundum eſſe carnali copula conſum-
matũ.not.Alberi. in.l. fœmina. ff. de
ſenatori.& probatur in dicta.l.1. & a-
pertius.l.Regia.fi. titu.12. part. 4.quo
fit,vt minime placeat opinio Bald. in
dicta.l.omnem.& conſi.366. volu. 4.
dicentis deciſionem dictę.l. omnem.
habere locũ etiã ante coitũ, & cõſum
mationẽ matrimonij: licet Bald. ſub-
ſcribat Soci.Iunior. cõſ.8.vol.1. nu.4.

Tertio hinc apparet,etiã iure cano-
nico procedere.l.fœminæ. C.de ſecũ.
nupt.qua cauetur, fœminam ſecũdo
nubentẽ,reſeruare debere filijs prioris
mariti, quicquid lucratiuo titulo ex
bonis prioris viri acquiſiuit. Atq; idẽ
in viro locũ habet glo. Bar. & alij in
dicta.l.fœminæ.quos Ripa ibi in prin
cip.ſequitur.& Oldrald.conſi.33.De-
tius conſil.230.vbi hanc eſſe commu-
nem opinionem fatetur. & tradit late
Ioan.à Garro.in.l.generaliter.C.de ſe
cund.nupt.nume.9.quam etiam opi-
nionem,lege lata,cõprobauit Regina

Ioanna Caroli Cæsaris mater in. l. 15. Tauri. ad id etiam cōducit plurimum d. l. generaliter. quæ statuit virum debere præseruare filijs prioris coniugij, si ad secundum transierit, ea, quæ ad ipsum ex dote, vel ex bonis prioris vxoris peruenerunt. In quo idem dicēdum est in acquisitis ex legis dispositione, si lucratiuo titulo alteri coniugi ex alterius bonis, deferantur: vt si lex deferat superstiti, ex bonis alterius cōiugis, aliquam patrem luctatiuo titulo, nullo habito respectu ad onus præcedēs, id debet filijs prioris matrimonij reseruari. Sicuti resoluit Ripa in dicta. l. fœminæ. nu. 45. & Ioan. à Garroni. in dicta. l. generaliter. num. 55. dicens id esse communiter receptū. eiusdē opinionis videtur esse Ioan. Lupi in rub. de dona. §. 50. nu. 35. dicēs secus esse in illis bonis, quę lege Regia defe
8 runtur ad coniugē, ex adquisitis matrimonio cōstante, quo ad dimidiam adquisitorum partē. Hæc enim pars, & si lege defertur, propter societatem coniugalem defertur: & quia censentur dicta bona vtriusq; coniugis industria, & labore adquisita. quod in specie Ripa asserit in dict. nu. 45. & 43. & idem Ioan. Lupi. in dicto nu. 35. & in l. 14. Tauri, dicens se ita respondisse de iure, priusquam lex illa. 14. cōderetur: qua tandem prædicta opinio comprobatur. Tametsi Ioan. Fab. in authē. in donatione. C. de donat. ante nupt. cōtrarium in casu dictæ. l. Regię dixerit. Ex quibus etiam constat. l. hac edicta li. C. de secund. nup. eadem ratione iure canonico non esse sublatam: quod omnes passim fatentur.

Quarto, quāuis mariti defūcti hęredes, iure teneātur relictæ vxori, dotis bona immobilia statim tradere: mobilia verò intra annū. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. nor. in. c. 3. de dona. inter. vi. & vx. quorū mobiliū fructus efficiūtur ipsorū hæredū, nec tenentur ipsi restituere eos post anni dilationem cum bonis ipsi. iuxta glos. & cōmunem in. l. diuortio. ff. solut. matri.
9 glo. & cōmu. in dicto. §. exactio. quam optime reprobat Paul. Castr. in. d. l. diuortio. vbi Alexan. num. 18. dicit eius opinionem veriorē esse de iure. & Zasi. eam defendit satis constanter lib. 2. singu. respō. c. 3. qui omnino legēdus est aduersus præfatam Docto. opinionem. Interim tamen dum mobilia dotis non restituuntur, est alēda vxor vidua ab hæredibus mariti, si ipsa non habeat, vnde posit seipsam alere. glo. sic intelligenda in dicta. l. diuortio. in princip. ibi communiter recepta glos. Bart. & cōmunis. in. d. §. exactio. quā opinionem esse cōmunem asserit Alexand. in dicta. l. diuortio. col. 5. & eam esse æquiorem dixit Abb. consil. 39. 2. volu. tenent idem Cinus & Docto. in l. fi. C. de bonis mat. Zasius in dicto. c. 3. in fine. quanuis Abb. in dicto consi. 39. & Paul. in dicta. l. diuortio. teneant contrarium. Si tamen vidua intra annum ad secundum matrimonium transierit, hæredes prioris mariti, nec tenentur mobilia reddere intra annū, nec alimenta præstare. sensit Cinus in d. l. fi. Practi. Ferrarien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. versicu. ac etiam

etiā alimēta & Ias. in. §. fuerat. de actioni. num. 25. Ioan. à Garro. in rub. C. de secund. nup. nume. 41. pœna. 17. quorum opinionem ego minime probarem, si maritus hic secundus esset pauper, nec haberet bona, vnde posset vxorem alere. quo casu, vel debēt hæredes alimenta vxori præstare, vel ei do 11
10 tē restituere. Hinc subinfertur, quod quanuis dicto casu, quo tenentur hęredes mariti alere vxorem viduam, etiam teneantur ei dare vestes viduales, ac lugubres, etiam pretiosas. l. verbo victus. ff. de verbor. signific. Ang. in. l. decreto. C. ex qui. caus. insa. irrog. Angel. Areti. in. d. §. fuerat. ad finem. attenta personarum, & regionis qualitate. Imo si hæredes vestes has viduę vxori dederint, casu quod dare minime tenentur, donasse ei eas vestes, præsumūtur, pro tempore viduitatis. Alex. in. l. is, qui quadringēta. §. fin. ff. ad. l. Falcidi. ad finē. Nec incumbit viduæ probatio consuetudinis deducendi has vestes, ex viri præmortui hæreditate. Sed illius tantum consuetudinis, ex qua viduæ his, vel illis vestibus solent lugere maritos. ita explicat Anto. Capicius in Neap. decis. 26. Verum si fœmina intra annum luctus nubat, reddere tenetur has vestes ipsis hæredibus. Notat Ioan. Lupi. in rub. de donatio. §. 11. nume. 8. & ante eum notauerant Bald. cons. 478. 5. vol. & Campe. in tracta. de dote. 2. part. q. 56. Et licet Cāpe. ac Ioan. Lupi. de pretiosis vestibus loquantur: idem in alijs dicēdum est: quia Bald. indistincte loqui-
12 tur. & expressim de omnibus idē scribit. Alexā. in. d. l. is, qui quadringēta. §. fi. in. fin. & Ioan. de Garro. in rub. C. de secund. nupt. nu. 43. pœna. 18.

Quinto, eadē principali distinctione prēmissa apparet iure canonico minime esse correctum id, quod iure ciuili est statutū. in auth. cui relictū. C. de indict. viduit. tollen. & in auth. qd locū. C. si muli. secund. nup. s. vbi probatur, legatū à marito vxori factum, si vidualem vitam egerit, vel donec secundo nupserit, amitti ab vxore, si secundo nubat. Nam conditio cœlibatus, ac viduitatis, & si reijciatur ab vltima voluntate in his, qui nondū coniugium contraxerūt. l. sed si hoc. §. fina. cum sequen. ff. de condi. & demōstra. in his tamen, qui iam primas nuptias contraxerant, non reijcitur. l. 2. C. de indict. vid. tollen. notat Ioan. de Garro. in rubri. C. de secund. nupt. 9. pœna. & idem in. l. 1. super glos. num. 23. C. eo. quod comprobatur, quia honestum est à secundis nuptijs abstinere. cap. fina. 31. q. 1. l. hæc conditio. ff. de condi. & demōstra. vbi hoc notat Soci. & optime Coras. libro miscellan. 3. cap. 1. Nam & ex secundis nuptijs anima prioris mariti cōtristatur. authen. de non elig. secund. nub. fœmi. §. perspeximus. & authenti. de nupt. §. quæ vero in. 2. fitq; iniuria filijs prioris mariti. vt in. d. §. perspeximus. probatur. Hinc & Plutarchus in Problem. Roma. Problem. 105. scribit, fœdum esse viduis, multis præsentibus nubere: cum secundæ nuptiæ sint tristes, atq; lugubres. Ex quibus infertur, vxorē, cui maritus legauit mille, si caste vixerit,

rit,ſecundo nubentem legatum amit
tere,licet caſte viuere is dicatur qui vi
tam cõiugalem elegit.cap.Nicena.31. 3
diſtinct.Thom.2. 2.q.151.art.1. Sic et-
enim hãc illlationem aſſeruntAngel.
&Alex.in.l.mulier.§.cùm proponere
tur.ff.ad Treb.idem eſſe dicentes, ſi di 5
cta conditio adiecta ſit ab aliquo filio
præmortui mariti: ſecus verò ſi a pa-
tre aliove extraneo, qui nõ eſſet prio-
ris viri conſanguineus, filiæ, vel alteri 7
fœminæ,ſub dicta conditione legatũ
fiat:tũc enim nõ amittit fœmina illud
legatum,etiam ſi nubat,ſecundũ eoſ- 8
dem.quorum diſtinctio cõmùnis eſt.
vt teſtantur Claudi.in dic.l.mulier.§. 9
cùm proponeretur. & Iaſ.in.l.fi.col.fi.
C. de indicta vid.& Ioan. à Garro. in 10
rub.C.de ſecũd.nup.n.98.& eã ſequi-
tur Tiraquellus in.l.Boues.§. hoc ſer- 11
mone.numer.149. de verb. ſignificat. 12
multa de ſecundis nuptijs adducens.
quanuis Barto. in dicto. §. cùm pro-
poneretur.indiſtincte teneat, legatũ
vtcunq; à marito factum vxori, ſi ca-
ſte vixerit, minime amitti ab vxore,
etiam ſi contrahat ſecundas nuptias.
Cuius opinionem defendere conatur
Hippoly.ſing.577.ſcribit tamen An-
gel.in dict.§.cùm proponeretur.mini
me caſte viuere eam fœminam, quæ
tertio nupſerit.idem Barba. conſi.17.
volumine.2.Pariſi. conſi.260.volum.
4.quorum opinio non aliter mihi pla
cet,quam ſi referatur ad maritũ, vel
eius filios dictam clauſulam proprio
teſtamento adijcientes.

EX CAP. SEQVENTI.

1 Verba non eſſe neceſſaria præciſe ad matri-
moniũ contrahendum:ſed ſufficere ſigna.
2 Signa exteriora eſſe omnino de eſſentia matrimonij.
3 Anuli traditio an conſenſum coniugalẽ præ ſe ferat?
4 Tacens, & præſens conſentire videtur matrimonio,ab eius parente,ipſius tacentis nomine contracto.
5 Cohabitatio coniugalis,adductaRomani Pontificis diſpenſatione,ſcienter contingens, matrimonium, quod nullum erat, validum efficit.
6 Non refert,quis prius interrogetur in coniugali contractu,vir an fœmina.
7 Mutuum conſenſum in matrimonio requiri, qualiter intelligatur.
8 Procurator habens mandatum ad id ſpeciale: nomine alterius poteſt matrimonium cõtrahere.
9 Procuratore,& eo,cum quo contrahẽdum eſt coniugium,ignorantibus eius mandatum reuocari poteſt.
10 Procuratoris mandatum ad matrimoniũ contrahendum, etiam iuratum, ſi reuocetur, matrimonium non poteſt contrahi.
11 Procuratoris mandatum ad contrahendũ matrimonium, tacite, non tantum expreſſe reuocatur.
12 Procuratoris mandatum ad renunciandũ beneficio eccleſiaſtico, & ſi reuocari poſsit: hæc tamen reuocatio, licet tacite fiat, eſt ipſi procuratori denuncianda.

CAP. 4. QVALITER CONſenſus exprimatur.

AD HVIVS materiæ cognitionem ſcire oportet: num verba ſint neceſſaria, de ſubſtantia huius coniugalis contractus? & gloſ. in cap.tuæ. de ſponſalib. videtur dicere verba eſſe præciſe neceſſaria, in valentibus loqui: at in his, qui loqui non poſſunt, exteriora ſufficere,ſigna,ex quibus coniugalis conſenſus exprimatur. quod probare videt text.in.d.c.tuæ.& id antiquiores quidam

dam ſequuntur: quos Henr. ibi refert colũ.1.Verius tamen eſt,etiam in valentibus loqui,verba non eſſe præciſe neceſſaria:ſed ſatis eſſe conſenſum exprimi per ſigna. Nam ſi de ſubſtantia matrimonij eſſent verba,etiam in mutis matrimonium minime daretur.

Siquidem ſubſtãtia nõ mutatur ex 2
accidentibus.Et tamen mutus cõtra-
1 here matrimonium poteſt. cap.cum
apud.de ſponſa. Igitur de ſubſtantia
matrimonij non requiruntur verba.
Sic gloſ.à prima opi.recedere videtur
in dict.cap.tuæ.ubi hoc notant Hoſti.
Anto.Cardin.Abb.& Præp.atq; ibi-
dem optime Ioan.de Imo. in rep.col.
7.Abb.in.c.ex parte.num.8. &.28. de
reſt.ſpo.gloſſ.in.c.ſufficiat.27.q.2.Pa
lud.in.4.diſt.27.q.2. art.3. & ibi Ioan.
Maior.q.1.Florẽt.3.part.tit.1.c.19.§.1.
Areti.conſi.13 colum.2.vbi hanc opi-
nio.aſſerit eſſe communem.idem pro
fitetur Sylueſt. verb. matrimonium.
2.§.7.Abb.in dicto. c.tuæ. & Nicola.
Boeri.deciſio.1.num.18.& Galiau.in
l.1.in prin.colũ.penul.ff.de verb.obli
ga.vbi Ioan. Crot. & alij id teſtantur.
ac poſt eos Socin.Iunior cõſil.29. vo- 3
lu.2.colu.2.Nec Thom. contrarium
aſſerit:tametſi ab aliquibus pro prima
opinione citetur.Is enim.d.diſtin.27.
q.1.art.2.dicit,verba requiri, ſigna ta-
men verbis æquiualere. Ex quibus
tex.in dicto.c.tuæ.dum dicit,verba eſ
ſe neceſſaria: intelligendus eſt,id eſt,
vtilia, quo ad certiorem probationẽ
conſenſus: non quod alia probatio
nõ ſufficiat:ſed quia iſta probatio, ex
verbis certior eſt.ita Imol.ibi.col.7.&
eſt de mente Abb. Vel exponi poteſt
verba,id eſt,ſigna exprimẽtia conſen
ſum neceſſaria ſunt: inter quæ, verba
obtinent principatum.ſecundum Syl
ueſtrũ in dicto.§.7. Ex his etiam no-
tandum eſt ad eſſentiam matrimonij
exigi exteriora ſigna:cùm ſit ſacramẽ
tum:atq; ideo requirit ſignum exte-
rius ſenſibile.Palud.in dict.diſtin. 27.
quæſtione prima.articul.2.& Sylueſt.
dicto.§.7. Nã quod Ioã.Maior.in .4.
diſtinctio. vigeſima ſexta. quæſtio. 1.
ad.3. ſcribit matrimonium conſtitui
poſſe abſque ſignis exterioribus, ex
interiori cõſenſu,ſi per Dei reuelatio-
nem, ille interior conſenſus vtrique
conſtaret: ad diuinam reuelationem
ſpectat.Nec alias dici poteſt matrimo
nium,etiam ſi interior cõſenſus vtri-
uſq;ad coniugium concurrat, quod
Hoſtien.Henric. & Docto. in dicto
cap.tuæ.fatentur.

Hinc deducitur ratio ad gloſ.quam
ibi dicit ſingul.Abb.in cap.penult.de
ſponſa.vbi ſcribit matrimonium con
trahi ex eo,quod fœminę conſenſum
coniugalem exprimenti, vir ipſe anu
lum tradiderit. Id enim ſignum con- 3
ſenſum coniugalem in viro exprimit,
præmiſſo fœminæ conſenſu, verbis
expreſſo.& hanc opinionem ſequun
tur Doct. ibi communiter. Traditur
equidem anulus in pignus matrimo-
nij contracti, ſicuti arra ſolet tradi in
pignus contractæ venditionis. Vnde
deductũ eſt verbum,ſubarrare. Atq;
ille anulus,in matrimonij contractu,
ſignum præſefert, illo pignore corda
maris, & fœminæ coniungi: & ob id
quarto

quarto digito sinistræ manus inferitur, quod ibi vena sit ad ipsum cor tẽdens. Sic Isidorus in cap. fœminæ. 30. quæstio. 5. hoc explicat, & idem ex Appione in Ægyptiacis adnotauit Gellius libr. decimo. cap. decimo. Macrobi. libr. 7. Saturnal. cap. 13. Virgil. Polydo. de inuentor. rer. lib. secundo. capitulo vigesimo primo. Plinius item libr. 33. cap. 1. quo argumento, inquit, etiam nunc sponsæ anulus ferreus mittitur: isq; sine gemma. Et licet gloss. in cap. tenor. de re iudicat. singul. secundum Abba. ibi. & is simil. in cap. fina. de desponsa. impube. velint per anuli subarrationẽ matrimoniũ præsumi, quòd verum esse cõtendit Aretin. consilio 13. colu. 3. id tamen locum habet, vbi ab altero contrahentium præcesserũt verba coniugio apta, & sequuta est subarratio, vt asserit dicta glos. in cap. penulti. & notat Abb. in dicto cap. finali. cuius opinio magis cõmunis est. notat idem Imola in dicto cap. tenor. vel quando est cõsuetudine inductũ, vt in matrimonio anulus detur, certa signatus forma: & sub illa daretur, ac fieret anuli traditio. glos. in dicto cap. fœminæ. 3. quæstione quinta. Abb. & communis in dicto capitu. finali. vbi hanc distinctionem exacta diligentia Hehri. ex Hostien. & alijs autoribus, scripsit. & nouissime Paris. consi. 55. numero quadragesimo tertio. & consilio 60. column. vlt. volumi. 4.

Secundo infertur matrimoniũ vere contractum censeri, si parẽtibus filiorũ nomine expressum coniugalem consensum præstantibus, ipsi filij præsentes tacuerint. tex. in cap. primo. §. fina. de desponsi. impu. in. 6. Consensus enim ille paternus expressim præstitus, filio presente, & tacẽte, signũ exterius inducit, quo filij consensus ad matrimoniũ exprimitur. Hoc autem ex parentum contractu à iure præsumptione quadam inducitur. Nec habet locum in alijs extraneis. gloss. in dicto cap. tuæ. Abb. in cap. ex parte. de restitutio. spoliat. Ioã. Andr. & Docto. in dicto cap. 1. §. fina. Henric. in cap. 1. de desponsa. impub. Ioan. de Imol. in dicto cap. tuæ. colum. 12. vbi Præp. col. pe. hanc opinionem asserit esse cõmunem. quam etiam sequũtur Abb. colũ. 3. & Feli. in cap. nonne. de præsumptio. & Hippo. singul. 147. etiam si à filijs nullũ aliud signũ exterius processerit. Sylues. verb. matrimonium. 2. quæst. 7. & prædicti Docto. idem dicere videtur. Vnde falsa est glos. in dicto §. fin. versi. sponsalia. quæ in extraneis idem, quod in parentibus asserit.

Tertio, ex præmissa conclusione deducitur veritas glo. in. c. nõ debet. versi. de cętero. de cõsang. ex qua ego colligo matrimoniũ contractũ expresso consensu, qui tamen nullus est, ob impedimentũ aliquod iuris humani effici legitimũ, si adducta principis facultate ad contrahendũ illũ, vir & fœmina sciẽter in eodẽ cõiugio pseuerauerũt quo ad carnale cõmerciũ. Ex hoc enim videntur exhibere nouũ consensũ & validum ad coniugiũ, per illa signa exteriora. quã opi. Abb. & docto. ibi approbãt cõmuniter. & pro ea est tex. in. c. proposuit. & c. fi. de cõiu. seruo. vbi ex Bern. gl. notatur, ex coitu carnali tempore idoneo scienter subsequuto, matrimoniũ præsumi, si prius consensus verbis expressus: sed propter aliquam causam nullus præcesserat. Sicut ex copula post spõsalia subsequuta matrimonium præsumitur. hanc etiam opinio. asserit esse communem Ferdi. Loazes præsul Ilerdensis in tracta. de matrimo. dubio. 12. numer. 14. Ex quo subinfertur declaratio ad glo. in. c. 1. de eo, qui dux. in matri. dicentem nouum consensum esse necessarium, vt vir, qui viuente prima vxore cũ secunda hoc ignorante contraxit, mortua prima coniugiũ cum secunda contraxisse dicatur. idem ibi notant Ioan. Andre. & Doct. communiter. ac Bald. Nouel. in tract. de dote. parte. 11. §. hactenus. nume 18. & probatur in. c. veniens. eod. titu. & hanc opinionem communem esse fatetur eam sequutus Paris. cons. 52. col. 1. vol. 4. qui sequentem intellectum addit, colum. 2. Satis enim erit tacite aliquo sufficienti signo nouum consensum præstari. Nempe si vir & fœmina sciẽtes primam vxorem mortem obijsse, in cõiunctione, & cohabitatione perseuerent. quo in casu exigitur scientia in ipsa fœmina ante hanc coniunctionis perseuerantiam. Oportet enim ipsam scire priorẽ vxorem iam mortuam esse, & sic primum matrimonium solutum fuisse. quemadmodũ in dicto. c. 1. Hostien. Præpo. & alij explicant. pro quibus glo. facit, quæ similem notat conclusionem in dicto. c. fi. de coniug. seruo.

Hæc autem expressio cõsensus coniugalis non refert a quo incipiat, à viro, an fœmina, quanuis honestũ sit fœminã prius interrogari. tex. sic passim intellectus in. c. pe. de spõ. & in. c. licet. de spõs. duo. Posset enim contingere, quod fœmina requisita à viro, vt eũ acciperet in coniugẽ, respõderet: accipe tu me prius in vxorẽ, ac demũ ego te accipiam in virũ. At cùm vir eam expresse vxorem accepisset, posset ipsa fœmina ipsum virum irridere, ac libere refragari. Nec erit ex hoc matrimonium quod apertissimi iuris est. & cõsuluit in hac specie Ludouic. Gozadi. cons. 77. Nec est necessarium vtriusq; consensum eodem tempore exprimi, licet mutuus consensus ad cõiugium exigatur. c. tuæ. de sponsa. Satis enim est eundem consensum presumptiuè cõcurrere: veluti siquis cõsentiat prius, ac demum illo consensu non reuocato: sed tacite durante, consentiat alter, etiã, ex interuallo: efficitur enim tunc matrimonium, secundum Maior. in. 4. sentent. distinct. 27. quæsti. 1. colum. 2. glos. & ibi Præpo. in cap. dilectus. de sponsa. idem Præpo. in ca. penul. eo. titu. & Sylues. verb. matrimonium. 2. quæsti. 6. Hosti. in dicto. c. penul. & ibi Card. & Henr. colum. 2. per tex. insignem in. c. vltim. de procurat. in. 6. quorum opinio cõmunis est, vt asserit Alexand. in. l. si stipuler. in fine. ff. de verb. oblig. & id manifestum est in consi. 4. num. & inter consilia Zasij volu. 2. quo in loco autor primum intellectum, qui statim sequitur ad Abba. opinionẽ verum esse ostendit: atq; hæc

hæc ipsa quæstio late ibi disputat con
si.2.3.&.5.& in effectu cõmunis asser-
tio recipitur:quam ita explicat Parisi.
cõs.55.vol.4.nu.15. Tametsi Abba. in
dicto cap. dilectus. dicat contrariam
opinio.esse iure veriorem, atq; idem
sentiat Antoni.cons.64. colum.secũ-
da ad finem.quorum opinio procede
ret,si interuallum foret longum inter
primam & secundã consensus expres
sionem.tex.ita cõmuniter intellectus
in.l.1.§.1.ff.de verbo.obligation.Habe
ret etiam locum, quando is,qui con-
sentit,credit eum,qui prius consense-
rat, non pœnituisse: cùm tamen pœ-
nituerit. Nam licet ille primus post
præstitum consensum ab altero con-
sentiat, non est matrimonium. quod
Antoni.notat in dicto consi. & Felin.
in cap. ex parte decani. de rescript.nu
me.11.pulchre Ancharr. in consi.228.
cum duobus sequentibus. & potest
hoc notari ex gloss.in cap.fina.de con
iug.seruo.& ex cap. veniẽs.de eo, qui
dux.in matrimo. Hostien. & Præpo.
in cap.1. eodem tit. Et hæc quidem lo
cum habent, vbi præsentes contrahe
re volunt matrimonium.

Sed inter absentes constat matrimo
nium contrahi per procuratores. c.fi.
8 de procurat.in.6.in quo plura notãda
sunt.Primum,mandatũ exigi specia-
le ad contrahendũ cũ certa, & expres
sim designata persona.glos.ab omni-
bus recepta.in.d.cap.fi.text.in.l.gene
rali.ff.de ritu nupt.not.optime Abba.
in.c.in causis.de electi.colum.6.idem
cons.114.2.volumi.Nec refert, quibus
verbis hunc contractum procurator
concipiat: an ipse contrahat absentis
nomine,an pronũciet verba in perso-
na absentis.Nempe si dicat.contraho
tecum matrimoniũ nomine Titij: an
dicat,Titius te vxorem accipit, me in
ternuntio, vtcunq; enim cõtrahatur,
matrimonium est.Bart.quem ibi alij
approbant in.l. qui bona. §. si alieno.
ff.de dam.inf.Alex.cõs.149.5. vo. col.
penul.Tametsi rectius contrahatur se
cundo modo,quam primo.ex Bal. in
l.vnica.§.ne aũt.C.de cadu. tollẽ. col.
pe.Abb.in.c.ex parte.in.2. de cõuers.
coniug.Franc.& Domi.in dicto capi.
finali.Sylvest.verbo. matrimonium.
5.quæst.fi.Hic enim procurator nun-
cius censeri potius debet: cum hic a-
ctus non cadat in procuratorem.

Secundo adnotandum est minime
valere matrimonium cõtractum per
9 procuratorẽ, si tempore, quo procu-
rator contrahit,is,qui ei mandatũ de-
derat,iam id reuocauerat,procurato-
re etiam, & eo,cum quo cõtrahit ig-
norantibus.tex.in.d.c.fi.in fine.quem
putat sing.Feli.in rub. de spons. col. 5.

Ex quo infert Domi.cons.33.col.pe.
quem sequitur Ludo. Gozadin. con-
10 si.77.matrimonio cõtracto inter con
sanguineos, sub conditione, si Papa
dispensauerit,coniugium illud impe
dire, ita vt adueniente dispensatione
Papæ,nullum sit matrimonium,si al-
ter,etiã altero ignorante reuocauerit
consensum,quẽ prius præstiterat. Pro
cedit verò hæc secũda conclusio, etiã
si is,qui mãdatum dederit iurauerit,
id non reuocare.glo.in.d.c.fi.vbi eam
sequuntur Docto.& est singul. secun
dum

dum Soci.consil.58.3.vol. quam dicit
esse auream Feli. in.c. si diligẽti.col.6.
de for.compe.atq; sing. Ias.in.l.si non
sortem.§.si centum.col.3.ff.de cõdict.
inde.sequuntur eam Abb. Feli. num.
12.& Deti.nu.7.in.c.cum accessissent.
de consti.idem Deti.in.c.ad nostram.
de cõfirma.vtili.vel inut. Roch. Cur-
ti.de iure patro.verb.honorificũ.q.12.
& Feli.in.c. ex parte decani. de reseri.
nu.12. quæ tandem opinio quo ad ma
trimonia ita frequẽter recipitur,vt mi
nime sit in dubium reuocanda.

Tertio est notandum non esse neces
sariam mandati reuocationem expres
sam, sed tacitam sufficere: vt si is, qui
11 mandatum dedit, ante contractũ ma
trimonium ex primo mandato, dede
rit secundum mandatum ad contra-
hendum cum alia,text.in.c.si duo.de
procurato. in. 6. atq; idem dicendum
est,si ante contractum matrimonium
à procuratore,is,qui mãdatum dede-
rit,cum alia matrimonium contraxe-
rit, etiã ignorante procuratore. quod
Abb.tenet in.c.in causis.de elect. col.
6. vbi fortius asserit, electionẽ factam
à canonicis,qui alteri eligẽdi potesta-
tem dederũt,præferri electioni factæ
postmodum ab illo compromissario,
etiam ignorante. quo fit, vt quanuis
clemẽ.1. de renunciatio. statutum sit,
reuocationem mandati ad renuncian
dum beneficio ecclesiastico nihil pro
desse, nisi mandatario nota fiat: tamẽ
si is, qui mandatum dederat, priusquam mandatarius eo vtatur, renun-
tiauerit, etiam mandatario ignorãte,
prima renunciatio secundæ est prefe-
renda:cum ex ea etenim vacet benefi
cium, non potest ex secunda vacare.
hoc idem asserit Roma. consil.342. &
Feli.in.c.ex parte decani. nume.16.de
rescrip. Blasius Aurioli. in additioni-
bus ad Guiliel.de Mõte Laud. & Phi-
lipp.Probus,in additionibus ad Ioan.
Monach. in. d. c. fin. quorum opinio
dubia mihi videtur in renunciatione
beneficiorũ:quia reuocatio tacita mã-
dati,quę fit constituendo alios procu-
ratores,est etiam deducenda ad man-
datarij scientiam.glo.in.d.cle.1.de re-
nũtiat.vers.quomodo libet.& ibi Car
di.q.5. quam glos. & alias rationes ad
hanc sententiã adducit Barb.cõsi. 48.
in.4.vol. hãc vltimã opinionẽ, quam
& ego teneo,liberrime professus.quo
non relato Philipp. Prob. sibi parum
constans idem asserit in rub.de renun
ciat.in.6.col.8.& Ioan. de Selua.in tra
cta.de benef.3.part.q.16.in fi.Nec Ro
ma.est pro contraria opinione: solum
enim asserit,beneficium semel vacans
ex vna causa,non posse ex alia absque
noua collatione,vacare: At hic nos ne
gamus,vacare ex prima renunciatio-
ne.Id vero quod Abb. notat, & si du-
bium sit,nam & Innoc. ibi cõtrarium
dixit, concedi tamen potest: eum ibi
non sit ita reprobanda variatio, sicuti
in casu dictæ clemen.1.

Quarto circa eandem cap.fi.cõclu-
sionem,idem dicendum credimus in
matrimonio,quod per epistolam con
trahendũ erat,ex glos. memorabili in
c.nec illud.30.q.5.notat Felin. in dict.
c.ex parte decani.nume.10. Repetunt
late Zasius,ac plures alij Doct, in ea-
dem

dem controuersia disputantes cons.2. 3.4.&.5.volu.2.Parisi.consi.55.volu.4. col.1.&.2.Corasi. lib.3. miscellan.c.4. vbi tradit, an per epistolam matrimonium probetur? quibus omnibus addo quæstionem huic proximam,& similem,discussam à Carolo Ruino cõsi.6.num.7.volum.1.quam diligenter oportet perpendere ex autoribus per eum nuncupatim citatis.

EX. §. SEQUENTI.

1 Verba,quæ sufficiant ad matrimonium contrahendum.
2 Verborum communis sensus,qualitas,& conditio personarum,attendenda sunt.
3 Matrimonium contrahitur frequenter per interpretem.
4 Verba hæc, volo contrahere tecum matrimonium,an efficiant sponsalia de præsenti?
5 Verba ista, habeo te in vxorem, an matrimonium inducant?
6 Verba hæc,Non habebo aliam in vxorem,nisi te,quo pacto sint intelligenda?
7 Negatiua oratio ex se ipsa nihil affirmat.
8 Dictio,nisi,qualiter sit explicanda.
9 Intellectus ad.l.Titia.§. finali.ff. de manumissis testamento.
10 Intellectus ad. l. quibus diebus. §. quidam Titio.ff.de conditionibus,& demonstratio.

§. *PRIMVS.*

QVÆ autem verba sufficiant ad matrimoniũ cõtrahendum, plane constat hoc canone. Verba
1 præsentem coniugalẽ consensum exprimentia, matrimonium significãt. tex.in.c. penul.de sponf.cuius hæc est cõmunis interpretatio. Si quis enim fœminæ dicat, accipio te in vxorem, fœmina vero econuerso respondeat, & ego te in virum accipio, matrimonium censetur ibi contractum. Idem est,si viro dicenti,accipio te in meam vxorem, respondeat fœmina, placet. Verum non minima est inter nostrates controuersia, quibus verbis præsens coniugalis cõsensus exprimatur. Illud tamen primo aduertendum est, in dubio quam significationẽ habeãt verba prolata, communem sensum eorum accipiendum fore.cap.ex literis.in.1.de sponsa.& comprobatur ex. l.Labeo.ff.de supel.legat. glos.notanda in.l. librorum.§. quod tamen Cassius.ff. de leg. 3. quæ asserit cõmunem sensum verborum præualere propriæ dictionis significationi.Barto. in.l.ra-
2 lis.in princ. ff.de leg.1. Bald.in.l. lege. C.de legit.hæred.dicens sermones platos vulgari lingua, iuxta vulgarem sensum esse intelligendos. notat Anto.Burg.in rub.de emptio.& vẽdi.colũna finali.Ias.in.l.si auiæ. col. fina. C. de succes.edict.gl.in.c.nõnulli. vers. diætas.de rescript. & hoc ipsum in cõiugali cõtractu notat Ioan. in summa confesso.lib.4.tit.2.q. 4. In quo etiam attendenda est loquentium qualitas, & conditio. c. solitæ. de maiorita. & obedien.Abb.cons.78.in.2.volu col. 2.late Frãc.Niconitius in rub.ff. de noui operis nũtiatio.nu 196.ex quibus.

Primo infertur matrimonio contracto per interpretem,quod fieri potest
3 glo.cõmuniter approbata in.c.ex literis.in.1.de spõs.tex.in.l.1.§.fi.ff. de verbo. oblig. cui dari debet fides integra: cum fuerit electus cõmuni contrahẽtium consensu.Bart.& alij in.d.§. fi. si aliquod

aliquod incidat dubiũ ex eo,quod alter contrahentium dicit,se non intellexisse verba interpretis, in illa significatione ad cõmunem sensum recurritur.ita probat text. in. d. ca. ex literis. Imo & si sine interprete Galla, & Hispanus verba apta cõiugio pronunciarent,vt iudicemus inter eos matrimonium contractũ fuisse, ad actus inter eos subsequutos vel ab eis pręmissos, deueniendum est, an ex cõmuni vsu illi actus sint coniugales.Abb.in.d. c. ex literis.Pal.in.4. sent. distin. 27. q. 2. art.3.conclus.3.

Secundo hinc constat,contracto cõiugio inter duos eiusdem idiomatis,si alter contendat verba prolata accepisse in sensum distinctum à matrimonio,cõmunis illorum verborum sensus erit considerandus.ex sententia omnium in dicto.c.ex literis. Atq; erit exemplum:si contrahentium alter dicat,promitto te in vxorem habere,donec terra cooperiat oculos meos. Est enim hic sermo intelligendus, iuxta communem sensum id est,donec moriar:non autem donec ipse viuus terra cooperiam oculos. Eruntq; obuia mille exẽpla similia. vides igitur quãti momenti sit communis verborũ intellectus? Hinc etiam consuluit Felix Maleolus in tract. de matrimo. volu. 9.non cõtrahi matrimonium his verbis:nunquam te derelinquam.

Sed quid dices, Num hæc verba volo cõtrahere tecum matrimonium significent pręsentem coniugulem cõ-
4 sensum? Et si verbum volo,in his,quæ à sola voluntate loquẽtis pendent,ad iungatur infinitiuo designãti initium actus,eiusq; suspensionẽ, erit contractus sponsaliorum.vt volo contrahere,volo ducere te in vxorem.ita Ioan. And.& Abb. quorum opinio est magis communis in dict.c.ex literis.Sylues.t.ver.matrimoniũ.2. q.9. Matthæ. de Afflictis in consti.Neapo.lib.3.tit. 19. col.2. In qua decisione refellẽda est opinio Ioan. in summa confess. lib.4. tit.2.q.4.& Astensis lib.8.tit.3. q.7.dicentium isto casu nec esse sponsalia contracta. Sic ex diametro auertenda est Card.sententia in dict. c. ex literis. asserentis per dicta verba contractum esse verum matrimonium. Cuius opinio posset sane intelligi,si dicta verba forent prolata deliberate, & ad interrogationem alterius.ex mente Barto. in.l.gerit.col.3.ff.de adquiren. hæred. vel quando præcessisset tractatus de matrimonio contrahendo. Cardi. in cle.vnica.de consang.q.20. vel si communis vsus loquendi hanc significationẽ matrimonij receperit. ex eodẽ Card.in.d.c.ex literis. Sin autem verbum volo adiungatur verbo prænotãti exequutionem actus perfecti, & sic matrimonij exercitium cẽsetur matrimonium cõtractum.vt volo te habere in vxorem,volo te tenere vxorẽ. isti enim actus præmittunt contractũ matrimonij, & ideo illa verba matrimonium pręseferunt.in quo conuenire videntur Doct.in dict. c. ex literis. vbi Hosti.& Abb.hoc tenẽt. & Sylu. in.d.§.9.Henr.in.c.ex parte. de sponf. quod quanuis sit dubiũ ex his,quę dicentur in.q.sequenti:id tamẽ est apud

omnes in confesso, matrimonium cõ
tractum censeri quando verbum vo-
lo adiungitur rei.exemplum.Volo te
in vxorem. idq; sensit Bald. in.l.1. col.
2.C.de summa Trini.Doct. in.l. serui
electione.§.fi.ff.de legat.1.& in.l.invẽ
dentis.C.de contrahen.emptio.

Solet etiam dubitari, an matrimo-
nium sit cõtractum illis verbis:habeo
te in vxorẽ, iuro, seu promitto, quod
5 te habebo in vxorem. Et ex.c.ex par-
te.de spon.probari videtur matrimo-
nium his verbis contractũ esse, & ibi.
glo. cõmu. recepta eandem opinionẽ
asserit. Qui etenim consequens vult,
antecedens illi premissum velle vide-
tur.l.illud.ff.de adqui.hæred.c. preter
ea.de offi.deleg.Is ergo qui habere ali
quam in vxorẽ promittit, cum ea ma
trimoniũ modo contrahere ostendit.
idem profitetur glos.c. si quis diuinis.
per tex.ibi.30.q.5.in principio idem te
nent Abb.& Deti.in.c.iurauit.de pro
batio. col.1. & esse hanc opinionẽ cõ-
munem constat ex Abb.& Prep.in.d.
c.ex parte. & fatetur expresse Hadria.
in.4.sen.q.13.de matrimo.Sed Magis.
in.4.senten.dist.28.c.2.tenet in hoc cõ
trarium.cuius opinio probatur ratio-
ne.Verba enim,quæ proprie compe-
tunt contrahendo matrimonio,si pro
nuncientur in futuro tempore, indu-
cunt sponsalia,secundum Palud.in.4.
dist.27.q.2.art.4.cõclus.4.ergo & ista,
cum in futuro tempore pronuncien-
tur,non designant matrimonium. Et
preterea illa verba,habebo te in vxo-
rem,intelligi possunt vera omnino es
se, quanuis modo non habeam te in
vxorem,vt constat:ergo non sunt ne-
cessario referenda ad matrimonium,
præsenti consensu contractũ.Ego au-
tem tunc præsentẽ consensum coniu-
gio prestitum esse,opinor,quando ex
verbis prolatis consensus is de præsen
ti necessario sequitur. At in hac quæ-
stione is cõsensus non sequitur neces-
sario:igitur matrimoniũ nõ est. Quo
fit vt Hadria. in.4. sent.q.13. de matri-
monio à frequentissima nostratũ sen
tentia discedat, Magistrum sequutus.
in qua sententia antiquiores quidam
Canonistæ fuerunt:nempe Hugutio.
& Laurenti.quos Henri.refert in. d.c.
ex parte. idem insinuat Angel. in au-
then.quib.mod.nat.effic. legit.§.fina.
collat.6.Ex quo ad text. in dicto. c.ex
parte. respondetur, ibi ex illis verbis,
ab hoc tempore,& similibus, consen
sum futurum ad præsens tempus de-
duci.Vnde illum tex.ad hanc quæstio
nem notare,rationi non cõgruit.Nec
obstat ratio:qui enim vult id, quod se
quitur,cẽsetur omnino velle id,quod
præmittitur necessario illo tempore,
quo consequens exequutioni traden-
dum est. Vnde qui habet aliquam fœ
minam in vxorem actu, præmittit se
cum illa matrimonium contraxisse.
Non sic ille, qui præsenti tẽpore actu
non habet, sed habere promittit in fu
turum. Item quanuis sic promittens
statim teneatur illam habere in vxo-
rem: si tamen non habeat, matrimo-
nium non est. quod pulchra ratione
Hadria.cõprobat.licet optime seque-
retur hæc argumentatio. tenetur sta-
tim eam habere in vxorem, ergo sta-
tim

tim tenetur cum ea cõtrahere: ex quo
sponsalia tantum probantur, non ma
trimonium. His tandem & alijs, quæ
Hadrian. adducit communis opinio
non applaudet. quæ & si vera foret,lo
cum non haberet,vbi post verba spõ-
saliorum, hæc subijcerentur, ita con-
cepto contractu: promitto ducere te
vxorem, ac te habere in coniugem.
Verba enim subiecta ex præcedenti-
bus intelligũtur.l.fina.§.cui dulcia. ff.
de vino,triti.& oleo leg.c.sedes.de re-
script.cle.2.de procurat.Vnde hęc spõ
salia,de futuro iudicanda sunt. ita Ho
stien. Abb.&Prep.in.d.c.ex parte.Ro
ma.sing.338.Deti.in.c.iurauit.de pro-
bat.col.1. Alexan.de Imo.cons.152. vo
lu.5.Nam qui ita contrahit, promittit
cum illa fœmina matrimonium con-
trahere, & eo contracto illam coniu-
gali affectione tractare.

Verũ hoc in tractatu perplexa val-
de existimatur quæstio illa,an per hęc
verba non habebo aliam in vxorem,
6 nisi te:sit contractum matrimonium,
an sponsalia? Et esse matrimonium as
serunt Ioan.Andr.Card.Abb.& Præ-
po.in dicto cap.ex parte.Alexand. de
Imol.consi.152.volumi.5.Sylues.t. ver-
bo matrimoniũ.2. quæstio. 10. Barba.
consi.61.volumi.col.4.Iason,& Cur-
tius Iunior in.l. actione. C. de transa-
ction.2.col. quorum opinio commu-
nis est,teste Prep.in dict.cap.ex parte.
quibus suffragatur ratio illa, quod di-
ctio, nisi, præcedentem negationem
sequuta,affirmat, quod ponit: at si se-
quatur affirmatiuã,id negat.l.si eum.
§.qui iniuriarũ.ff. si quis caut.vbi Bar.
l.actione.C.de transactio.l.feriatis.C.
de ferijs.Henr.optime in cap. de quar
ta.de præscriptio. & notatur in cap.in
ter alia.de sentent.excom. Rursus Ga
spar Cald. Anto. & Zochus in dict.c.
ex parte. negant per dicta verba ma-
trimonium contrahi,sed tantum con-
cedunt,sponsalia esse cõtracta. His ac
cedunt Cępola.consi.ciuili.1.col.3.Al
tia.in dict.l.actione. ex tex. in.l.si steri
lis.§.pe.ff.de actio.empti.vbi qui pro-
misit non vendere equum nisi Titio,
quanuis teneatur actione ipsi Titio
vendere:tamẽ si alteri vendiderit,hęc
vẽditio valet. Sed ille tex.refelli in no
stra quæstione potest. Siquidem licet
absolute promisisset rem vendere Ti-
tio, non ex hoc esset facta vẽditio. At
in hac quæstione,si absolute promisis
set illam fœminam habere vxorem,
esset matrimonium contractum:si il-
li stamus assertioni, quam in precedẽ-
ti quæstione cõmunem esse diximus.
Obstat tamen fortiter opinioni Ioan.
Andr.& sequacium text. in.l.Titia.§.
fi.ff.de manumi.testa.dicens, his ver-
bis. Onesiphore,nisi rationes reddide
ris,liber ne esto,potius adimi liberta-
tem,quam dari.Quia rationibus non
redditis,liber Onesiphorus esse nõ po
test,nec ab hærede manumitti,redditis
vero rationibus, potest manumitti
ab hęrede:non tamen censetur manu
missus ex testamento,quia dictio, ni-
si, subsequitur negationem potentiæ:
vnde ponit rationibus redditis manu
mittendi facultatem.ex interpretatio
ne Bart.ad illum tex. quæ communis
est,& eam sequitur Henric.in dicto.c.

de quarta. Docto. in dicta. l. actione. His igitur nostrę quęstionis verbis potius adimi, quam præstari consensus videtur. Hinc Hadri. in. 4. quæst. 12. de matrimo. asserit prædictis verbis matrimonium minime contrahi, sponsalia vero contracta censeri quando verba ita conciperentur: non habebo aliquam in vxorem, nisi te, non ducã aliquam in vxorem, nisi te. & subdit nec sponsalia contracta cẽseri, si ita dictũ fuerit. nõ habebo aliam mulierem in vxorem, nisi te. Quæ differentia, si cõmunis verborum sensus, vt dixi, accipiendus est, nihil ad hanc rem conducit. Idcirco illud adnotandum est, orationem negatiuam nihil asserere, nec
7 ponere ex se ipsa, nisi aliquid extrinsecus addatur, iuxta dialecticorum traditiones. Si enim quis promittat non alienare domum extra familiam non promittit se omnino alienaturum intra familiam: nec ponit hæc negatiua oratio quidquam ex se ipsa. Item si Cęsar promittit nõ gerere hoc anno bellum, nisi contra Turcam, non promittit ex hac oratione se gesturũ hoc anno bellum contra Turcam. Sed tunc dictio, nisi, resoluitur in conditionem hoc pacto. Si bellum gesturus est hoc
8 anno Cęsar, illud promittit gerere cõtra Turcam: non tamen promittit pure illud gerere. ita intelligẽdus est tex. in dict. l. si sterilis. §. penult. ff. de actio. empt. Is enim, qui promisit non vendere equum, nisi Titio, censetur promisisse, se illum equum venditurum Titio, si eum vendere ei libuerit: non tamen promisit pure vendere. Sed & si fundum ita vendidero inquit lex illa, vt nulli alij quam mihi eum vendere res, actio eo nomine ex vendito est, si alij vendideris. Nec refert, q; iurisconsultus vtatur dictione, quàm, nos vero loquamur de dictione, nisi: cũ idẽ sit dicere, non vendam domum hanc, nisi tibi: & non vendam domum hãc alij, quã tibi, adnotante Laurenti. Valla. lib. elegant. 3. cap. 54. & probatur in l. consulta diualia. C. de testamẽt. Nec circa illius. §. penult. intellectum libet hic immorari: quem tamen tradit Ludoui. Gomez in. c. 1. de consti. in. 6 nume. 107. & 91. idem Gomez in princ. de actio. num. 7. post Ias. ibi. Ex adiectione vero extrinseca potest oratio negatiua aliquid asserere & ponere: quæ quidem res exemplis manifeste constabit. Homicidium hodie cõmissum est, & nullus, nisi Ioãnes illud cõmisit: igitur Ioannes illud homicidiũ cõmisit. Sic, promitto vendere hanc domũ, & non alij quam tibi: ergo promitto vendere domum tibi. Promittit Cæsar hoc anno gerere bellum, & non contra aliquem, nisi Turcam: ergo promittit gerere bellum hoc anno contra Turcam. Nec valet isthęc collectio, nullus nisi Socrates currit: ergo Socrates currit. Cum igitur dictio, nisi, subsequitur negatiuam orationem, tollit illam in casu excepto: nihil tamẽ asserit ex propria vi ac natura negatiuæ orationis, nisi aliquid extrinsecus affirmatiue additum fuerit, aut subintellectum ex materia subiecta: quidquid aliter rem hãc diffinierint Ias. & Gomez in dict. prĩcip. de actio. 2. col.

vnde

vnde deducit intellectus ad reg. peccatum. de regul. iur. in. 6. nam dum in ea dicitur, peccatum non dimitti, nisi restituatur ablatum: non statim sequitur, ablati restitutione facta peccatum dimitti: sed id aperte intelligitur, facta restitutione: non esse locum illi negatiuæ orationi præcedenti dictionem, nisi, sed potius dimitti peccatum modo alia contingant, quæ ad peccati remissionem necessaria sunt. Sic dum in eisdẽ iuris canonici regulis scribitur. Peccati venia nõ datur, nisi correcto: cum appareat ex natura rei peccati veniam concedi vere correctis, manifestissimum est, dictionem, nisi, ibi affirmare, & ponere, quod præcedens oratio negauerat: nec hoc ex propria vi, sed ex materia subiecta: & id maxime ea ratione procedit, quod regula illa loquatur de remissione peccatorum, quæ remitti à Deo constat: & tamen non nisi correctis: ergo correctis datur peccatorum venia.

Rursus ita libet argumentari: actio aliquid est, & nihil aliud quã ius persequendi in iudicio quod sibi debetur: igitur actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur: vnde hæc negatiua, quę ex natura rei præmittit affirmationem, ponit omnino, atq; ita intelligẽdus est tex. in principio de actioni. Item peccatum dimittitur quo ad proximi iniuriam: & tamen nõ dimittitur, nisi restituatur ablatum: ergo facta restitutione omnino peccatũ quo ad proximi iniuriam dimittitur. ecce qua ratione oratio negatiua nihil ponat ex se ipsa: nisi aliquid extrinsecus addatur, vel expressim, vel ex materia subiecta, & natura rei.

Ex quibus audacter opinor, nec matrimoniũ, nec sponsalia, per verba supra concepta contrahi. Tota nãq; oratio negatiua est: eaq; hunc sensum habet: promittentem contracturum matrimoniũ cum illa fœmina, seu illam habiturum in vxorem, si coniugalem vitam promittens elegerit: non tamẽ promittit se absolute coniugalem statum electurum: eritq; promissio sponsaliorum sub conditione, si coniugalem vitam promittens elegerit. Poterit tamen continere, atq; in cœlibatu viuere, nec reus erit fractæ promissionis. quod Palud. asserit. in. 4. dist. 27. q. 1. art. 1. col. 2. dicens ex oratione negatiua non contrahi sponsalia. & subdit exemplum: non ducam aliam in vxorem nisi te, quo fit, vt nec matrimonium, nec sponsalia absolute contrahantur his verbis: nolo aliam in vxorem, nisi te. contra Ioan. Brune in tracta. de sponf. conclu. 13. Secundo, subinfertur matrimonium contrahi his verbis: contraho matrimonium & non cum alia, nisi tecum. Sic etiam erunt sponsalia. Ducam vxorem, & non aliam, nisi te. Atq; præmissa nostratiũ opinione, cuius meminimus in præcedenti quæstione, si dixero: habebo vxorem, & non aliam, nisi te: erit cum illa contractum matrimonium. Quibus ita discussis exacte potest Doctor. controuersia explicari. Hinc & ipse Adria. fatetur, esse sponsalia contracta, si dicatur: promitto contrahere matrimonium, & non

cum alia, nisi tecum.

Tertio ex eisdem ego deduco intel
lectũ ad tex.in.d.l. Titia.§.fin.vbi ver
9 ba illa : liber ne esto Onesiphore : ita
accipienda sunt, vt omnino sublata
sit hæredi facultas dandi libertatem
Onesiphoro:& sic potentia, vt Doct.
asserunt, illa oratione tollitur, non a-
ctus. Aliter enim verba illa vana fo-
rent:cum eis etiam non prolatis li-
ber Onesiphorus non esset. quod
Bald.animaduertit in dict.cap. cùm
accessissent, de consti.Dictio ergo, ni
si, ibi adiecta conditione, ita, inducit,
vt liber Onesiphorus esse non possit,
nisi redditis rationibus:liber vero esse
possit, si rationes reddiderit.Hæc au-
tem conditio vtilis est testanti, qui vo
luit rationes reddi ab Onesiphoro, pœ
na adiecta seruitutis perpetuæ. Sic tan
dem defendendus est communis il-
lius.§.intellectus.Et si Riminal.in.d.l.
actione.negligenter eũ defendat.qua
in re non placet, nec recipiendus est
Altiati sensus, dum lib. 5. paradox. c.
4.contendit, redditis rationibus One
siphorum liberum fore, & verba illa
testamenti esse referenda ad actum:
ratione per eum adducta, quam prius
subtilis Riminal.excogitauerat in.d.
l.actione. Eodem pacto non est ad-
10 mittendus Stephanus in Necyoman
tia iuris, qui, dialogo.52. Magico car-
mine, Scæuola iurisconsulto, ab infe-
ris euocato, vt illius.§. proprium, ac
germanum sensum ostenderet, existi
mat, redditis rationibus Onesiphorũ
liberum ex testamento fore.cuius opi
nio ex eo etiam corruit, quod indu-
cta ad diminutionem non possunt au
gmentum operari.Sic ergo verba illa
testantis inducta ad adimendam li-
bertatem minime possunt manumis-
sionem dare. qua ratione nouissime
Nicola. Bellonus. libro secundo sup-
putatio.cap.17.præter communẽ opi
nionem defendit, Onesiphorum red
ditis etiam rationibus liberũ nõ esse.
hanc tamen rationem prius scripse-
rant Dinus in regu. peccatum. de re-
gu.iur.in. 6. & Benedict. a Plumbino
in dict.§.vltimo.l.Titia.

Quarto hinc apparet, non contem-
nenda interpretatio ad dict.l.Titia.§.
vltimo.vt non procedat, quando ora-
tio assertiua libertatis premissa foret
illi negatiuæ orationi. Nempe si testa
tor dixisset.Onesiphore liber esto, &
nisi rationes reddideris liber ne esto.

Tunc enim redditis rationibus liber
omnino esset Onesiphor⁹.l.si quis ita
libertatẽ.§.fi.ff.de statu liber. sentiunt
Iason & Altiat.in d.l.actione. ex illa
oratione assertiua libertatis: quæ red
ditis rationibus manet in sua propria
significatione, & libertatem confert.

Quinto, ex hoc apparet verus sen-
sus ad.l.quibus.§.quidam Titio.ff.de
conditionibus, & demõstrationibus.
10 vbi per illa verba, hæres meus ne des
Titio centum, nisi mater mea morie-
tur, conditionale legatum est: & mor
tua matre debetur:ex eo enim proce-
dit, quia ante illam orationem premis
sa fuit oratio assertiua, quæ centum
illa dederat Titio ex legato. Sic enim
dixit testator: centum lego Titio, &
subdit, hæres meus ne des Titio cen
tum

tum, nisi mater mea moriatur.

EX. CAP. SEQUENTI.

1 AEtas conueniens reipublicæ ad matrimoniũ contrahendum.
2 AEtas ad matrimonium iure canonum necessaria.
3 AEtas à canonibus requisita ad matrimonium malitia præueniri potest, atq; inibi declaratur quid sit hæc malitia. 2
4 Infans an possit matrimonium contrahere, malitia præueniente ætatem. vt Hosti existimat,
5 Proximus pubertati quis dicatur, in matrimonio, cæterisq; actibus?

CAPUT. 5. DE AETATE *ad matrimonium requisita.*

1 VA ætate conueniat rei publicæ matrimonium contrahi, quave contrahi id possit, vt valeat, plurimum distat. Et philosophi varie scribunt de ætate qua conuenit marem & fœminam matrimonio coniungi. Marem etenim fere in tricesimo ætatis anno, fœminam vero pubescentem decimoquarto anno, posse decimoquinto nuptijs copulari, auctor est Hesiodus, cuius carmina Ioan. Stobœus adducit sermone. 69. multo diligentius quam Ludoui. Cœli.li. lect. Antiq.15.c. vigesimo. Aristo. autem.lib.7. Politicorum capit. 16.admonet, marem esse coniungendum cum fœmina paulo ante tricesimum septimum annum, fœminam vero in decimooctauo. cui subscribit Andr. Tiraq. in legibus cõnub.l.5. ad finem. * multa hac de re tradens. Sed & Plato libro sexto de legibus.& Demosthenes in oratione aduersus Stephanum, qui ex Atheniensium lege id ipsum refert, eandem legem existimant reipublicæ conuenire.* Canonibus tamen ad matrimonij vinculum ætas diffinita est duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in viro.ca. puberes.c.attestationes.capit. continebatur.cap.ex literis.de despon. impuber.l. quæsitum.l.in sponsibus. vbi glos. ff. de sponsa.l. mulierem.ff. de ritu nuptia. Qua in re extant pulchra verba Macrobij.libro.1. in somni Scipionis capi.6.is inquam, de puero sic loquitur. post annos autem bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. tunc enim moueri incipit vis generationis in masculis, & purgatio fœminarum. Ideo & tutela pueris, quasi virile iam robur, absoluitur, de qua tamen fœminæ propter votorum festinationẽ maturius biennio legibus liberantur. Hactenus Macro. qui votorum festinationem appellat, quam nos doli capacitatem, aut malitiam ætatem supplentem dicimus. Alias etiam rationes huius legalis discriminis inter marem & fœminam, ipse Macro. notat libr. 7. Satur. cap. 7. Verum ante dictam ætatem prohibetur à canonibus carnalis coniunctio, ne postmodum dubitetur de matrimonij valore, propter malitiam, quæ forsan aderat, & supplere ætatem poterat.tex.in.c.2. & ibi Abb.& Præp.de desponf.impub. Hęc tamen ætas à canonibus diffinitur, quia tunc præsumitur quis habilis ad copulam, & ad consensum coniuga-

lem.quod colligit ex dict. c. puberes. vbi glo.finalis hoc notat. Tamen dũ subdit ille tex.puerperã dici illã, quæ parit in puerili ætate,receptũ hoc non est apud Latinos Iurisconsultos, qui puerperam appellant quãcunq; fœminam,quæ recens est a partu.l.illa verba optimus.ff.de verb.signifi.vbi Altia.dictionis originem deducit.Igitur si quis etiam post decimum quartũ annum habilis non sit ad copulã, matrimoniũ contrahere nõ potest: interim tamen dum id legitime cõstat, matrimonium iudicandũ est,atq; expectandum est tẽpus aliquod, ex quo posit colligi,illum inhabilem esse ad carnalem coniunctionẽ.c.laudabilẽ. de frigid.Sic ergo is minor expectãdus est, donec constet ipsum nõ ex debili ætate,sed ex frigiditate, natura ipsa, esse omnino impotentẽ:alioqui infirmus, qui debilis est, illo tempore matrimonium contrahere non posset:quod falsum est.Vnde matrimoniũ contractũ a maiori quatuordecim annorũ, & si tunc non posit carnaliter cũ fœmina cõmisceri,nec generare valeat, nihilominus tenet.ita Hostiẽ. Ioan. Andre. Card.& Henr.in.d.c. puberes. primã opinionẽ.glo.ibi sequuti.Ange.verb. matrimonium.3. impediměto.16.§.6. Sylvest.ver.matrimoniũ. 5.q.7.& est opinio cõmunis secundũ Abb.in.d.c. puberes. qui eam asserit æquiorẽ esse. licet contrariã verioręm esse opinetur.

Hinc patet ætatẽ hanc à canonibus
3 requisitã malicia supleri, vt probatur pluribus canonibus, sed potissimũ in cap.de illis.in.2.de desp. impub.c.puberes.cap.fi.eo.tit.Malicia vero ista in duobus cõsistit,in discretione scilicet, ad consensum coniugalem intelligendum,& in potẽtia ad carnalẽ copulã. atq; hæc malicia ob id prudẽtia appellatur in.d.c.fi.& probãtur hæc in glo. cap.de illis.verb.malicia, & verb. copula.ibi. idem notant Innoc. Abb.& Præp.Regia.l.6.titu.1.part.4.potentia vero ad copulã probatur, etiam si inter coniuges copula non fuerit præmissa,si ipsa ab alio fuerit cognita, & ipse cum alia fœmina carnale commercium habuerit.glo.&Doct.in.c.1. §.i.de despon.impub.in.6.quam communiter esse receptam fatetur Præpo in dict.cap. de illis. Item ex aspectu, alijsq; verisimilibus signis: vt ibi notant Inno.Abb.& Præpo.Allegans tamen impuberem cum fœmina aliqua copulam carnalem habuisse, probare debet actum copulæ, quod si,pbare copulam velit, ex eo q̃ fœmina cohabitãs cum impubere reperiatur corrupta,oportet probare illã impuberi traditã fuisse virginẽ, & tempore cohabitationis cũ eo, corruptã reperiri,secundũ Domi.cõs.24.col.4.sentiũt Hosti.& Præp.in.d. c.de illis. Ex quibus satis colligi potest, non sufficere ad coniugium inter impuberes potentiam ad copulã,nisi discretio ad cõsensum coniugalẽ cõcurrat.pro quo tex. adest insignis in cap.continebatur.de desp.impu.vbi ex cõmuni intellectu probatur,copulã ibi à Roma.Pontifice perpẽsam fuisse in proxima pubertati, ex eo quod discretio ratione ætatis proximæ pubertati pręsumat: vnde ex ætate proxima pubertati præsumitur discretio,& prudentia: non tamen præsumitur potentia coeũdi.Sic econuerso ex nixu coitus præsumitur potentia,non tamen discretio.text.in c. attestationes. cuius alibi meminimus.de desp. impub.Imo ipsa copula satis potentiam arguit: non tamen discretionem.vt in dict.cap.continebatur. Nec consensus expressim præstitus cum discretione,idest,iuxta ipsam pubertatem arguit potentiam coeundi,nisi nixus pręcesserit.vt in dict.cap. attestationes.Ex quibus etiam subinfertur, proximum ætati,matrimoniũ contrahere non posse,nisi in eo præsumi posit coeundi potentia. text. in.c. ex literis.de desponf.impub.ibi, compleat.& rursus ibi,peruenerit.Nec mihi placet Hostien. opinio in dict.c.puberes.dicẽtis infantem, qui sit potens ad coeundum,posse matrimoniũ contrahere. Nam cum cõsensus sit etiam necessarius, nõ efficit matrimonium copula:igitur,nisi in illo infante adesset discretio maxima, non esset iudicandum matrimonium ex potentia coeundi.ita Abb.in dict.c. continebatur.not.Pręp.in dict.cap.puberes.vbi
4 ipse Hostiens.fi.col. hoc ipsum explicat,& cõprobatur ex decisione eiusd. Abb.in.c.1.de delict.pueror. Raro tamen contingit coeundi potẽtia infantibus:imo nec maioribus septẽnio ante duodecimum ætatis annum.tamet si glo.in sum.20.q.1.meminerit pueri, qui cum esset nouem annorũ nutricẽ impręgnauit.ex autoritate Diui Gregorij,qui id narrat lib.4.dialogo.c.19. testatur etiam Hierony.in epistola ad Vitalem presbyterum,se audisse,puerum quendam in decimo anno grauidam fecisse eius nutricem:vbi subdit, Salomonem in decimo anno genuisse Roboam.Achaz etiam in anno ætatis vndecimo Ezechiã procreasse, idẽ scribit:* vtrumq; tamen certum omnino nõ esse,apparet ex ipsius Hieronymi posteriori opinione, & falsum esse cẽset Francis. Connanus lib.8.cõmẽt. iuris ciuilis.c.4.* referunt aliqua ex his Ludo. Cælius lib.8. lect. antiq. cap.8. Ioan.Igneus in.l.1.§. impubes. nume. 9.ff.ad Syllanni.&Andr.Tiraquel.de iure maritali.l.5.

Cæterum,quia ad hanc rem condu
5 cit plurimum scire,quis dicatur proximus pubertati: notandum est, proximum pubertati eum dici, qui annum decimũ & dimidium peregerit, si sit masculus:fœmina vero proxima est pubertati, si nonum annũ cum dimidio cõpleuerit.glo.in.§. pupillus. inst. de inut. stipul. & in.l. pupillum. ff. de reg.iur.quas esse cõmuniter approbatas asserit Ias.in.l.properandum.§.&si quidem.C.de iudic.Soci.in.l.1.§.adipiscimur.ff.de adquir.poss.Areti.in.d.§. pupillus.Deti.in.d.l.pupillum. & probantur Regia.l.8.titul.31. part.7. Sunt alij,qui,quo ad delicta illum esse proximum pubertati, opinantur, cui ad ætatem perfectam sex tantum mẽses deficiunt. Bald.in.l. excipiuntur. ff.ad Syllanni.quẽ Ias.sequitur in authẽ.sacramẽta puberum. nu.15. C. si aduers. vend. idem Ias.in dict.§.& si quidem. Alij eandem hãc opinionẽ vltimã sequũtur

quũtur non tantũ in delictis: ſed & in alijs quibuſcunq; actibus. gl.in.c.atte ſtationes.& in.c.cõtinebatur.de deſp. impub. probat text. in.l. notantur. ff. de excuſat. tutor. notat Zaſius.q.2.de Iudæis.late Ioan. Igne.in.l.1.§. impubes.ff.ad Syllani.quam opinionem in coniugali cõtractu dicit eſſe communem Ioan.Staphilæus.in lib.de literis Grati.& Iuſti.fo.74.His tamen omiſſis arbitrio iudicis opinor relinquendum fore, quis dicatur proximus pubertati.Hoc enim iudex arbitrabitur ex diſcretione pueri,& ex alijs circun ſtantijs cõtingentibus. ita Faber in.d. §. pupillus. Saly.in l.impunitas. C.de pœnis.Anani.in. c.1.de delict. puero. Anto.in.c.atteſtationes.in fine.Abb. & Preр.in.c.cõtinebatur.de deſpõ.im pub.Deti.in.d.l.pupillũ.col.2. Hoc tamen arbitriũ iudicis,ante illam ætatẽ, communi opinione diffinitam,nõ eſt paſsim exhibendũ:imo iudex, qui ante illam ętatẽ arbitrari debet,puerum eſſe proximũ pubertati, maximis adducendus eſt cõiecturis,& cautiſsime id aget,ac tandẽ raro. At poſt illã ætatem,non exiget iudicis arbitrium, ita vrgentes coniecturas: ſat enim erit aliquot mediocria ſigna perpendere, ex quibus arbitretur, puerum eſſe proximũ pubertati.Illum vero puerum,cui ſex tãtum menſes ad ætatem perfectã deerunt,audacius, ac leuioribus argumentis,proximum eſſe pubertati arbitrabitur. Ex his omnino falſa eſt gloſ. in.c.1.de delict.puero.quæ tex.dicentem,puerum doli capacem, puniẽdũ eſſe,intelligit,in puero ſeptenni. Ad illius tamen tex. intellectum legendus eſt Deti.in.l.fere.ff.de regu.iur.& Hippoly.in.l.ſi quis te.C.de ſicarijs.

EX CAP. SEQUENTI.

1 Matrimonium contrahi non debet ab exiſtenti in peccato mortali, contractum tamen tenet.
2 Periurus matrimonium contrahere non debet ſi tamen contrahat,tenet contractus.
3 Excommunicatus, ſi cõtrahat matrimonium, valet ipſe contractus, idem de profeſsione religionis ab eo facta.
4 Inceſtus crimen,quo pacto matrimonium impediat.
5 Homicidium presbyteri, an impediat matrimonij contractum?
6 Interdictum,eccleſiæ,vel iudicis an irritum faciat matrimonium,poſt prohibitionem contractum.
7 Clandeſtina coniugia an tenẽant,quaq; ratione prohibeantur?
8 Clandeſtinum matrimonium, an ſit peccatũ mortale?
9 Intellectus ad conſtitutiones, excommunicantes eos, qui contrahunt clandeſtina coniugia.
10 Clandeſtinum matrimonium,quod dicatur.
11 Clandeſtinum matrimonium, etiam ſi probetur legitime, non præfertur ſecundo, in facie eccleſiæ contracto.
12 Clandeſtinum matrimonium,dato aliquo impedimento, prolem illegitimam reddit non obſtante vtriuſq; parentis bona fide.
13 Clericus, qui interfuit coniugio clandeſtino, qualiter puniatur.
14 Suſpenſus ab officio, an ſit ſuſpenſus à beneficio?
15 Epiſcopus,an poſsit ſuſpenſionis pœnam tollere,propria diſpenſatione?
16 Suſpenſio ad tempus, finito tempore:tollitur, abſq; abſolutione: ſecus eſt in excommunicatione.
17 Lex Taurina.49.defenditur.
18 Inferior, qui legem principis tollere non poteſt,addere tamẽ pœnas legi ſuperioris,optime poterit.
19 Vſurarum crimen poteſt per leges ciuiles puniri.
20 Lex regia de vſuris,defenditur.
21 Lex Tauri. 49. rurſus in praxim deducitur, & varie intelligitur.& num.22.

CAP.

CAPVT. 6. DE HIS QVÆ *matrimonium impediunt.*

1 EX HIS quæ hunc contractum illicitũ reddunt quædam ſunt quæ impediunt matrimoniũ contrahendum: non tamen diſſoluunt illud,ſi contrahatur.Quædam,& ſi ante cõtractum cõtingentia illud omnino impedirent, & cõtractum irritum facerent:poſt illũ tamen accidẽtia,nõ dirimunt matrimoniũ. Quædam vero ita impediunt, vt contractus matrimonij nullus ſit ipſo iure. Et primaqdem varie proponi poſſunt. Nam exiſtens in mortali crimine,nõ põt abſq; nouo peccato matrimoniũ contrahere. Tractat enim indecenter ſacramẽtũ hoc maximũ. autore Floren.3.par. ti.1.c.19.§.fi. cui accedit egregi° Doct. Mart.Nauar.in princ.de pœnit.diſt.5. in.6.par.glo.nu.33.&.39.idẽ cõprobat Coloni.Conciliũ.tit.de matrim.c.verbum. & per totũ illũ matrimonij tractatum diſſerens, religioſe tractandũ fore hoc ſacramentum.Et tamen contractum matrimoniũ ab eo,qui mortali peccato eſt irretitus, valet. quod paſsim receptum eſt,nec cuiquam dubium videtur.Item cõtra iuramẽtum
2 à periuro matrimonium cõtractum, firmum eſt.c. de illis.de ſponſa.aptior tex.in.c.ſicut.eo.tit.gloſ.in.c.mulieri. de iureiur.gloſ.in.c.fi.de procurato.in 6.cũius & nos meminimus.in.c.4.huius ſecundæ partis. Actus etenim ſpiritualis, cuius laicus capax eſt, contra iuramentum factus valet.notat Imol. in.c.dilecto.de præbend.Alex.Imolẽſis.conſil.16.col.2.vol.3.idem Imol. in c.cum contingat. de iureiur. num.81. Deti.in cap.cum acceſsiſſent. de cõſt. nu.6. Imo etiam actus ſpiritualis, qui in laicum cadere nõ poteſt,factus contra iuramẽtum validus eſt. Abb.in.d. c.dilecto.vbi dicit hanc eſſe communẽ. Alexan.in.l. ſtipulatio hoc modo. col.3.ff. de verb.oblig. idẽ aſſerit eam ſequutus Altia. in.d.c.cum cõtingat. num.180.idem Selua.in tract. de benefi.3.par.q.27.licet in hoc vltimo Inno. in dict.c. dilecto. teneat contrarium. quẽ ſequuntur Imol. & Deti.in dictis locis. Alex.in.d.conſil.16. Anto.in.c. cũ.M.2.col.de cõſt.& deciſio Rotæ in antiquis.140. per text. in.d.c. dilecto. cui conãtur reſpõdere qui cõmunem ſentẽtiã approbant. quod hic altius di
3 ſputare non vacat.Sic etiam matrimoniũ cõtractũ ab excõmunicato validũ eſt.text.in.c.ſignificaſti. de eo,qui duxit in matri.quã pol.per adult.ſing.ſecundũ Franc.in.c.decreuit.de hęre. in 6.eundẽ in.c.1.col.3.de excep.eod.lib. Feli.in rub.de ſponſ.col.5.quẽ text.ad idem valde cõmendat Io. Maio.in.4. ſent.diſt.29. ad finem. notat gloſ.in.c. illud.95.diſt. & in cap. alma mater. de ſent.excõmuni.in.6.verſi.ſacramẽtis. ꝓbat & hoc optimus tex.in.c.cũ illorum.de ſent.excõmu.vbi profeſsio facta ab excõmunicato omnino valida eſt. quod Abb. ibidem notat, & poſt eum Feli.dicens eũ text.ſing.eſſe.atq; idem Feli.in.c.fi.col.2.de excep. idem probat Abb.in.c.veritatis. de dolo & contu.num.35. idem in.c.ex publico.

de

de conuerſ.coniug.Etiam ſi excõmu-
nicatus per reſcriptũ principis, ab eo
impetratũ tempore excõmunicatio-
nis, profiteatur religionẽ. Hæc enim
profeſsio valida eſt.ſecundum Ludo.
Gomez in.c.1.num.32.de reſcrip.in.6.
contra Feli.in dicto cap.cum illorum.
& in dict.cap.fin.cuius opinio quo ad
effectum profeſsionis falſa eſt.

Secũdo, matrimonium prohibetur
ob crimẽ inceſtus,cõmiſſum cum affi
ni.c.1.c.ex literis.de eo,qui cog.cõſan.
4 vx.ſuæ.c.qui dormierit.32.q.7.nõ tan
tum quãdo quis carnale cõmercium
habuit cum conſanguinea vxoris,ve-
rum etiã,quando cognouit carnaliter
fœminã illam, cũ qua habet publicæ
honeſtatis iuſtitiæ impedimẽtũ. Hoc
tamen vltimo caſu prohibitio tãtum
fit durante vita alterius delinquentis.
c.duo pueri.de deſponſ.impub.Con-
tractũ tamen matrimonium firmum
eſt,etiam vtroq; caſu, non obſtante di
cta prohibitione.glo.in.c.2.de pœnit.
& remiſ. Regia.l.14.&.13.tit.2.part.4.
Qua in re illud adnotandũ eſt,ob cri-
men inceſtus cõmiſsi cum propria cõ
ſanguinea, non prohiberi cõiugium.
Tho.in.4.diſt.34.q.1.arti.fina.Floren-
tin.3.part.titu.1.cap.16.§.4. Sylueſt.
verb. matrimo.7.impedimento. vlti.
& Alphõſus à Caſtro lib.1.de poteſta.
legis pœnalis.c.7.ad finẽ. contra An-
ge.in Sũma.verb.inceſtus.& Regiã.l.
13.tit.2.part.4.& Abb.in.c.1.de eo qui
cogno.conſangui.vxor.vbi hoc ſenſit
per tex.in.c.ſi duo viri.35.q.6.

Tertio, ſi quis clericũ presbyterum
occiderit, in pœnã prohibetur matri-
5 moniũ contrahere:tamen ſi contraxe
rit,tenet cõtractus.tex.ita glo. & Do-
cto. communi ſenſu intellectus. in.c.
presbyterũ. de pœni.& remiſ. Reg.l.
14.ti.2.par.4.Sic ſpõſus prohibetur cũ
alia,quam ſpõſa,cõtrahere matrimo-
niũ:& tamen ſi contrahat, matrimo-
niũ tenet. vt cõſtat ex his, quæ prima
huius operis parte adduximus. cap.5.

Quarto, coniugiũ contrahi non de
bet contra prohibitionem iudicis: ta-
6 men ſi contrahatur, valet contractus.
text.in.c.1.cũ alijs.de matri.contracto
cõtra interdi. eccleſ.Idem erit,ſi cõtra
prohibitionem legis,aut Roma.Pon-
tificis,quando illa prohibitio habet tẽ
poralem,nõ perpetuã cauſam prohi-
bitionis.glo.in.c.tua.de ſponſa. duor.
vbi Abb.idem Abb.in.c.ad diſſoluen
dum.de deſponſa. impub.Domi.con
ſil.33.col.5.per cap.fina.de matri. con-
tract.contra interd.eccleſ.notat Deti.
in.c.2.col.2.de teſti. notat & gloſ. inſi-
gnis in cle.1. verſi. inhibentes. de iure
patro.quam Alexand.Imolenſ.com-
mendat in.l.1.col.2.ff de lib.& poſthu
mis.dicit ſolẽnem Iaſ.in.l. non dubiũ.
C.de legib.num.18. dicit tamen Deti.
in dict.cap.2.hoc eſſe ſpeciale in matri
monio. quod dubiũ eſt ex prædictis.
Fit autẽ ſeparatio matrimonij ita con
tracti,ad tempus in pœnã, glo.in.d.c.
tua.quã dicit ordi.Felin.in.c.pe. col.5.
de cõſtitu.Hinc patet,matrimoniũ ex
legis prohibitione lite pẽdẽte cõtrahi
nõ debere.c.tua nos.de ſpõſ.duo.c.cũ
apoſtolica. de ſponſ. tamẽ cõtractũ te
net.tex.in.d.c.cũ apoſtolica.iuxta cõ-
munẽ eiꝰ intellectũ. niſi cõtrahẽs cre-
diderit

diderit primũ matrimoniũ,ſuper quo
litigatur,validum eſſe: tũc enim eſſet
defectus conſenſus.ita Abb.in.d.c.cũ
apoſtolica.cuius mentionem egimus
parte hac ſecunda, vbi tractauimus,
quando error matrimoniũ impediat.

Quinto,matrimonium cõtractum
clam valet. c.nec illud.30. q.5. c.1. vbi
7 Abb.& alij de clandeſt.deſpõſa.Tho.
in.4.ſenten. diſt.28. art.3. Deti. conſil.
231.nu.6.idem Deti.conſil.163.num.3.
Præp. poſt alios in rub. de cland. de-
ſponſ. Prohibetur tamen ab eccleſia
hic clãdeſtinus matrimonij cõtractus
propter dãna,quæ reipub.ex his coni-
ugijs clandeſtinis contingunt quoti-
die.Lites etenim oriũtur plures,ac di-
ſcordiæ maximæ.Vnde in cap.1.30.q.
1.Potius,inquit tex.hęc clãdeſtina ma
trimonia adulteria appellanda ſunt,
quam cõiugia:quæ etiam doctiſsime
reprehẽdit Coloniẽſe cõcilium.tract.
de matrimonio.cap.incipienti. De ri-
tibus.&.c.verbũ itaq;. Regia.l.fi.tit.3.
part.4. Nam & Apuleius.lib.6. Aſini
Aurei inducit Venerem argumentã-
tem non videri legitimas nuptias in-
ter Cupidinẽ & Pſychẽ,ob diſtãtiam,
& q̃ res acta eſſet furtim,& ſine teſti-
bus,patre nõ cognoſcente.quæ verba
retulit Vergil.Poly.lib.5.de inuen.rer.
c.5. Quo fit vt mortale peccatum ſit,
matrimoniũ clandeſtine contrahere,
niſi adſit cauſa aliqua,ex qua talis con
tractus,circunſtantia illa videri poſsit
8 licitus.Quemadmodũ ſi virgo ſub tu
tela iniqui tutoris cõſtituta clandeſti-
ne contrahat,ne tutor eam viro igno-
bili,ac indigno tradat in vxorẽ.ita Ca
ieta.2.tomo Opuſculorum.q.2.de vſu
matri.& Henric.in cap.fina.in fine.de
cland.deſponſ.Sic intelligẽda eſt glo.
in.c.noſtrates.30.q.5. quæ dixit,pecca
re mortaliter cõtrahentes clam.vti eã
refert Præp.in rub.de clãd.deſpõſ. gl.
tamen non addit illud aduerbiũ, mor
taliter. Ex quibus ego etiam dicendũ
cẽſeo,nõ peccare mortaliter clam cõ-
trahentes, quãdo ipſi prius in facie ec
cleſię bona fide contraxerant, qui tan
dem poſtmodũ ſciũt, ſubeſſe aliquod
impedimentum,ac ſecrete impetrant
diſpenſationem à Romano Pontifice,
& nouo præſtito conſenſu,ex vi diſpẽ
ſationis ob euitandum ſcãdalũ, clam
contrahunt matrimonium, vt res tu-
tius agatur. hi equidem non peccarẽt
mortaliter, imo nec venialiter, vt do-
cet Caieta.in.d.q.2. tametſi vere & p-
prie hoc matrimonium,minime dica
tur clandeſtinum autore Ambroſio
Cathari.lib.5.contra Caietanum.

Hinc in pluribus dioeceſibus,ſyno-
dali cõſtitutione excõmunicãtur ipſo
9 iure clam contrahentes matrimoniũ.
Quæ quidem cõſtitutio Salmanticæ
ſancita eſt.nu.42.vbi etiã additur pœ-
na pecuniaria.atq; ibidẽ.cauet,ita ex-
cõmunicatos vitãdos eſſe abſq; denũ-
tiatione.quorũ primum frequentiora
fecit matrimonia clãdeſtina. Secũdũ
apparet repugnare cõſtitutioni Mar-
tini quinti quæ incipit,Ad euitãda ſcã
dala.quę ſtatuit nõ teneri,quem,euita
re excõmunicatos, etiã à iure, donec
nominatim denuncientur. Vnde con
tra legẽ ſuperioris lata dicta Synoda-
lis cõſtitutio,hac in parte dubia videri
poteſt.

poteſt.ex.c.cum inferior.de maior.& obed. Verum poſt ſpõſalia de futuro, ſi ſponſus cognouerit carnaliter ſponſam, hac excõmunicatione vtrũq; ligari, expreſsim notat Hadria. in.4. q. 11.de matri.in reſp.ad.3. dicens ex hoc præſumi,ab eis contractum fuiſſe matrimoniũ clandeſtine. Oportet tamen tractare,quod dicatur matrimonium clandeſtinũ. Et primo,dubiũ non eſt, illud dici clandeſtinũ,quod ſine teſtibus fit.Sed tota controuerſia eſt,an illud matrimoniũ dicatur clandeſtinũ, quod contrahitur nõ præmiſſa ſolennitate,quæ in.c.cum inhibitio. de clãdeſt.deſp.exprimitur. & in.l.1. titul.3. par.4.quãuis publice contractũ ſit, in conſpectu maioris partis viciniæ, ſeu vicinis ipſis ſcientibus:& Abb.in.d.c. cum inhibitio.aſſerit ex ratione illius. tex. hoc matrimoniũ non dici clandeſtinum:cũ publice contrahatur. idem Ioan.Lupi.Segobiẽſis in tract.de matrimo.fo.6.col.4.Sylueſt. verb. matrimoniũ.2. in fine. & hæc opinio moribus recepta videtur. teſte Palud.in.4. ſent.diſ.28.q.2.art.3.cõcluſ.3.Id enim, quod fit ſcientibus vicinis,dicitur publice fieri.notat Ioã.Lupi.in.c.per veſtras.3.notab.§.21.num.14. Nec obſtat Bar.ſententia.in.l.fi.ff. de ritu nup.dicentis, illud fieri clam, quod fit omiſſis his, quæ in eius actu à lege requirũtur:id enim procedit,niſi aliquid æquiualens,in actu interueniat,ex quo effectus à lege prætenſus deducatur, vt in hoc matrimonio contracto publice euenit.Cæterum quando dicantur alij actus clam fieri, explicat Iaſ. in. l. clam poſsidere.col.1.ff.de adq.poſſ.& Deti. in. l. quo tutela. ff. de regul. iur. Hæc vero opinio Abb. comprobatur ex tex.in.d.c.cum inhibitio.§.1.adiuncta eiuſdem Abb.& Præpo. ibi. col.5. &.6.interpretatione,vbi ſcribunt,matrimonium dici contractum in facie eccleſiæ,quod contrahitur in congregatione fidelium.Hinc plurima deducenda ſunt, vt videamus quam iniurioſe clandeſtina matrimonia contrahantur, quãq; ſint ipſis canonibus,ac legibus ciuilibus inuiſa.

Primo,ex hoc vitio matrimonij clãdeſtini inſurgit inſignis Vincent. ſententia in.c.2.de clandeſti. deſponſ.qui 11
aſſeruit, matrimonium ſecundum publice contractum, præferri primo clãdeſtine cõtracto,quod probatur vno integerrimo teſte, & fama, etiam ſi ſecundum, duobus tantũ teſtibus probetur.Nec ſtandum eſt priori contractui,ſed illi, qui ex eccleſiæ conſtitutione clariorem probationem habet: tametſi alias vnus teſtis cum fama plene probet. idẽ Abb. ac cæteri, in dict. c.2.& eſt ſpeciale in hoc caſu,vnum teſtem cum fama nõ probare matrimonium clandeſtinum,in præiudiciũ ſecundi in facie eccleſiæ contracti. Feli. in.c.1.vt lit.non conteſt.2.col.ex deciſione Vincentij. quæ cõmunis eſt. teſte Soci.conſ.119.3.vol.& conſi.270.2. vol.Aret.conſ.13.in.3.dubio. Ludoui. Gozad.cõſi.77.licet de opinione Vincent. dubitet. Cardi. in.d.c.2. Aret.in d.conſi.13.Barb.& Deti.in locis paulo poſt citandis. Verum intelligenda eſt Vincent.opinio ita,vt locum non habeat,

beat, quando ſecundum matrimonium in facie eccleſiæ contractũ fuit habita ſcientia primi, & ſub conditione,ſi primum clandeſtinum vere nõ 12
præceſſerit,vel irritum fuerit. Hoc enim caſu refertur ſecundus contractus ad primum, qui probari poteſt per legitimas probationes, & ordinarias.ita Barb.conſi.40.col.2. in. 3. vol. Secundo, locum non habet Vincẽt. aſſertio,quando ſecundum matrimonium contractum fuit lite pendente ſuper primo clandeſtino: ex eo enim quòd lite pendente fuit contractum, amittit priuilegiũ illud, quod ei Vincent.tribuendũ fore exiſtimat. Sic notat Ioan.ab Imola in conſ.125. & Deti.conſ.163.col.4. Tertio, ex eodẽ Detio communis opinio locum ſibi nõ vendicat,vbi pro matrimonio primo clandeſtine contracto adſint aliquot indicia præter dictam probationem: nempe nominatio coniugalis,ſubarratio,copulave: ex quibus opinor, vt plurimum hanc rem arbitrio iudicantis diffiniendam eſſe, quod placet Areti.conſi.82.col. 4. ſenſit Bald. conſi. 51.volu. 4. Pluribus enim dicta Vincent. opinio dubia videtur:atq; dubiũ magis videri poteſt quod Abb. ex ea ibi adnotauit dicens,data probatione, à duobus facta,de titulo alicuius rei, non præferendum probantem plene priorem titulũ,ſed eum, qui plenius probauerit. refert & ſequitur Ant. Corſ. in ſing.verb. probatio. Sed eſto quod Vincent.opinio procedat, propter vitium, quo matrimonium clandeſtinum contrahitur: non tamen vi detur opinio Abba.vera.

Secũdo ex eodem vitio clandeſtini matrimonij ab eccleſia cautũ eſt,prolem illegitimã fore ex clãdeſtino matrimonio ſuſceptam, etiam bona fide vtriuſque coniugis, ſi matrimonium illud ob conſanguinitatem, vel affinitatem,irritum fuiſſe conſtet. tex.in.d. c.cum inhibitio.§.1.de cland.deſpõſa. Regia.l.2.tit.15.part.4.Atq; idem erit, in quocunq; alio impedimẽto.Innoc. & Card.in.d.§.1.Hoſti.Ioã. And.Anto.Ancha.Abb.& Præp. in cap.ex tenore.qui fil.ſint leg.Nam quãuis text. in.d.§.1. pœnalis ſit: non tamen ob id reſtringendus eſt: cum fauore animæ ſit conditus:imo ampliãdus.ita Abb. in.d.cap.ex tenore. poſt glo. in.c.ſciãt cuncti.de elect.in.6.verſi. alios. Bart. & Iaſ.ibi.num.72.in auth.ſacramenta puberũ.C.ſi aduerſ.vend. Ioan. And. in.c.1.de homi.in.6.Barb.in tracta. de præſt.Card.1.part.quæſti. 7. col. fina. Catellianus Cotta in vltimis Memora.dictione.anima. Vnde falſa eſt Gofred.& Vincenti.opinio dicentium in dict.c.ex tenore.præfatũ text.in.d.§.1. non habere locũ,in impedimẽto alio quam ibi expreſſo,quos Domi. ſequitur conſi.66.& Ioan.Lupi. Segobienſis in tract. de matri. fo. 6. col.4. & ſequẽti. Hæc tamen illius. §. pœna locũ non habet,quando matrimoniũ eſſet clandeſtine cõtractũ in periculo mortis cũ ea,ex qua prolẽ ipſe ægrotãs ſuſceperat:licitus enim eſt talis contractus:nec illo tẽpore vacat, publice,ac ſolẽniter contrahere. quod eleganter probat Domi.conſi.66.col. pen. & fi.

Tertio, ex hac eadem prohibitione presbyter parochus, qui negligit clan
13 destina coniugia impedire, suspendẽdus est per trienniũ ab officio. atq; ea dem pœna puniẽdus est quilibet alius presbyter, qui clãdestino coniugio interfuerit. text. ita cõmuniter intellect⁹ in. d. ca. cum inhibitio. §. fin. Hic vero ab officio suspensus, à beneficio etiã censetur interim suspensione durante segregatus. Præpo. in. d. §. fi. glo. Abb. & alij in. c. latores. de cler. excõmu. minis. gl. & ibi Ancha. in cle. fi. de pœnis. Sylvest. verb. suspensio. q. 5. Abb. in. c. vestra. colũ. 4. de cohab. cleri. & mul. Ex quibus cõstat, suspẽsum ab officio
14 ob crimẽ graue, etiã suspensum esse à beneficio. Sin autẽ suspensus quis esset ab officio ob contumaciam, vel ob crimen leue, non esset ex hoc à beneficio suspensus. quemadmodum dicti Doct. asserũt. Ab hac vero suspensione. dict. §. fina. episcopus absoluit. secundum Præp. ibi. cum non sit reseruata Papę. c. nuper. de sen. excõmuni. qui text. locum habet, etiam in suspẽsione. Innoc. in cap. 2. de solu. Dicta tamen interpretatio Præp. quam prius Hostien. & Card. ibi probarunt, falsa est: vti docet, vrgentissima argumentatione, iuris vtriusq; vir consultissimus, Ioannes Bernardus à Luco: qui ob eius summam integritatem, ingentem, vberrimãq; doctrinã, ad Indicæ ditionis summum prætorium à Cæsare selectus, eodẽq; munere sincere functus Calagurritanæ, & Calciatensi ecclesijs præsul ab ipso Cæsare designatus, tandẽ Romani Pontificis, & Cardinalium summo suffragio, vt Christianæ reipub. esset maximũ ornamẽtum, episcopi titulo insignitur. Is in quam in practi. crimi. canoni. c. 67. ab hac opi. recedens contrariã expressim asserit. si quidem illa Inno. decisio tũc demum locum habet, vbi quis à iure suspẽditur indefinite, nullo præfignato termino: vbi vero terminus suspensioni adiectus esset, cõstat episcopum
15 intra illum nõ posse à suspensione absoluere. glos. & ibi Imol. in clemen. 1. §. verum, de hæret. quam Præpo. sequitur in summa. 50. dist. col. 2. Feli. in ca. nuper. de sent. excõmu. dicit eã sing. Abb. in. c. quã sit graue. de excess. præ. idẽ in. c. tam literis. de testi. 2. col. asserit cõmuniter esse approbatã, licet ab ea discedat. Sed in. d. c. cum inhibitio. §. fi. suspensioni certũ fuit adiectũ tempus: ergo episcop⁹ ab ea absoluere nequit. Præterea, multo minus locũ habet Host. Card. & Præp. intellectus, si eligamus opinionẽ illam, quæ dictat, suspensionem à canone inductã propter delictũ, & in pœnã, non posse ab episcopo tolli. glo. in. c. cupientes. §. cęterũ. versi. suspensos. de elect. in. 6. quãuis illa, quæ ob contumaciam inflicta sit, bene posit ab episcopo remitti. Domi. in. d. §. cæterum. Paul. in cle. 1. de reb. eccles. Abb. in. c. 2. de solu. idẽ Abb. in. d. c. tam literis. col. 2. Feli. in. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. Siquidem in. d. §. fi. negari nõ potest, suspensionem in pœnam delicti, non ob contumaciam à iure indictã. Vtcũq; ergo sit, episcopus non potest illam suspensionem tollere, quæ in. d. §. fi. pro illo

illo crimine infertur. Præmaxime cũ sit illa constitutio à concilio cõdita, & episcopi nequeunt contra concilia dispensare, ex frequẽtiori sententia Docto. in. c. at si clerici. §. fi. de iudic. Nec tamẽ mihi placet quod Paul. Abb. & sequaces, de suspẽsione à iure ob cõtumaciam lata, scribũt dicẽtes, posse ab episcopo tolli. Aut enim cõtumax ad certum tempus suspẽditur: & tunc suspensio nõ est inducta, vt esset suspensus à contumacia, sed in pœnã delicti
17 commissi contẽnendo superioris mãdata: quo casu ipsi asserunt, suspensionem ab episcopo non posse tolli: aut simpliciter inducitur suspensio ob cõtumaciã, & censetur restricta ad tempus, quo durat cõtumacia. tex. & ibi. communis in. c. ex literis. de cõsti. Sed suspensio ad tempus, tollitur absq; ali
16 qua absolutione, elapso illo tempore in ea designato. glo. in. cle. 1. de decimis. versi. donec. dicens, secus esse in excommunicatione ad tempus lata. quã glos. dicit singu. Abb. & ibi etiam Feli. in. c. ad aures. de Simo. sequuntur eam Abb. & Anani. in. c. cũ tu. de vsuris. Domi. in. c. 1. §. si vero. de elect. in 6. col. 2. & est hęc cõmunis opinio secundũ Feli. Deti. & Ripam. notab. 6. in cap. 1. de iudic. vbi Abb. nu. 6. idem tenet: licet Altia. ibi notab. 6. probare nitatur, idem esse in excõmunicatione, quod in suspensione. Imo communis locum habet, etiam in interdicto ad tempus lato: nam lapso tẽpore cessat absq; iudicis relaxatione, vel absolutione. glo. mihi insignis. in cap. non
18 est vobis. de spõsa. à qua Docto. ibi nõ recedunt. Tametsi Ripa. in dict. notab. 6. in interdicto diuersum esse opinetur. His vero, quæ diximus & illud addendum erit: presbyterum, qui matrimonio clandestino interfuit, non esse legitimum testem nec ad probationem semiplenam. vt notat Paris. consi. 57. nu. 37. vol. 4. post Pręposit. in dict. cap. cum inhibitio.

Quarto, hinc erat iure Regio cautũ, virum contrahentẽ clandestine cum
17 aliqua fœmina, tradendũ fore cũ ipsa simul vxore, ipsis consanguineis vxori proximioribus, in seruitutem perpetuam. l. fi. tit. 3. part. 4. quę quidem lex vti rigorosa nimis antiquata fuit. Sed l. 49. Tauri, condita à Regina Ioanna Caroli Cæsaris matre, tribuitur facultas parentibus, exhæredandi filiã contrahentem matrimonium clam: ipsis vero cõtrahentibus, ac testibus pœna amissionis bonorũ omniũ imponit, cũ exilio perpetuo à regno, sub mortis pœna minime violãdo. Cũ tamẽ à principe seculari abdicata sit potestas statuendi leges circa sacramentũ matrimonij. cap. tuam. de ord. cogn. cap. causamq;. in. 2. qui filij sint legi. c. 1. de sponf. dubiũ est, qua ratione. d. l. defẽdi possit. Et Ioã. Lupi. eius interpres, qui in. d. l. condenda suam sententiam dixerat, quippe qui vnus esset è summis Regij prętorij iudicibus testatur, conditores illius legis credidisse potestatem habere ad condendam illã legem, ex gl. in cle. ne Romani. de elect. versi. tolli. dicenti. posse iure canonico inferiorem addere pœnã prohibitioni, & legi superioris: & si cõtra legem

ſuperioris is ſtatuere nõ poſsit. quam glo.dicit ſingul.Feli. in.c.1. de ſponſa. nu.13.cõmen.idem Feli.in. c. 2. col. 2. de probat. & Deti.in.c.quæ in eccleſiarum.de cõſt.col.4.Igitur princeps ſecularis,&ſi non valeat ſtatuere in matrimoniali materia:poterit tamen prohibitioni Romani Pontificis hac in re pœnas addere.Nec oberũt quæ ex Feli.in.d.cap.1.poſſunt obijci,ſcilicet nõ procedere à gloſſa prædictũ argumentum:quia in caſu illius gloſ.epiſcopus habilis eſt,& capax ſtatuendi in qualibet re eccleſiaſtica. At princeps ſecularis minime. Item lex ciuilis, quæ pœnam imponit cõtrahẽtibus matrimonium,eſt nulla,etiam ſi aliquã honeſtam ſolennitatem in nuptijs contrahendis induxerit. notatur in cap.1. de ſponſa. & alibi nos diximus. Ergo & dict. l. Regia nulla erit. quorũ primũ diluitur facile, ſi conſideres,ab epiſcopo eſſe poteſtatem abdicatam condẽdi canones, cõtra ius à Romanis Pontificibus ſtatutum, ac eodem pacto à ſecularibus principibus ius condendi leges,contra pontificũ decreta in materia ad Romanum Pontificem pertinenti,eſſe remotũ. Vnde ſicuti ille poteſt pœnas addere caſu,quo nõ poteſt ſtatuere,ita & hic. Nã & in hoc eodẽ tractatu de matrimonio lex principis ſecularis,iuſta alioquin,& honeſta valet quatenus non repugnat iuri canonico.text. in.c.2.de deſponſa. impub. quem ibi not.Abb.& Fortu. in tract. de vlt.fine.illat.10.col.5.Secundũ multo minus obſtat: quia pœnam imponere contrahenti matrimoniũ, quod iure Pontificio validum eſt, & iuſtũ, non licet ſecularis principi.Cur tamen non licebit pœnam adijcere contrahentibus matrimonia, quæ canones ipſi prohibent?argu.cap.dilecto.in fine.de ſententi. excõmunicatio.in. 6. Alioqui dicendum foret,leges puniẽtes contrahẽtem inceſtas nuptias minime valere.quod ipſe dicere non auderem.Præterea,licet crimen vſurarũ mere eccleſiaſticum ſit.gloſſ.in capit. 1.de offi.ordina.& communis, in cap. cum ſit generale. de foro competen. poteſt tamen à lege ſeculari pœna aliqua vſurarius puniri. ita Iacob. Butri. in.l.improbũ fœnus. C.ex quib. cauſ. infami.irrog.Corne.conſil.19.3.volu. Ioan.Mona. Archi.Ioan.Andr.& Domini.in cap.1.de vſur.in.6.& nouiſsime Carol.Molinæ. de contract. q. 10. ipſe tamen contendit non eſſe crimẽ iſtud mere eccleſiaſticum.ſed & Iaco. Butri.ſequuntur. Fortun.in tracta.de vlti.fine.illat.5.ad finem. Altia.in dict. cap. 1. de offi. ordina. nume. 76 . vbi fatetur hanc opin.receptam eſſe. contra Deti. conſi. 170. quem defendere conatur Aymon Sauil. conſi.6.num. 104. Sed & Corneum refert,& ſequitur Anto.Rube.conſi. 65.Ex quo defenditur Reg. l.1.titu.2. lib. 8. in regijs ord.quæ vſurarios pœnis quibuſdam perſequitur: & iuſtiſsime. Sic etiam
20 lex ciuilis contra periuros pœnam poteſt ſtatuere:licet crimen eccleſiaſticũ ſit.Roman. conſili. 512. Sic & periurium punit.l.ſi quis maior. C. de trãſ. Nec inconuenit crimẽ aliquod eccleſiaſticum eſſe,ita vt nullus niſi iudex eccle-

eccleſiaſticus de illo crimine cenſere poſsit:pœnas vero temporales aduerſus id crimen committentes à ſecularibus principibus ſtatui: idq; ad laicã
21 poteſtatem pertinere, vt probat erudite Alfonſus à Caſtro lib. 2. de iuſt. hære.punitio.cap.26.Eadẽ etiam Taurina lex cõprobari poteſt ex eo, quod lex principis ſecularis, in quacunque re diſponat,etiam ſi mentionem clericorum faciat ſi iuſta ſit, honeſta, nec contraria canonibus, ſeruari debet quia ab ipſis Roma.Põti. tacite videtur recepta.tex.in.c.1.de noui oper.nũciat.c.1.de iura.calum.c.venientes.de iureiur.c.inquiſitionis.de hæret. in.6. probat ſignanter Fortu.in tract.de vlti.fine.illat.14. Cuius opinio mihi admodum placet:licet pluribus iuris vtriuſq; profeſſoribus diſpliceat. canones enim,quibus diſponitur quod laici, ſæculareſq; poteſtates de perſonis eccleſiaſticis,aut de rebus earum nullam habeant poteſtatem diſponendi, condendi leges,vel ſtatuta,ſunt ſecũdum diſpoſitionem naturalis æquitatis interpretandi. quod optime probat Ioã.Driedonius de libert. Chriſt. pagina.153. eandem opinionem, quã ex Fortunio retulimus, aliquot rationibus ſequutus.His quinq;rationibus Taurina lex defẽdi poteſt. Atq; hinc etiam Matthæ. ab Afflictis legem Regiam Neapolitanam,quæ punit clam matrimonium cõtrahentes.lib.3.rub. 19.defendere conatur: anxius tamen, ac dubius eſt . Et fortaſsis attenta grauiſsima pœna dict. l. 49. & quod ex ea quandoq; matrimonia, quæ libere contraherentur impediuntur,ac ſæpiſsime filiæ non audent eos, quos
21 cupiunt,maritos accipere, videbitur impenſe, & pie rem ipſam conſideranti, legem illam quodammodo libertati,à canonibus in cõiugio requiſitæ,aduerſari. Tametſi ſemota grauiſsima pœna decens omnino,atq; honeſtum ſit,filias parentũ conſilio,& conſenſu,maritos ſibi eligere. Hinc iudices eccleſiaſtici ad effectum, vt conſtet de matrimonio libere, & teſtes liberius dicant veritatem, iudices ſeculares admonent,vt ad forum eccleſiaſticũ remittant contrahentes, ipſoſq; teſtes quos captos detinent ad Regiæ legis pœnam exequendam. Atq; inhibent iudices eccleſiaſtici ipſos ſeculares à cognatione huius cauſæ. argu. eius,quod notant Ioan. Andr. Domini.&Franc.in cap.ſtatutum.in.1.de hęreti.in.6.Has vero inhibitiones ægreferunt ſeculares iudices,eiſq; renitun tur.quod agendũ non eſt, vbi de matrimonio plene adhuc non conſtat: ne eius probatio impediatur timore pœnarum.Eſt tamen intelligẽda Regia lex, quando matrimonium clam contrahitur cum filia ſine conſenſu parentum,non alias.quod patet ex ratione legis, quæ accuſationem huius delicti,ipſis tantum parẽtibus defert.

Et cõſtat minime illam legẽ habere locum, quando filius maſculus inuito,atq;ignorãte patre contraxit coniugium, etiam clandeſtinum. * Idem tamen & in filijs maſculis noua lege ſtatuit Philippus Secundus, Anno, M. D. LXIII.* In filia vero vidua,

an lex illa procedat, dubiũ videri poteſt. Crederem tamen eam procedere, vbi filia vidua habitat ſimul cum
22 parentibus, & ſub eorum cura degit. argument. gloſ. in authent. ſed quanuis. C. de rei vxor. actione. Nec illa lex Regia conſiderat patriam poteſtatẽ: cum etiam matri, huius criminis que relam præſtet: licet Didacus à Caſtello eius legis interpres aſſerat, legem illam non procedere in vidua. Nec omittendum eſt, iura punientia contrahentes matrimonia clandeſtina, non habere locum quo ad pœnas, in contrahentibus ſponſalia de futuro. gloſ. recepta communiter in clementi. vni ca. de conſangui. & affinita. verbo. cõtrahere. Card. in dict. cap. cum inhibitio. in princip. ſenſit Feli. in rub. de ſponſal. 1. colũ. Et licet Abb. & alij in dicto. c. cum inhibitio. teneant, illius capit. ſolennitatem ſeruandam fore in contrahendis ſponſalibus de futuro: non tamen opinor, id eſſe verum quo ad pœnas. quanuis idem Didacus à Caſtello in dict. l. 49. Tauri exiſtimet, eandem legẽ quo ad pœnam habere locum in ſponſalibus de futuro. Eandem verò Taurinam conſtitutionem Carolus Primus Pintianis comitijs comprobauit anno triceſimo-ſeptimo. l. 41. vbi eam extẽdit, * vt quidam, quorum opinio ſatis dubia eſt, & incerta, opinantur. * ad filiam maiorem vigintiquinq; annis, quæ tamen nouercã non habeat. * Cæterũ. S. Tridentina Synodus ſeſſ. 24. irritum eſſe decreuit matrimonium, quod nõ fuerit corã Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus contractum. *

Eſt & alia iure canonico inducta matrimonij prohibitio ex eo quod quis eam ducit in vxorem, quã prius adulterio polluerat: & hæc conſtat in cap. 1. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adult. cuius intellectũ tradit Paul. Pariſi. conſi. 52. col. 2. & 3. vol. 4.

EX §. SEQVENTI.

1 Affinitas ante matrimonium contingens, impedit illud contrahi: non tamen, ſi poſt cõtractum, accidat, illud irritum facit.
2 Seruitus poſt matrimonij contractum, aliqua ex cauſa eueniens, ipſum non vitiat.

§. PRIMVS.

1 VÆDAM autem impediunt matrimoniũ, ſi eo nondũ contracto eueniant: non tamẽ dirimũt matrimoniũ, ſi eo iam contracto acciderint: nempe Affinitas, quæ impedit matrimonium contrahi, etiam ſi contingat contractis iam ſponſalibus de futuro. Sponſus enim cognoſcẽs carnaliter cõſanguineam ſponſæ, nõ poteſt cum ſponſa matrimonium cõtrahere. cap. literas. de deſponſa. impub. cap. 2. de eo, qui cog. conſ. vxor. ſuæ. Regia. l. 8. titu. 1. part. 4. * Extat verò decretum. S. Synodi Tridentinæ ſeſſ. 24. quo diffinitum eſt, impedimentum affinitatis ex fornicatione contractum reſtringi tantum ad primum & ſecundum gradum, quo ad dirimendum

dum matrimonium poſtea contractum. *

Sed ſi matrimonio contracto maritus cognouerit conſanguineam vxoris, non diſſoluitur matrimonium. ca. 1. cap. diſcretionem. ca. penulti. de eo,
2 qui cogno. conſ. vxor ſuæ. Sic & ſeruitus, quæ coniugio à liberis contracto, alteri eorum contingat, ex eo quòd libertus ob ingratitudinem in ſeruitutem reuocatur, non dirimit matrimonium. Licet hoc coniugium nullum fuiſſet ſi tempore contractus eſſet maritus ſeruus, & hoc ignoraret vxor. quod probatur ex his quæ diximus de errore impediente conſenſum ca. 3. & diximus alias, cùm tractauimus de matrimonio contracto à ſeruis.

EX §. SEQVENTI.

1 Publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum, etiam ex nullis ſponſalibus, conſenſu tamen præſtito contractis, oritur.
2 Publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum, oritur ex matrimonio, vel ſponſalibus, à monacho contractis.
3 An conſenſus interior ad hoc impedimẽtum, ſit neceſſarius.
4 Publicæ honeſtatis impedimentum, non oritur, ex ſponſalibus, ſub conditione, etiam quæ à iure ineſt, contractis.

§. SECVNDVS DE IMPEDIMENTO *publicæ honeſtatis.*

VÆDAM ita impediunt matrimonium cõtrahendum, vt eorũ aliquo exiſtente matrimonium contractum, nullum ſit. Quorum primum ſe exhibet publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum. Honeſtum enim eſt, vt frater cum illa, quæ fratris ſponſa fuit, etiã fratre præmortuo, minime contrahat matrimonium. Oritur ergo impedimentum hoc ex ſponſalibus de futuro, vel de præſenti, ante coitum. Huius etiam honeſtatis meminit Iuriſconſultus in l. ſi qua. §. 1. & l. ſemper. ff. de rit. nup. & in. §. vxor. inſt. de nupti. Vbi Theophilus idem notat. Nec refert, an ſpõſalia nulla ſint, modo cõſenſus eis præſtitus fuerit. c. ad audientiã. c. iuuenis ca. ſponſam. de ſpõſa. pulcher tex. in cap. 1. in princi. eod. titu. in. 6. Quo quidem impedimento conſanguinei intra quartum gradum * olim: hodie vero poſt Tridentinam Synodum in primo tantum gradu &c. * prohibentur matrimonium contrahere cum ſponſa cognati, etiã premortui. vti ab omnibus receptum eſt in dict cap. ſpõſam. vbi potiſsimũ id notat Abb. & Præpo. gloſ. Ioan. Andr. & Franc. in dicto cap. 1. in princip. Abb. in cap. iuuenis. de ſponſa. notat Ioan. Brune. in tract. de ſponſa. cõcluſi. 10. Nec item refert ſecundum Anch. in dict. c. ſponſam. an ſint conſanguinei ſpurij, vel illegitimi, an legitimi. Ex quibus plura deducuntur.

Primum, ex ſponſalibus vtcunque cum minori ſeptennio cõtractis, hoc impedimentum non produci: cũ ibi conſenſus deſit. ca. literas. de deſpon. impub. ita communiter intellectus. Niſi diſcretio ætatem illam præuenerit, attẽta opinione, quam. 1. par. c. 2. retulimus.

Secundum, ex matrimonio, iure canonico impediente, cõtracto, dari im
2 pedimentũ publicæ honestatis, si coniugio prestitus consensus fuit talis, qui cessante impedimẽto coniugiũ efficeret. cap. ad audientiam. de sponsa. etiã si contractum esset cũ monacho, vel moniali. glo. in. c. si quis desponsauerit vxorem. 27. q. 2. quã approbat Præpo. in dict. c. ad audientiam. 2. col. pro quo est text. apertus. in. d. c. 1. de spõsa. in. 6 in prin. quãuis Cald. in dict. c. ad audientiam. contrariũ opinetur.* Hęc verò cessant omnino ex decreto syno di Tridentinæ, quæ expressim statuit, impedimentum istud non oriri ex sponsalibus quacunque ratione inualidis.*

Tertium ex his infero, istud impedimentũ oriri, ex sponsalibus cõtractis
3 per verba, seu exteriora signa consensum exprimẽtia, & si interior cõsensus desit. Est enim hoc impedimentũ ab ecclesia constitutum, ob publicã honestatem, quę quidem adest in hoc casu. vti existimat Palud. in. 4. distin. 27. quęst. 2. art. 5. & idem dist. 21. q. 2. art. 3. Florent. 3. part. titu. 1. cap. 10.

Quarto hinc perpẽdi potest intellectus ad text. in cap. 1. §. fi. de sponsalib.
4 in. 6. vbi non oritur publicæ honestatis iustitiæ impedimẽtum ex sponsalibus sub conditione contractis, nondum ea adueniente. Tũc enim cõsensus deficit, igitur nullum inde subest impedimentum, etiam si conditio adiecta, à iure inesset contractui: vt si ecclesiæ placuerit. glo. in. d. §. fina. quam ibi approbant Ioan. And. Domini. & Frãc. dicit sing. Feli. in. c. 2. col. 1. de spõsa. cõmendat Abb. in cap. significasti. de electio. nume. 7. Hæc enim conditio, quanuis à iure insit, actum agit conditionalẽ, quia aliter expressa fuit quã inerat. Inerat enim hoc pacto, vt si impedimentum aliquod appareret, propter quod ecclesiæ coniugium displiceret, consensus ab initio in cõtractu præstitus, & volũtas illa absolute exhibita, euanesceret. At exprimitur aliter: cum nullus consensus ab initio prestetur, donec ab ecclesia iudicetur: an liceat contrahere? Est ergo consensus in pendenti, hac expressa conditione: non sic ea tacita. ex his, quæ Feli. notat in cap. ad audientiam. in. 2. de rescript. nume. 10. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de legat. primo. adiuncta Pauli. Castr. interpretatione dum dicit. lego Titio centũ, si volet, esse conditionale legatum, id est, si declarauerit se velle. Hoc ipsum in hac quæstio. de matrimonio adnotauit Sylues. verbo, matrimonium. 8. quæst. 14. sub obscure Angel. verb. matrimonium. impedimento. 3. §. 1. atq; Adria. in. 4. de matrimo. §. circa. quæstio. 4. dicens à iure inesse dictã cõditionem actui, & contractui, non voluntati. Quo fit, vt si conditio esset de præsenti, vel inesset necessario ex natura actus, nõ haberet locum opinio glos. quemadmodum, si quis ita cõtraxisset, si vixero, te accipiam in vxorem. Illa etenim conditio vitę ad actum est necessaria: vnde actus conditionalis non est. Ex quo infertur Ioan. Andre. Domi. ac cæteros plurimũ aberrare à vera huius

ius rei cognitione, dicentes, ex dictis sponsalibus, in specie quæstionis principalis, contractis: tunc demum oriri impedimentum, quando constaret, illa sponsalia potuisse contrahi, atq; ecclesiæ placere. Nã & si hoc cõstiterit, ex dictis sponsalibus non oritur impedimẽtum ante euentum conditionis: cum ante ecclesiæ declarationem, nullus fuerit præstitus consensus. Nec recipiendus est Archid, qui in dicto ca. 1. §. fi. glo. illam reprobat.

EX. §. SEQUENTI.

1 Sacer ordo matrimonium impedit omnino, & irritum facit.
2 Coniugatus suscipere non debet sacrum ordinem, alioqui punitur si eum suscipiat.
3 Coniugatus an possit ex consensu vxoris sacrum ordinem recipere.
4 Ordo minor non impedit matrimonij contractum: contrahens tamen amittit beneficia ecclesiastica.
5 Coniugatus in minoribus constitutus amittit regressus, accessus, & alia iura, ad beneficia ecclesiastica, sibi competentia ante matrimonij contractum.
6 Pensiones an vacẽt per matrimonij contractũ?

§. *TERTIUS. DE IMPEdimento sacri ordinis.*

ECVNDO Matrimonium impeditur à sacro ordine. Is enim, qui sacris ordinibus, vel eorũ aliquo insignitus est, coniugiũ contrahere nõ potest: quod si cõtraxerit, nec tenet contractũ. c. si quis. & c. erubescant. 32. dist. Imo irregularis est, qui sic contrahit. c. 1. & 2. qui cleri. vel vouen. ipsoq; iure excommunicatus. cle. vnica. de cõsan. & affinit. alijsq; pœnis puniendus. quas lõgius explicat Ioã. Bernard. Calagurritanus Præsul in sua praxi. c. 74. Sat enim est quo ad nostrum institutũ de matrimonio sic cõtracto tractare. Nec vnquã licuit in ecclesia, sacris ordinibus initiatos, matrimoniũ contrahere. Imo ab initio renascentis ecclesiæ hoc prohibitũ est. quod cõstat ex canonib⁹ apostolorũ. c. 25. Cui⁹ verba ex Haloãdri trãslatione hæc sunt. Ex his, qui cœlibes in clerũ peruenerũt, iubem⁹ lectores tantũ, & cãtores, si velint, nuptias cõtrahãt. Hactenus Canon. Græcis enim solis licuit vti cõiugio contracto ante sacrũ susceptum ordinem, non autem post sacrum ordinem cõtrahere. cap. cum olim. de cleric. coniuga. ca. de Syracusanæ. 28. distin. pulchre Alphonsus à Castro libro de hæresib. verb. sacerdotium. Ioan. Echius contra Lutherũ. cap. 19. Enchiridij. Alfonsus Viruesius in Philipp. 19. Docet & post alios Ioan. Maior. in quarto sent. distin. 24. quæstio. 2. & distin. 27. quæst. 1. Ioan. Arboreus Theosophiæ lib. quinto. c. 7. docte, & erudite Albertus Pygius controuersia. 15. diligenter Robertus Arboricensis in tractatu de sacerdot. cœlibatu. Hinc est intelligendus tex. in. c. aliter. 31. dist. dum dicit, quod oriẽtales clerici in sacris matrimonio copulantur, id est, vtuntur copulato. ita glos. ibi. & in .capitu. quæsitum. de pœniten. & remission.* probat optime Innocentij Tertij responsum in Concilio generali in capit. vt clericorum. de vit. & honest. cleric.* etiam si hæc interpretatio displiceat

Caiera.in.2.Thom.q.24. quem reprobat, præmissum glo. intellectum sequutus Ambro.Catha. contra Caieta.lib.6.c.2. Scribit tamen Hierony. Paulus in Prouinciali.folio.18.ex consilio Cardi. Alexandrini Romæ datã fuisse liberam licentiam contrahendi matrimonium cuidam subdiacono, qui illo ordine fuerat insignitus ante pubertatem, & priusquam esset doli
2 capax.Is autem, qui matrimonio contracto ordinem sacrum susceperit vti coniugio non potest in occidentali ecclesia.d.c. quæsitum. Imo irregularis est.tex.in extrauag.antiquæ.de voto. Nec exigere potest coniugale debitũ ab vxore:reddere tamen tenetur vxori debitum coniugale, notant omnes in.c.2.de cler.coniug. text.ad id in ca. quidam.de conuers.coniugato.Sic sane & Canon quintus apostolorũ: Ne episcopus aut presbyter,aut diaconus vxorem suam prætextu religionis eij ciat:ita intelligendus est:ne quis eijciat vxorem, non quidem à consuetudine corporis, sed à victus cura scilicet,& vestitus: non vt cum ea cubet, sed vt eã alat,& vestiat. c. omnino. 31. distin. Ex Leone nono in epistolã Nicetæ abbatis, cuius meminit Iuo carnotensis libr. 3. de continentia cleric. *quod itidem probat Turonensis Synodus.2.cap.12.atq;Arelatensis.2.cap. 2.*hoc ipsum quandoq; apud Græcos vsu receptum fuisse, præsertim vbi canonum obseruationi indulgebatur, testis est Epiphanius aduersus hęreses lib.2.Tom.1.in catharis.Tametsi constet,in ecclesia Gręcorum permissam fuisse copulam coniugalem presbyteris,diaconis,& subdiaconis cũ ea vxore,quam ante susceptum sacrum ordinem habuissent:atq; ita iuxta sententiam istam accipiendum est, quod ex Nicena synodo Gratianus refert in.c. Nicena.31.dist. Et præterea tex. in. c. quoniam in Romani.ead.distincti.ex sextæ synodi canonibus.*Hoc ipsum ex Nicæna synodo tradiderunt Socrates lib.1.eccles.Hist.cap.11.& Sozomenus lib.1.cap.23.idem tamen Socrates lib.5.cap.22.scribit,in Thessalia id seruatum fuisse,quod ex occidentalis ecclesiæ canonibus superius adnotauimus.*Hanc ipsam opinionem, imo catholicam assertionem de continentia clericorum, quam ab initio huius paragraphi probauimus, probat eleganter aduersus Græcorum & Hæreticorum imprudentiam Franciscus Torrensis in libro vno de canonibus sextæ synodi super canone.13.*& li.2. de dogmaticis characteribus,*quib⁹ in locis conatur ostendere, falso tribui synodo Nicenæ, quod in dicto capit. Nicena traditur: nec in sexta synodo statutum fuisse canonem illum: qui à Gratiano in dict. cap.quoniam.refertur: licet inter canones synodi sextæ passim relatus sit.Idem tradit pluribus de continentia clericorum expositis conclusionibus Dominic.Sot.lib. 8. de Iusti. & iur.quæst.6. articu.1.&.2.*Extat & inter canones sextæ synodi Canon sextus, quo subdiaconis,diaconis,& presbyteris matrimonij cõtractus interdicitur,isq; tãtũ permittit lectoribus&psalmistis ex cleri-

clericorum ordine ante subdiaconatum:traditurq; is canon à Gratiano in cap.quoniam.Et cap.si quis.32.dist.& conuenit canoni apostolorum vicesimoquinto.quanuis Constãtinus Harmenopulus.li.5.tit.4. ex eadem Sexta Synodo sextũ canonem citauerit ad probandũ,interdictam per eum fuisse monachis testamenti factionem. Vnde non leue argumẽtum sumitur, aliquot canones à Græcis suppositos fuisse Sextæ Synodo, & quosdam submotos,præsertim eos,qui vel fouerẽt, vel impugnarent matrimonij vsum, qui apud Græcos aduersus canonum legitimam censuram diu obtinuerat. Memoriæ tamen lapsu Constantinus tribuit pręcitatum canonem Sextę Synodo in Trullo: cùm esset potius tribuendus illi Synodo, quæ celebrata fuit Constantinopoli sub Hadriano secundo,& Basilio Imperatore in templo Apostolorum, & quæ dicitur prima, & secunda sub Patriarchis Photio & Ignatio.*

Ex licentia tamen,& consensu vxoris,potest maritus sacris ordinibus in
3 signiri:ipsa tamẽ,si iuuenis est, aut suspecta circa continentiam, compellitur religionem profiteri.Si verò suspecta non est,nec iuuenis, satis est,quod extra religionem voueat continentiã cap.coniugatas.de cõuers.coniug.vbi Abb.idem Abb.in.c.1.eod.ti.Sylvest. verb.matrimonium.8.impedimento 12.&.q.12.In episcopi tamen vxore id speciatim cauetur, vt quanuis suspecta non sit,religionem profiteri cogatur.text.ita ab omnibus intellectus in cap.sane.de conuersi.coniugato. Sed & is, qui in minoribus ordinibus est constitutus, licite, & absq; peccato contrahit matrimoniũm ante subdiaconatum.cap.1.vbi Docto. notant de cleri.coniugat.& Sylvest.d.q.12.idem verb.clericus.q.4. Ecclesiastica tamẽ
4 beneficia,quæ obtinebat,amittit.tex. in.d.c.1. qui hoc aperte probat. ita vt ipso iure vacẽt omnino per contractũ coniugalem.quod notat glos.ibi communiter recepta.etiam ante carnalem copulam.Rota Noua.26. Ioan. Lupi. in rub.de donat.§.55.num. 7. & Ioan. Staphileus in libr. de lit.grat. & Iusti. folio.73.qui idem notat,quando matrimonium esset contractum cum impubere.ita ipse Staphi.fol.74.post decisionem Rotæ Antiquam. 103. Sed cum hic cõtractus cum impubere sit sponsaliorum tantum:nec per sponsalia de futuro vacent beneficia ecclesiastica : videtur hæc vltima opin. dubia : imo certius est per talem contractum non vacare ecclesiastica beneficia, quæ per matrimonij contractum amittuntur,& vacant, & ita optime probant Henric. in. c. diuersis fallacijs. de cleri. coniuga. col penul.Ioan. Andre. Cardi. Anchar. & Imola.in.c. Ioannes. eod. titu. quorum opinio communis est. Quod si is, qui habet ecclesiastica beneficia, matrimonium cõtraxerit, nullum ex impedimento canonico,validum tamen ex consensu:vt cũ cõsanguinea, vacare beneficia ipso iure ex hoc, tenent Card.& Abb.col.fi.in dicto. c.1. Henri.in dict.c.diuersis fallacijs. Qui enim

enim beneficium ecclesiasticũ, quod cum primo simul obtinere nõ potest, absq; aliquo iure occupat, ipso facto primum amittit.c.eum, qui.de præb. in.6.Sic ergo qui matrimonium facto potius,quã iure cõtrahit, amittit ipso iure beneficia ecclesiastica, quippe qui actum gerat, beneficiorum possessioni contrariũ. idem asserit Bartho.Brixien.q.10.Ioan.Staphil.li. de literis gratiæ, & iustit. folio. 75.licet Card.in cle.gratiæ.de rescrip.q.17. cõtrarium asserat.Sic etiã Anto.& Imol. post glos. ibi in. d. cap. 1. non vacare, existimant, ipso iure, beneficia illius, qui dicto casu matrimonium, quod nullum est,contraxit: sed priuandum fore ita cõtrahentẽ beneficijs,per sententiam iudicis. cui opinioni subscribit Deti.cons.166. casu quo scienter is matrimonium contraxit.Tunc enim secundum Deti.videtur in contrahente defecisse consensum contrahendi: quod falsum est,ex his,quæ notaui. c. 3.huius partis. Vnde à prima opinione,quæ mihi verior, & receptior est, non discedo.cui etiam accedet, quod notant Ioan. Andr.& Ancha. col.fin. in.c.Ioãnes.de cleri.coniug. Cardi. in dicto.c.1.Roman.consil.483.dicentes clericum in sacris constitutum,ipso facto beneficia amittere,si matrimoniũ contrahat,etiam cum consanguinea, vel alias nullum.

Hinc constat,per coniugalem contractum etiam amitti regressus,accessus, atq; alia quælibet iura ad beneficium ecclesiasticum ipsi contrahenti competentia.glos.& communis in.c. 1.de cleri.coniuga.in.6. versicu. clericalis. quam dicentes ordinariam approbant Paul.& Alexand.in.l.fi.à primo.ff.de libe. & posthu. comprobat etiam Martinus Nauar.in cap.si quando.5.exceptione de rescript.

Ex his etiam subinfertur non posse cõtrahentem beneficia repetere, etiã si sponsa religionem profiteatur ante coitum.Sic Doct.notant in dicto. c.1. & Ioan de Imol.in clem. gratiæ.de rescript.in glo.resignaueris. quos sequitur insignis moribus, & iuris prudentia vir.Ioan. Bernard. in practi.criminali canonica.cap.74. quibus addendum censeo, eodem modo pensiones, quas contrahens matrimonium obtinet,vacare per hunc cõtractum, quando constitutæ fuerũt in titulum beneficij ecclesiastici, aliquo onere spirituali adiecto.vt tradit Hiero. Gigas in tract.de pensionibus. q. 54. Si tamen pensio non sit in titulum beneficij præsignata, iure potest laico concedi.autore Cardi.in clement.1.§. eadem. quæsti. 6. de sup. negli. præla. Ioan. Bapti. de .S. Seuerino in tractatu de pensioni.quæstio. 13.sensit idem Card. in clemen.1. q.16.de reb. eccle. notat idem Hieron. Gigas. q. 21. pro quibus facit text.in cap.si qui.32.dist. quem putat esse sing. gl. reg.Cancel. 61. Vnde Ludoui.Gomez in regu. de annali posse.quæst.21. dixit non vacare pensionem per contractum matrimonij. Verum Romanæ curiæ vsus obtinuit,pensiones vacare per contractum matrimonij, etiã si simpliciter nullo adiecto onere spirituali, fuerint constitutæ,nisi cõcessæ fuerint à Summo pontifice alicui laico,pro re in defensionem ecclesiẹ vtiliter gerẽda,vel gesta,aut quando ex voluntate Romani Pontificis colligitur eum velle pensiones per coniugalem contractũ non extingui.ita Ioan.Baptista.in tracta.de pensioni.q.30.

Tertio,coniugalis contractus impeditur,ac omnino resoluitur religionis solẽni voto, & professione præmissa. At si præmittatur simplex votum impeditur matrimonium contrahendũ: non tamen dirimitur, si contractum fuerit.cap.meminimus. ca. rursus. cũ alijs,qui cleri.vel vouent.capitu.1. de voto.libr.6.

QVARTO, spiritualis cognatio matrimonium impedit,ne cõtrahat, & contractũ post hoc impedimentum, dirimit. Atq; hoc impedimentũ iure Canonico institutũ fuit, nõ naturali,nec diuino.qd ab omnib⁹ receptũ est. Oritur vero ex baptismi, cõfirmationis ve sacramẽto, in quo is, qui sacramentũ cõfert parẽtis vicem gerit:is autẽ,qui baptizato, aut confirmato assistit,ac ꝓ eo respõdet, ipsum ve in sacramento baptismi tenet,aut à fõte suscipit,pædagogus cẽsetur.cap. vos ante omnia. de cõsecra. distin. 4. Tho.in.3.part.q.67. arti.7. quibus addenda est decisio ca.1.& fi. de cog.spiri.in.6.Ex quibus miror, cur Conra. Lagus in Methodica iuris.titu.de nupti.dixerit prohibitionẽ matrimonij, in cognatione spirituali,sine causa factã ab ecclesia,eamq; valere sua autoritate quãtum possit.Verum hæc spiritualis cognatio tres sortitur species.

Prima quidem est,quæ inter ipsum baptizatum,confirmatumve,& confirmantem,baptizantem, ac vtriusq; sacramenti pædagogum, quem patrinum vulgus appellat,oritur:ac deniq; illa,quæ inter filios, & parentes spirituales contrahitur.c.de eo.30.q.1. c. 1. de cogn.spiri.in.6.Regia.l.1.tit.7. par. 4.Thom.d.art.7.Palud.in.4. dist. 42. art.1.& cõsequẽter hæc prima cognationis spiritualis species includit illam quæ inter filium spiritualem, & vxorem patris spiritualis, tempore suscepti sacramenti à viro cognitam,datur à iure.c.1. de cog.spiri. in.6.Nec tamẽ ad

EX §. SEQUENTI.

1 Cognatio spiritualis matrimonium impedit, ex constitutione ecclesiæ.
2 Cognationis spiritualis prima species.
3 Cognatio spiritualis non oritur ex illicito coitu,
4 Cognatio spiritualis deducitur ex baptismate etiam collato à laico, tempore necessitatis.
5 Cognatio spiritualis solum contrahitur cum leuante,vel suscipiente à sacro fonte, licet plures illi actui intersint.
6 Cognatio spiritualis nec per nuncium,nec per procuratorem contrahitur.
7 Cognatio spiritualis an contrahatur sine responsione ipsius suscipientis, vel leuantis à sacro fonte?
8 Cognationis spiritualis secunda species.
9 Cognationis spiritualis tertia species.
10 Cognatio spiritualis ascendit: non tamen descendit.
11 Cognatio spiritualis non oritur ex catechismo.

§. QVARTVS, DE COGNATIONE *spirituali.*

ad fœminam, à patre ſpirituali fornica
3 rie cognitam, refertur. Nullum enim
ſubeſt inter eam, & ſpiritualem filiũ,
impedimentum, vt aſſerit gloſ. in. c. ſi
quis de vno. 30. q. 4. ea ratione, quod
iſtud ſit ſpirituale vinculum, nec de-
ceat id ex illicito coitu oriri. idem ap-
probãt Henri. & Abb. in. c. Martinus.
de cognat. ſpirit. Ricard. & Paluda. d.
diſtin. 42. Ioan. Andre. cæteriq; Doct.
in. d. c. 1. Angel. verb. matrimonium.
3. verſi. ſeptimum impedimẽtum. Re-
gia. l. 1. titu. 7. part. 4. quam hiſce in re-
bus iuris vtriuſq; profeſſoribus, quos
nuncupatim citamus, nõ veremur ad
iungere: cum ſapientiſsimorũ virorũ
conſilio leges Regias, quas partitarũ
appellamus, conditas fuiſſe, Hiſpanis
omnibus ſit compertum. His igitur
opinor præfatam ſententiam frequen
tiori calculo probari: quam veriorem
eſſe exiſtimat Ioan. Brunellus in tra-
ctat. de ſponſalib. concluſi. 20. caſu. 7.
aduerſus Thom. in. 4. ſenten. diſt. 42.
cui ſubſcribit Sylueſt. verb. matrimo-
4 nium. 8. q. 7. Notandum eſt laicũ tem
pore neceſsitatis alium baptizantem,
ipſi baptizato patrem ſpiritualẽ eſſe,
ac ſubinde in hac prima cognationis
ſpecie includi. quod notat Florentin.
3. part. titu. 1. cap. 15. §. 3. ex. c. 1. verſi. ean
dem. de cog. ſpirit. in. 6. Nec refert, an
vnus, pluresve ſint pædagogi: tametſi
conueniat vnum tantum eſſe, qui fi-
5 lium ſpiritualem in ſacro baptiſmatis
lauacro teneat, aut à fonte ſuſcipiat. c.
non plures. de conſecra. diſt. 4. c. fina.
vbi id not. Ioan. Andre. & alij de co-
gnat. ſpirit. in. 6. Moribus tamen rece-
ptum eſt in aliquot regionibus, plures
ad id officium cõſtitui. quod inſinuat
Regia. l. 7. titu. 4. part. 1. quo quidẽ ca-
ſu ſolus is pater ſpiritualis eſt, qui ba-
ptizatum in ſacro fonte tenuit, vel à
fonte ſuſcepit. non alij, etiam ſi præ-
ſentes actui fuerint, atq; pro baptiza-
to reſponderint. ita Florenti. 3. part. tit.
1. c. 15. §. 3. Deti. optime. conſi. 501. pro
quibus tex. eſt in. c. veniẽs. de cog. ſpi-
rit. & glo. in. c. 1. eod. titu. in. 6. verſ. ſpi-
ritualem. vnde hæc cognatio per pro
curatorem minime contrahitur. teſte
6 Bar. in. l. Gallus. §. forſitã. ff. de libe. &
poſthu. quem ibi magis cõmuniter ſe
quuntur alij. & Præp. in dicto cap. ve-
niens. Frederi. conſi. 15. Roma. ſing. 53.
Capel. Toloſ. 157. Sylueſt. verb. matri-
monium. 8. q. 7. verſi. 14. & Ioan. An-
dre. in reg. poteſt quis. de reg. iur. in. 6.
Ioan. Brune. in tract. de ſpõſ. concluſ.
20. caſu. 12. Petrus Loriotus in. l. nõ fa-
cile. §. cognationis. ff. de gradib. Nec
etiam contrahitur per nuncium ad id
ſpeciali conſenſu delegatum, quãuis
Abb. & Card. in dicto. c. veniens. con
tra Bart. id fieri poſſe opinentur, quo-
rum opinio apud poſteriores in pro-
curatore, & nuncio cõmuniter eſt re-
probata. Nã & Henri. in. d. c. veniens.
Archid. Domi. & Frãc. in. d. c. 1. de co
gnat. ſpirit. in. 6. primam opinionem
admittũt. Sunt tamen, qui exiſtiment
7 non ſufficere ad contrahendam hanc
cognationẽ ſuſcipere à fonte, nec in
fonte ipſum baptizatũ tenere, niſi is,
qui tenet, vel ſuſcipit, reſpondeat no-
mine ipſius baptizandi. & hi ſunt Ho
ſtien. in ſumma. tit. de matrimonio. §.
qua-

qualiter cõtrahatur. verſ. & nunquid.
Archid. vterq; tamen ſub dubio. in. c.
paruuli. de conſecrat. diſtin. 4. quos ſe
quuntur Henric. in. c. veniens. de co-
gnat. ſpiritu. Ioan. Andre. & Franc. in
d. c. 1. eod. titu. in. 6. colu. 1. Lancel. Ga-
liaul. in. l. 1. in princi. ff. de verbo. oblig.
colum. 5. Ioan. Brune. in tract. de ſpon
ſa. cõcluſ. 20. caſu. 10. ea ratione, quod
patrinus tenetur reſpõdere, & profite
ri Chriſtianam fidem pro ipſo, qui ba
ptizatur. cap. nos ante omnia. cap. par
uuli. de cõſe. diſt. 4. Igitur patrinus lo-
qui debet: atq; in hoc actu verba re-
quirunt. Sunt & alij, qui hanc opinio
nẽ Hoſti. & Archid. veram eſſe exiſti-
mãt quãdo baptizatus eſſet infãs, qui
reſpõdere non poteſt, ſi vero reſpõde-
re poſſet, quippe qui adultus erat, nul
la verba eſſe neceſſaria ad cõtrahendã 8
hanc cognationẽ, exiſtimant, quia is,
qui baptizatur, tenetur reſpondere,
non patrinus. c. cum pro paruulis. de
cõſecra. diſt. 4. quem text. dicit ſingul.
Roma. ſing. 54. idem probat Regia. l.
6. titu. 4. part. 1. qua ratione Hoſtien.
ſententiam ita intelliguntDomi. in. d.
c. 1. Præpo. in. c. contracto. col. fin. eod.
tit. Altia. in. d. l. 1. in fin. principij. Hen
ri. in. cap. veniens. de cogna. ſpirit. His
tamẽ opinionibus omiſsis, verior eſt
opinio illa, quæ dictat, non eſſe verba
patrini reſpondentis vllo caſu neceſſa
ria ad contrahendam hanc cognatio-
nem: ſiquidem ſola ſuſceptio à ſacro
fonte eſt de ſubſtantia: cætera autem
ad ſolennitatem ſpectant. tex. in dict.
c. 1. vbi hoc notat Archid. quẽ in hac
ſpecie Barb. ſequitur in. d. l. 1. 15. col. in
princ. de verb. obliga. idem aſſerit Flo
renti. 3. part. titu. 1. c. 15. §. 3. Ioannes in
Summa cõfeſſ. Aſtenſis, & alij, quos
Henri. refert in. d. c. veniẽs. col. fi. quo
rum opinionẽ etiam probat Sylueſt.
verb. matrimonium. §. impedimento.
7. verſi. decimumtertium. dicens eam
apud Summarum autores receptiſsi-
mam eſſe. Quibus omnibus illud ad-
dendum eſt minime cõtrahi hanc co
gationem inter procuratorẽ, alterius
nomine, patrini officium exercentẽ,
& ipſum baptizatum, ſeu confirma-
tum. ſecundũ Cardin. & Abb. in dicto
c. veniens. Frederi. conſ. 15. Paul. de Ca
ſtro in dicto. §. forſitan. contra Ioan.
And. in. d. reg. poteſt quis per alium.

Secunda huius cognationis ſpecies,
inter ſpirituales parẽtes baptizati, ſeu
confirmati, & carnales, conſtituitur. c.
veniens. eod. titu. Ad vxorem tamen
parentis ſpiritualis extẽditur, quæ car
naliter cognita fuerat tempore contra
ctæ cognitionis. c. Martinus. eod titu.
non ſic ad vxorẽ patris carnalis, etiam
cognitam. Nam licet cognatio contra
cta à parente ſpirituali communis fiat
eius vxori carnaliter iam cognitæ: nõ
tamen illa cognatio, quę per parẽtem
carnalẽ cõtrahitur, eius cõiugi, etiam
cognitę communis eſt. vnde glo. in. c.
qui ſpiritualem. 30. q. 4. dixit in hoc im
pedimẽto inter coniuges communes
eſſe actiones, nõ paſsiones. idem ape-
rit gloſ. in. c. 1. de cogn. ſpirit. in. 6. Flo-
rent. 3. part. tit. 1. c. 15. §. 3. ſentiunt Tho-
& Palud. in. 4. ſent. diſt. 42.

Tertia huius cognationis ſpecies ſo
lum diffinitur inter filiũ ſpiritualem,
& filios

& filios carnales ipsius parentis spiritualis.c.1.c.super.c.tua.eod.tit.c.super
9 quibus.30.q.3. Quo fit, vt inter filium spiritualem, & carnalē filiam vxoris ipsius patris spiritualis, ab alio viro susceptam, matrimonium contrahi possit, cùm nulla inter eos sit cognatio. sicuti consulēdo respondisse Antoniū, ipsemet fateturin.d.c. Martinus. cui opinionem esse veriorem asserit Deti. consi.501.col.fin.Sylvest. verb.matrimonium.8.q.7. versi.sextum. & Angel.versic.matrimonium.3.imped. 7. contra Domi.& Franc.in. d.c.1. §. fin. eod.tit.in. 6. Atq; adeo mihi persuasum est Anton.responsum, vt opiner Deti.Sylvest. & Angel. nimis anxie dixisse, ante contractū matrimonij cōsulendū esse iuxta Domi.opinionem. Hinc etiam constat patrem spiritualē
10 posse matrimonium contrahere cum filia carnali ipsius filij spiritualis.gloss. per tex.ibi.in.c.illud 30.q.3.cui similis in.c.1.de cognat.spirit.in.6.tenent Florent.3.part.ti.1.cap.15. §.1. Abb. & alij in.c.1.de cog.spirit.Palud.in. 4. sentē. dist.42.probat Regia.l.5. titu. 7. part. 4. Ascendit etenim hæc cognationis species, non descendit.

Nec illud hac in re est omittendum, 3
ex catechismo cognationem spiritualem minime oriri, quæ matrimoniū, post catechismū contractū dirimat:
11 tametsi contrahendum impediat.c.2. de cog.spirit.in.6.Regia.l.2. tit. 7.par. 4.etiā si catechismus fiat ex interuallo maximo post baptismū, vt docet Hierony.Paulus in Prouinciali fol.16.col. 1.Ex hoc tamen deduci potest, irritam fore Romani Pontificis dispensationem, ad matrimonium contrahendū concessam, sublato aliquo canonico impedimēto, quod legitime illud matrimonium contractū dirimeret, si in eadem dispensatione mentio nō fiat, de cognatione spirituali, quę inter impeditos aderat, per catechismū tantū contracta. Forsan enim Princeps, si eiusce cognationis notitiā habuisset, coniugium non permitteret.arg.c.postulasti.de rescript.Sic insigniter hanc opinionem docet Domi. in cons. 33. *Verum Tridētina Synodus. sess. 24. Circa hoc impedimentum decreuit, cognationem spiritualem tantū contrahi inter suscipientem, & susceptū ipsum, & illius patrem, & matrē: nec non inter baptizantem, & baptizatū, ipsiusq; baptizati patrem, & matrem: atq; idem seruandum esse in ea cognatione, quæ ex sacramēto cōfirmationis oritur, apertissimis verbis statuit.*

EX §. SEQUENTI.

1 Cognatio legalis qualiter contrahatur.
2 Cognatio legalis etiam oritur inter filiam adoptantis, vel arrogantis, & ipsum adoptatum, vel arrogatum.
3 Cognatio legalis an perpetua sit?

§. *QVINTVS. DE cognatione legali.*

1 QVINTO, matrimoniū impedit legalis cognatio, quæ ex adoptione, vel arrogatione insurgit. Ex adoptione, inquam, cum quis in proprium filium assumit eum, qui sub patris carnalis potestate est. Ex arrogatione vero, cum quis liberum à patria potestate accipit in filium, quo casu arrogatus in arrogantis potestatē transit. Est igitur legalis cognatio in- 3
ter filium legalem eiusq; vxorem, & patrem itidem legalem, eiusq; coniugem, aliasq; personas expressim nuncupatas.in.l.adoptiuū.ff. de ritu nupt. c.1.30.q.3.glo.in.c.1.de cogn.leg. Regia.l.fi.ti.7.par.4. Hinc infertur matrimonium contrahi non posse inter patrem, & filiam legalem, nec inter filiū & matrem legalem: nec cum vxore patris legalis, etiam finita adoptione, vel arrogatione.quod notat glo. in. d. c.1.de cog.legali. quam iuris canonici interpretes approbant, & non temere per iura paulo ante adducta.ex quib⁹ idem prorsus dicendum censemus in cæteris per.d.l.adoptiuum. connumeratis.notat Petrus Loriotus. in. l. non facile.§.in adoptionem.ff. de gradi.

Contrahitur etiā hæc legalis cogna
tio inter filium arrogātis, & ipsam ar-
2 rogatam. Nec differt in hoc adoptio, ab arrogatione.Imo idem vtroq; casu dicendum est.glo.per tex.ibi in.c.1.de cogna.leg.quam ibi sequuntur Doct. communiter, vt fatetur ibi Panor. *atq; itē Præp.col.3.*& Sylvest. verb. matrimonium.8.q.8.tametsi ipse velit, non ita oriri cognationem hanc, vt matrimonium impediatur, inter filiā adoptantis, & ipsum adoptatum; ex eo, quod non adsit patria potestas in adoptione. Verum prima opinio recep- 6
tior, atq; verior est.* quam etiā glo. 7
probat in cap.1.30.q.3. & Henricus in 8
dict.cap.vnico.*Ipsa tamen adoptione seu arrogatione finita, hæc legalis cognatio inter fratres, & sorores cessat, & dirimitur.matrimonium tamē, ea durante contractum inter prohibitos, minime valet, nec subsistit, nisi nouus accesserit consensus. gl.in. d.ca.1. quam nostrates cōmuniter sequūtur teste Sylvest. verb. matrimonium. 8. q.8.qui eam approbat.*Et fuit opinio Hugonis, quam in dict.c. vno. sequūtur Ioan.de Ligniano, Panormit. & Henricus, atq; in hoc sensu accipienda est opinio Ioan. Andre.quam illic Præp.communem esse fatetur, dum pro priori opinione glo. argumentatur.* Hoc autē, quod modo diximus, intelligendum erit in filia adoptantis, sub patria potestate existenti.Nam cū ea, quæ sui iuris sit, potest contrahere filius adoptiuus.gl.in.d. c. 1. Hostien. Innoc.& Henr.ibi.& Sylvest.in dicta q.8.contra Abb.in dict.c.1. Conuenit tamen inter omnes, excepto Hostien. nullum subesse impedimentum inter ipsos filios legales, ex legali cognatione: nisi aliud canonicum obstet.

EX §. SEQUENTI.

1 Consanguinitatis diffinitio.
2 Consanguinei vnde dicantur, & ibi de proximis, cognatis, & agnatis.
3 Consanguinitatis antiquiorum diffinitiones refelluntur.
4 Linea cognationis quid sit.
5 Linēa paterna, vel materna, quos ex cognatione contineat.
6 Gradus quid sit in cognatione.
7 Graduum ex regulis computatio.
8 Graduum computatio canonica an in vtroque foro seruanda sit.

9 Consanguinei quo gradu matrimonium contrahere, veteri iure prohibebantur.
10 Consanguinitas nouo iure ad coniugia diffinita.
11 Cognatorum coniunctio matrimonialis, in recta linea, an sit petpetuo prohibita.
12 Consanguineorum matrimonialis coniũctio, quibus rationibus sit prohibita.

§. SEXTUS DE *consanguinitate.*

SEXTVM sese nobis offert impedimentum, quod primas in hoc coniugali tractatu obtinet: nempe illud, quod ex consanguinitate deducitur: ob id diligentius tractãdum, quod frequentius contingat. Prius tamen, quam gradus cognationis explicemus, operæpretium erit ipsam carnalem cognationem diffinire, quo apertius hanc rem explicare possimus. Est igitur cõsanginitas vinculum personarum, ab eodem stipite propinquo descendentium, vel quarum vna descendit ob alia carnali propagatione contractum. Vinculũ esse nemo ambigit, inter eos, qui sanguine coniuncti sunt. quod præter alios Cicero lib. 1. de offic. egregie pandit. Sanguinis, inquit, coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines. Idem ait. Arctior vero colligatio est, societatis propinquorum. Diximus, ab eodem stipite propinquo ex eo, quod descendentes ab eodem stipite, remoto tamen, non sunt consanguinei: alioquin omnes homines consanguinei forent: cum ab Adama descendãt. Ipsa nanq; virtus naturalis, quæ in procreatione viget, quatenus mouet ad similitudinem ipsius procreantis in indiuiduo: nempe vt filius sit similis patri: per varias transfusiones fit debilior, ac tandẽ deficit. etiam si ipsa eadem virtus, vt mouet ad id, quod est in specie, id est, vt ab homine genitus sit homo: non potest deficere per varias transfusiones. ita Tho. in. 4. senten. distinc. 40. art. 1. vbi Paluda. hanc partẽ nostræ diffinitionis subiecit. Hinc cõsanguinei propinqui dicuntur, quod eodem propinquo sanguine fuerint geniti. l. Lucius. ff. de petit. hęred. l. cum pater. §. à te peto. ff. de legat. 2. Dicuntur etiam proximi. l. capitis. & l. si spurius. ff. vnde cog. l. dudum. C. de contrahen. empt. vbi glos. & Bald. l. cum rem alienã. C. de legat. optime Deti. in. l. si bonorum. colum. 1. C. qui admi. & Altiat. in. l. proximi appellatione. ff. de verb. sig. qui, pprie, proximos, non ad agnatos: sed ad cognatos referunt. Atq; inde, licet proprie, consanguinei dicantur fratres ex eodem patre. l. 2. §. agnati. & l. 1. §. consanguineos. ff. de suis & leg. hęred. §. cæterum. inst. de leg. agnat. success. & in. §. sunt autem. eo. tit. vbi Theophilus scribit, fratres ex eodem patre natos Græcè appellari, omæmus: quasi cõsanguineos. notat Petrus Loriot. in. l. iuriscõsultus. §. inter. ff. de gradib. Hinc Sophocles in Aiace Teucrum Aiacis fratrem, synæmon, id est, consanguineũ: dixit. & apud Claudianũ. lib. 1. de raptu Proserpinæ, Pluto ad Iouem sic loquitur.

Te consanguineo recipit post fulmina fessũ,
Iuno sinu.

Ex

Ex eadem vero matre dicuntur vterini fratres, auth. de consang. & vteri. fratri. collat. 6. tamẽ & cæteri remotiores, consanguinei dicuntur, quod eodẽ sanguine sint geniti. Cicero ad Atticum lib. 2. Sed Boopides noster consanguineus, nõ mediocres terrores iacit, atq; denunciat. idem Cicero libr. 1. de inuentione. parentes, inquit, liberi, coniuges, & cõsanguinei. Tacitus lib. 3. cum super Agrippinã & Drusum, & Claudium, cęteri quoq; consanguinei nominatim perscripti sint. Sicuti & cognati appellantur, quasi quod vna, cõmuniterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint. l. nõ facile. §. 1. ff. de gradib. l. iurisconsultus. §. cognationis nomen. ff. eod. titu. Est enim & cognatio nomen, ad natos ex fœminis, & procreatos à maribus, naturali iure generale: tametsi lex ciuilis, pprie, descendentes à maribus, agnatos appellet. l. non facile. §. 1. l. iurisconsultus. versicu. cognati. ff. de gradib. Qua ratione frequẽtius hac in re libet vti consanguinitatis nomine, quippe quod sit cõmune descẽdentibus à fœminis, & a maribus. l. 2. ff. vnde cogn. l. vel si sanguine. ff. de manumis. vindict. explicat optime Andreas Tiraq. in libr. 1. de retractu. §. 1. in gloss. nume. 4. Vtitur etenim & præter alios hac dictione, consanguinitas, Titus Liuius lib. 7. ab Vrbe condita. Ceritem, inquit, populum misericordia cõsanguinitatis, Tarquiniensibus adiunctum: fama ferebat. l. item prima. & l. consanguinitatis. C. de legit. hęred. Diximus præterea in diffinitione: vel quarum vna descendit ab alia: ne maximam illam patris, & filiorum coniunctionẽ excluderemus in primo parẽte. Cum enim Adam & Caim ab eodem stipite minime fuerint deducti, non forẽt consanguinei dicẽdi, ni ita compacta foret diffinitio. Carnalem etiam propagationem exigimus, ne dicendum sit Adamum, & Euam fuisse consanguineos. Ex quibus sequitur, diffinitiones per Ioan. Andr. in expositione arboris assignatas, imperfectas esse, nec admittendas, quanuis Thom. distinct. 40. illam sequitur, quæ ita diffiniuit. Est consanguinitas, vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Nec altera admittenda est, quæ diffiniuit esse attinentiam personarum, ex eo prouenientem, quod vna descẽdit ab altera, vel ambæ ab eadem. tametsi Prępo. in arbore eam eligat. Prima enim ex his ostẽdit omnes homines esse consanguineos: negat vero Adam, & Caim cognatos fuisse. Secunda Adam, & Euam consanguineos fuisse probat, ac subinde omnes homines cognatos fore censendos: quæ omnia absona sunt.

Superest cognita consanguinitatis diffinitione: eius gradus, ac discrimina cognoscere. Hoc etenim nobis plurimum conducit. Cumq; ea ex lineis, gradibusq; constet, quid linea sit, Ioã. Andre. in arbore exponit. Præter quem linea dici potest clarius. Collectio personarum, quæ iure sanginis propinquæ censentur, gradus continens, numerosq; distinguens. Ex Paluda

luda.in.4.distin.40. Linea verò in hac materia dici potest ex eo, quod linea ipsa filum sit, quod ex lino, aut alia re simili fieri solet. vnde linea margaritarum apud Iurisconsultos in.l. lineam. ff.ad.l.Falci.in.l.si seruus seruum.§. si cum maritum.ff.ad.l.Aquil.quo in loco explicat hoc eleganter Budę.& Ludoui. Cælius lib.3.lectio. Antiq.c. 14. Hinc igitur linea seriem, atq; ordinē cognationis, significat apud eosdem iuriscōsultos in.l.iurisconsultus.ff. de gradib.§. sed & ex lateribus. quod & Tiraq.adnotauit.lib.1.de retrac.§.1.in glos.9.in prin. Hinc & Romani Pontifices vtuntur eadem dictione sæpissime. Cuius vsus potest ex eo etiam deduci, quod linea longum sedēdi ordinem quādoq; significet, vt nonnulli illud Ouidianum, Primo de arte amandi, interpretantur.

Et benè te cogit, si nolit linea iungi.
Qua tibi tangenda est, lege puella loci.

Item illud eiusdem in amoribus lib.3. elegia.2.

Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi.

Etiam si proprius quidam intelligāt in dictis carminibus, lineam longuriū esse, seu longiores perticas ad arcendum populum in ludorum spectaculis, aut signum de Creta factum, quo vtebantur Romani in ludorum celebratione. vti notat Ludo. Cæli. libr.3. c. 14. His addo lineam apud Latinos accipi pro funiculo, cui alligatur hamus à piscatoribus. Plinius lib.9.c.43. Vulpes marinę, simili in periculo, glutiunt amplius, vsq; ad infirma lineæ, quæ facile prærodant. Item eod. libro capit.17. eadem dictione sæpissime vtitur.

Verum ex præfata lineæ diffinitione illud dubium explicari potest, quę dicatur linea paterna, maternave, quarum in testamentis, contractibus, cæterisq; viuentium actibus, mentio fit quotidie. & Soci. cons.33.colum.5.volu.3. opinatur illam dici lineam paternam, cuius caput est pater: maternam autem, cuius caput mater sit. senserat ante eum idem Ancharra. consi. 95. dum lineam paternam distinguit effectiue, & comprehensiue: effectiue intelligens lineam paternam, cuius caput si pater: comprehensiue, in qua pater continetur: atq; subdit, primum modum intelligendi obseruandum fore omnino, nisi aliud ex mente agentis, testantis, donantis, aut aliquo pacto disponentis, colligi possit. Ego tamen vtrunque intellectum assumēdum esse existimo, eundem Soci. sequutus in.l.Gallus.§. nunc de lege.ff. de lib.& posthu. & Curti. Iuniorem consil.5.nume.10. ex ipsa diffinitione, ac propria lineæ significatione. ex quibus etiam perpendi, & examinari potest responsum Alex.consi.53.volu.6. vbi explicat, quæ dicatur linea masculina testatoris, vel alterius: quo in loco eleganter eius opinionem interpretatur Carol.Mol. ipsum legito.

Gradus verò dicitur habitudo, id est, mensura distantium personarum, qua cognoscitur, quota agnationis, vel cognationis distantia, duæ, pluresve personæ differant. ita Ioan. Andre. quem Præp. in arbore sequitur. Gra-

Gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorumve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. autore Paulo iurisconsul.in.l.iurisconsultus.versi.gradus.ff. de gradib. Sed, vt computationem graduum explicemus, regulas quasdam prænotare oportet, quarum prima sit.

Iure ciuili, & canonico, ascendentium, & descendentium linea, quot sunt personæ, vna dempta, tot sunt gradus. Filius ergo primo gradu patri coniungitur, ac nepos auo, secundo. Pronepos proauo, tertio. Abnepos abauo, quarto.

Secunda regula. In linea transuersa æquali, id est, quando vterque distat eodem gradu ab stipite: quoto gradu alter distat à communi stipite, toto distant inter se, & sibi attinent.

Tertia regula. In linea transuersaliū inæquali: id est, quando, alter distat à communi stipite, gradu remotiori, quam alter, quo gradu remotior distat à communi stipite, eodem distāt inter se. Nec in his regulis est controuersia apud veteres iuris canonici professores. Iure vero ciuili vnica constitui potest regula pro omnibus lineis. Quot sunt personę vna dempta, tot sunt gradus. his equidem regulis graduum computatio distinguitur, quas Ioan. Andre. Præpo. & Stephanus à Costa in arbore exactiori diligentia exponunt. Sed ita facilia isthæc sunt, vt nec repetenda fore existimemus. Sat enim nobis sit, prædictas antiquiorum regulas, veluti præuias ad matrimonij prohibitionem, tradidisse, quę Petro Lorioto in eleganti interpretatione tituli.ff.de gradibus: aliquot rationibus minime applaudent. Penes quem poterit lector nouas hac in re traditiones inquirere.

Ex his tamen constat, inter ius ciuile, & canonicum in hac graduum cōputatione differentiam esse, cuius rationem assignat tex.in.c.2.35. quęst.5. Canones enim, quo ad matrimoniū, gradus distinguūt: quod quidem matrimonium inter duas personas contrahitur: & ideo in transuersalibus, ex duobus vnicum gradum constituit ius Pontificum. At ius Cæsarum quo ad successionem, quæ ab vno in aliū defertur, consanguinitatis iura, & gradus diffiniuit. Quo fit, vt promiscue in vtroq; foro quo ad coniugia canonum computatio probanda sit. ita glos. in arbore consanguinita. cui similis in.§.hactenus. instit. de gradib. quam putat sing. esse Franc. in cap.2. de arbitr.in.6.hæc est magis communis opinio. idem notat Deti. in cap.2. colum.2. de testib. In hæreditatibus vero, ac successionibus vtroq; foro, legalem computationem esse aduertendam, & obseruandam, prædicti omnes sentire videntur. in alijs autem contractibus, actibusq; cæteris similibus, quælibet computatio in proprio foro est seruanda. ex Ioan. Andre. in additionibus ad specul. titu. de success.ab intest.§.1. in fine magnæ additionis, quem Præpo. sequitur in dicta arboris interpretatione. colū.19.&.20.

Cuius conclusionis plurima exempla cuicunq; facile erũt obuia. * maxime ex his, quæ tradit Tiraquel. libro pri. de retract. §. 1. glo. 9. nu. 21. *

Prohibitio autem coniugij, inter consanguineos varie contingit in an-
9 tiquis canonibus: siquidem Fabianus Summus Pontifex, anno Christi fere ducentesimo quadragesimo quinto, matrimonium omnino vetuit cõtrahi in tertio consanguinitatis gradu: at in quarto ita prohibuit, vt contractũ non obstante prohibitione, minime dissolueretur. c. de propinquis. 35. q. 2. Sed Iulius primus in septimo gradu matrimonium omnino prohibuit, anno fere trecentesimo quadragesimo c. nullum. dict. caus. & . q. Verum Inno. Tertius, anno salutis fere millesimo ducentesimo, ad quartum gradũ hanc prohibitionem reduxit in . c . non debet. de cons. & affinit. huius vero variæ sanctionis meminit Virg. Poly. libr. 5. de inuent. rerum. c. 5. Porro ad quartum gradum matrimonia prohibentur, ad similitudinem com-
10 pacti corporis humani. autore ipso Inno. quod cõstat etiã ex. c. in quadã. de celeb. miss. constat etenim humanum
11 corpus ex quatuor elementis, quę Bernard. explicat in. d. c. in quadam. & intelligit frigidum, calidum, humidum, & siccum. rectius glo. in procœ. instit. §. igitur. Nam humanum corpus compactum est, ex pituita, seu phlegmate, quod humidum est, & frigidum, cholera, quæ calida, & sicca est, melancholia quę frigida, & sicca est. item sanguine, qui humidus, & calidus est. Sanguis aeris elemento respondet, qui humidus, & calidus est: præcipue tamen humidus censetur: atque ob id humidum est hoc elementum. Cholera igni similis est, qui & si calidus, & siccus sit: calidum tamen hoc elementum ex propria vi dicitur. Atra bilis, seu melancholia, terræ elemento confertur, quod propriã habet siccitatem, etiam si frigidum sit. Pituita comparatur aquæ elemento, quod etiam si humidum sit: id tamen peculiare habet, quod frigidum sit. Hæc ergo quatuor elementa corpus humanum constituunt. humidũ, id est, sanguis. Calidum, id est, cholera. Siccum, id est, atra bilis. Frigidum, id est pituita. & sic, aer, ignis, terra, & aqua, quod Ludoui. Cæli. adnotauit lib. 2. lectio. antiq. c. 11. ante eum Galenus lib. secundo de elemẽtis. quem Latinum fecit Ioannes Andernacus. explicat idem Leonardus Fuchsius in compendio medicinæ capit. 8. & capit. 10.

Quartus igitur gradus ex dicto concilio prohibetur, in transuersa cognationis linea. At in linea recta ascendẽ-
11 tium, & descendentiũ, nullis finibus prohibitionem contineri, quibusdam placet, quorum primas obtinet Caius iurisconsul. in. l. nuptiæ. in. 4. ff. de ritu nupt. vbi gloss. idem notat. cui simil. in arbo. consanguini. quam ibi approbat Præp. col. 2. Abb. in. d. c. nõ debet. col. 4. Regia. l. 4. tit. 6. part. 4. Sylues. verb. matrimoniũ. 8. q. 6. col. 4. Scot. & Paluda. in. 4. sentẽ. dist. 40. qui inde confingunt hoc, quod rationes huius

ce prohibitionis in linea recta ascendentium, & descendentium semper quocunq; gradu locum habeant. Tota enim prohibitio coniugalis inter
12 consanguineos, ex eo iusta cẽsetur, & rationi cõsentanea, quod amicitia ex sanguine orta satis sit sufficiens, absq; matrimonij contractu, ad charitatem in republica custodiendam. Oportet ergo coniugia inter eos contrahi, qui à sanguinis vinculo remoti sunt, quo inter eos coeat amicitia. quam rationem & alias Plutar. adducit in problematibus Romanis. nume. 108. & Diuus Augustinus lib. 15. de ciuita. Dei. ca. 16. Gratia. in. 1. c. 35. q. 1. potest adnotari & ex Cicero. lib. 5. de finibus. his etiam suffragatur, quod reuerentia iure naturali parentibus debita, mini me patitur hanc coniunctionẽ. quod Tho. tradit. 2. 2. q. 154. arti. 9. exacte huius prohibitionis rationem inquirens quibus plura adiungi possunt ex Tiraquel. 7. lege connubial. nu. 35. Rursus quibusdam placet, in hac linea recta solum quartum gradum, & citeriores prohiberi. Sic Gofred. scribit in Summa. tit. de consang. quem Angel. sequitur verb. matrimonium. impedimento. 6. Ego vero nullo pacto his assentior opinionibus. Prima enim corruit manifeste, quia rationes huius prohibitionis in tricesimo gradu cessant prorsus, non tantum in centesimo, millesimo ve. & id docet Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 9. Secũda aũt opinio manifeste falsa est. Cõstat enim adhuc in quinto, ac decimo lineæ rectæ gradi-
1 bus, rationes phibitionis omnino vigere. Illud tandem in hac controuersia plane fatemur nihil esse, quod nos ad eam definiendã cogat: cùm in iudicijs, aut regimine reipublicæ minime continget, si probabili coniectura id diuinare licet. Et tamen in disputatione, hanc coniugalem prohibitionem vltra vigesimum gradum non extendi libere contendam. In collateraliũ linea, quæ transuersa à iurisconsultis dicitur, id manifestum est, quintum gradum nulla prohibitione vrgeri: quo fit, vt quis possit vxorem accipere fœminam à fratre, recta linea, quinto, seu quarto gradu distantẽ. Ita Ioã. And. in glo. arboris in fine: quem sequũtur Ant. & Cardi. in. c. tua. Anch. in. c. fi. per text. ibi, & Henr. in. c. non debet. de consang. quanuis Hosti. in summa. ti. de consang. §. vsq;. vers. sed nunquid. contrarium teneat.

EX. §. SEQUENTI.

1 Affinitatis diffinitio.
2 Affinitas vnde dicatur.
3 Affinitas ex coitu etiam illicito oritur.
4 Affinitas frequenter concurrit cum publica honestate.
5 Affinitatis impedimento sublato per dispensationem, publica honestas etiã tollitur.
6 Affinitas matrimonium impedit, solum in primo genere, & intra quartum gradum,
7 Affinitas an detur inter virum, & vxorem?

§. *SEPTIMVS. DE AFFINITATIS impedimento.*

SEPTIMO loco agendum erit de affinitate, cuius cognitio à diffinitione pẽdet, quã Ioãnes
1

Andre.ita cōcepit. Affinitas eſt perſo
narū proximitas,ex coitu proueniens
omni carēs parētela. ita ipſe in arbore
affinitatis.quod ſi in vltimis verbis vo
luit Ioan.And.ex affinitate cōſanguinitatē neceſſario non deduci,planum
erit id,quod diffinitio proponit. At ſi
ſenſit,affinitatē non poſſe concurrere 3
cum conſanguinitate, falſum eſt. Si
quis enim carnaliter cognouerit alterā ex duabus ſororibus,quę tamē erāt
eius cōſanguineæ intra quartum gra
dum: nō poterit alterā ex his vxorem
ducere,impediēte matrimoniū ipſum
affinitate,atq; etiam conſanguinitate.
vt Præp.notat. poſt gloſ.ibi in arbore
affinitatis.col.4. Vnde in diſpenſatione ad contrahendum matrimonium,
à Romano Pontifice impetrata, opor
tebit vtrunq; impedimentum ſublatum fuiſſe. Ego verò affinitatem eſſe
arbitror, proximitatem perſonarum,
ex coitu deductam. Sic tamē dicitur,
eo quod duæ cognationes,quæ diuer
2 ſæ ſunt per nuptias copulentur.l. non fa
cile.§.affines.ff.de gradi. vnde affines
propriè dicūtur inuicē, viri & vxoris
cognati: licet quandoq; affines dicantur,qui conſanguinei ſunt. ſicuti opti
me adnotauit Tiraq.lib.1.de retractu.
§.1.in glo.9.nu.20. Diximus in diffinitione ex coitu,nō ex nuptijs,quia quo
ad coniugium impediēdum, affinitatem ex coitu deduci,conſtat, etiam ſi
coactus ſit.tex.in.c.diſcretionē.de eo,
qui cog.conſ.vxor.ſuæ. Nec refert,an
ſit ex vi præciſa,an ex cōditionali: vt
ibi probare videtur text.dū dicit, quā
tum potuit renitētem. Quinimo coitus cū dormiēte, hanc affinitatē producit.quod ibidē notāt Card. & Prep.
ex eo,quod copula carnalis etiā cum
dormiēte cōtingit. Vnde conſtat coitū eſſe de ſubſtātia affinitatis.vti tradit
poſt alios Ferdinā.Loazes Pręſul Iller
denſis in tracta.de matrimo. dubio.1.
fo.fin.& dubio.15. Atq; etiā ex coitu il
licito affinitatem oriri,probat tex. me
lior cæteris, ſecundū Abb. ibi in.d.c.
diſcretionem. vbi Henr. idem notat
poſt gloſ.ibi.idē glo. in arbore affinita.aptiſsimus tex. ad id in.c.in literis.
ſecundū Abb.& Areti. ibi. de teſtib.
tex.in.c.2.de cōſang.notat Capel. To
lo.&ibi Aufrer.96. quā opinionē aſſe
rit eſſe cōmunem Sylueſt. verb matri
moniū.8.impediměto.15.eamq; tenet
Hieron. Paul.in prouinciali.folio.38.
&probatur eadē ſentētia in.l.liberi.C.
de nuptijs,quæ prohibet ob affinitatē
filium patris concubinam in vxorem
accipere: non tantum ob ſolam hone
ſtatē:quod falſo exiſtimat Coraſ.libr.
1.Miſcell.c.3.dicēs ex cōcubinatu minime oriri affinitatem,nec eius ad nu
ptias impedimentum:cum iure ciuili
permiſſus fuerit cōcubinatus.ea enim
cōſideratio ex eo deficit, quod coitus
coniugalis licitus omnino eſt:ex eo ta
men deducitur dubio procul affinitatis impedimentum. Vnde conſtat, ex
ſponſalibus,etiam de præſenti, ante
copulam non oriri affinitatem: & ſi
Diuus Thom. contrarium opinetur
in.4.diſtinct.41.q.1.art.1.colum. 4. dicens,ex ſponſalibus de præſenti ante
coitum,affinitatem oriri, non publicæ honeſtatis impedimentum:cui ad
ſtipulatur

ſtipulatur Florenti.3. parti.titu.1. c. 11.
in fine princ. quod tamen falſum eſt.
Nam oritur ex his publicæ honeſtatis
iuſtitiæ impedimentum non affinitatis. Abb.& Præp.in.c.ſpōſam. de ſpōſa.Sylueſ.verb.matrimonium.8.§.14.
& Palud.in.4.ſenten.diſtinct. 41. q.2.
colum.1.&.q.1.arti.3.

Illud tamen animaduertendum eſt
concurrere poſſe frequentiſsime affi-
4 nitatem cum publica honeſtate:nem
pe ſubſequuta inter ſponſos carnali
commiſtione. Vnde in diſpenſatione
à Romano Pontifice impetrata, non
erit ſatis derogare impedimento affinitatis, niſi derogetur etiam impedimēto publicæ honeſtatis,ibidem con
currēti.gloſſ. recepta communiter in
arbore affinitatis. Abb. in cap. ſponſam.de ſponſa.Domini.conſil.33. col.
4. Verum hæc opinio, quam vulgus
probat, ſubuertitur manifeſte. Nam
Præp.& Stepha. in arbore affinit. pla
ne fatētur ſatis eſſe,ſi in petitione ipſi
5 Romano Pontifici oblata,affinitatem
ex coniugio ortam fuiſſe mentio fiat.
idem notat Sylueſt.verb. diſpenſatio.
q.5.& verb.matrimonium.8. q.14. &
Ferdi. Loazes in tract. de matrimonio.dubio.10.nume.10.& tamen Romanus Pontifex, derogans affinitatis
impedimento, potiſsimum de licita
intelligit,atq; ei ſimpliciter etiam derogare videtur,abſq; alia expreſſione.
Sicuti tradit Franci.de Ripa.lib.2. reſponſ. c.1. Licita tamen affinitas non
poteſt eſſe abſq; publica honeſtate:igitur ſublata affinitate ſimpliciter, etiā
publica honeſtas tollitur, quæ cum
affinitate aderat. ita expreſsim notat
Nicol.Milis.verb. diſpenſatio. quem
refert, & ſequitur Feli.in.c.poſtulati.
de reſcript.17.colum. & Nicol Boeri.
deciſ.264.colum.pe.dicens ſe ita vidiſ
ſe bis in iudicio obtentum mota controuerſia. Huic etiam opinioni accedit Hieronym.Paul.in prouinciali fo
lio.58.colum.2. quibus cōducit plurimum ſententia glo.quā ibi Abb.Præ
po.& alij approbant. in.c.non debet.
de conſang.quæ dicit, ſublata affinita
te vltra quartum gradum, publicam
etiam honeſtatē ſublatā, & antiquatā
eſſe:pro qua opinione notant Abb.&
Præp.ibi. ſtatutū in vna re,in alia quæ
ei ſit conſequutiua, locum prorſus
habere:ſic ergo, inquiunt, ſublata affinitate vltra quartum gradum publi
cam etiam honeſtatem cenſeri eodē
iure remiſſam: cum ea ex affinitate
omnino conſequatur: & affinitatis
ſit ſocia. Ex quo ipſi.d.gloſſ. ad probandum hunc argumentandi modū
inducūt,perperam tamen: cum abſq;
affinitate detur publica honeſtas,non
ſequuta copula inter ſponſos. Item affinitas ſine publica honeſtate, vbi ex
coitu illicito illa oritur. Rectius tandem ex dicta glo.collegiſſent aliū argumentandi modum: nempe ex duo
bus, quorum alterum inſtar alterius
eſt ſtatutum,ſi demum vnum lege no
ua corrigatur, ſublatū & alterum cen
ſeri quod eius inſtar antea ſancitū fue
rat.notant Domini.in.c.1.verſi.quin-
to fallit.& ibi Franciſc.verſ.nono. de
tempor.ordi.in.6.

Affinitas autem gradus ſibi peculia

res nō habet, præter eos qui in consan
6 guinitate distinguuntur. Is enim, qui Semproniæ per coitum adiungitur, affinis erit ipsius Semproniæ propinquis eo gradu, quo illa eis est consanguinea. Genera tamen affinitas habet. Nam persona alteri addita per carnis copulam genus mutat, nō gradum. Genus, inquā, ita vt prima persona genus mutet vinculi: cæteræ autē genus affinitatis ipsius. Is enim, qui cognouit Semproniā, non mutat genus affinitatis, sed vinculi, quippe qui nouus fiat affinis ipsis Sēproniæ consanguineis. At ea, quæ Sēproniæ vi-
7 ro per copulā adiuncta fuerit, mutat genus affinitatis: erit enim in secundo genere affinitatis ipsis Sēproniæ consanguineis: cum vir Sēproniæ esset in primo genere. quæ omnia aperte docet Ioan. And. in gl. Arboris Affinit. & ante eum Bernar. in d. c. non debet. Nec secundū genus affinitatis hodie phibet. vt ibi ab ecclesia est decisum. Ex quo patet posse quē in vxorē accipere relictam à propriæ vxoris fratre. Item posse quenquā diuersis temporibus duas: vel plures fœminas vxores sibi accipere: quæ tamē cum duobus, pluribusve fratribus matrimoniū cōtraxerant. secundum Cardinal. in d. c. non debet. Stepha. & Præpo. in arbore affinit. contra Ioan. And. & Inno. qui in his casibus videntur prohibitionem matrimonij adhuc admittere.

Ex quo subinfertur, legē municipalem, qua sanciri solet, cōpromittēdas fore oēs lites, quæ inter affines oriantur minime locū habere in affinibus secūdi generis. Hoc enim genus nullum iā habet effectū. ita notat Ias. in l. quod Seruius. 2. col. ff. de cōdict. caus. dat. idē Ias. in l. qui se patris. C. vnde liber. nu. 59. & ibi Curti. Iunior. nu. 78. aduersus Pau. castren. qui ibidem contrarium dixerat. Solent tamen quandoq; dari literæ apostolicæ declaratoriæ super secūdo genere affinitatis. teste Hierony. Paulo in prouinciali. fo. 19. quod fieri opinor ad sedandū contrahentium scrupulos.

Secundo, hic notandū est virum & vxorem non esse affines: ex eis tamen producitur vinculum hoc affinitatis. ita glo. in arb. affini. & in. §. affinitatis. inst. de nupt. & in l. affinitatis. C. commu. de succes. notat Theophilus in. §. dixim°. inst. de nuptijs. Abb. & alij in c. quod super his. de cōsang. & affinit. Bald. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Tho. in. 4. senten. dist. 41. q. 1. contra Porciū, & Ias. in d. §. affinitatis. Prædicta tamē municipalis lex, de controuersijs affinium compromittendis, in viro, & vxore locum habere debet. secundū Ias. in d. l. quod Seruius. 2. colu. cuius opinio cōmunis est. secundum Curt. Iunior. in. d. l. qui se patris. nu. 79. In sponsis tamen ante cōsensum de præsenti, id non credere ita facile recipiēdum fore: tametsi Ias. in d. l. quod Seruius. contrarium opinetur dicēs post gl. ibi ipsos spōsos improprie esse affines: quod ego non admitterē, si quidē eodem pacto dicere posses esse improprie affines, eos qui nec cētesimo gradu sanguinis vinculo cōiūcti sunt. Fortasse tamen Ias. opinio, remota prædicta ratione, propter illam spem matrimonij, erit ex quadā æquitate seruanda. Nam & spē matrimonij maximos effectus habere cōstat, & nos superius quandoq; id probauimus.

EX §. SEQVENTI.

1 Incestus diffinitio, eiusq; denominatio.
2 Pœna laici committentis incestum.
3 Clericus propter crimen incestus est perpetuo deponendus.
4 Incestus proprie non dicitur, si quis cognouerit consanguineam sponsæ, nondum ab eo cognitæ.
5 Incestas nuptias contrahens, qua pœna sit puniendus.
6 Pœna amissionis bonorum ipso iure inducta, etiam ab hæredibus delinquentis exigitur.
7 Priuandus per sententiam beneficio, vel alia qualibet re, vtrum faciat fructus suos post commissum delictum.
8 Fructus bonorum quibus quis ipso iure priuatur à die commissi criminis, sunt fisco adiudicandi.
9 Priuatus bonis ipso iure, à die delicti, nec alienari potest: imo rem alienatam fiscus vendicat non soluto emptori pretio.
10 Pœna ipso iure inducta, an locum habeat in foro conscientiæ.
11 Pœna conuentionalis an debeatur in foro conscientiæ.
12 Damnum culpa leui, vel leuissima illatum, an in iudicio interiori sit resarciendum.
13 Intellectus ad. l. in lege. ff. ad. l. Aquili.
14 Incendium, quam culpam præseferat ex legis præsumptione?
15 Intellectus cap. primi. de adulter.
16 Pœna an præscribi possit mala fide.
17 Regia. l. prima titu. de excommunicatis. lib. 8. ordi. intelligitur.
18 Incestæ nuptiæ in legibus eas punientibus, ex Pontificio iure sunt considerandæ.
19 Incestas nuptias contrahentes bona fide: sed postea detecto impedimēto in eis perseuerantes, nec canonicis, nec legalibus pœnis puniuntur.
20 Incestas nuptias contrahentes, à pœnis prædictis liberi sunt, si matrimonium nondum est carnali copula consummatum.
21 Error iuris, aut ignorantia crassa, an excuset à pœnis, contrahentes incestas nuptias? & num. 22.
22 Intellectus ad. l. qui contra. C. de incest. nupt.
23 Maritus an possit excludere, ex iure fisci vxorem, dotem repetentem, quæ nuptias incestas scienter contraxerat?
24 Maritus in dote putatiua soluenda non habet annuam dilationem.
25 Maritus non lucratur fructus dotis putatiuæ.
26 Maritus ad dotem putatiuam conuenitur vltra quam facere possit.

§. OCTAVVS. DE CONtrahentibus incestas nuptias.

IS omnibus, quæ in duobus proximis paragraphis diximus, addendū est in-
1 cestū dici coitū inter consanguineos, vel affines. c. lex illa. §. incestus. 36. q. 1. l. si adulterium cum incestu. in princ. ff. de adult. notat optime Thom. 2. 2. q. 154. artic. 9. Abb. in. c. 1. & in cap. veniens. de eo, qui cogno. consang. vxo. suæ. gloss. in rub. C. de adult. text. in. §. ergo. & ibi Doct. instit. de nupt. Regia. l. 1. tit. 18. iuncta. l. 2. titu. 19. part. 7. Erit tamen hæc diffinitio intelligenda, quando coitus contingit inter affines, vel cōsanguineos, qui iure prohibente matrimonium contrahere nequeunt: in his enim incestus dicitur: atq; nuptiæ ab his contractæ vtroq; iure incestæ appellātur: quasi in his nuptijs minime adsit cestus: id est cingulum illud, quo Venus vtebatur ad honestas nuptias. Has tamen nuptias, quæ inter consanguineos contrahuntur, appellat quandoq; lex nefarias, & naturę cōtrarias. text. in authēt. de incest. nup. in princ. coll. 2. & Canon in cap. cum secundū leges.

leges.de hære.in.6. Sed isthæc denominatio ad nuptias in gradu naturali, vel diuino iure prohibito, contractas, referenda est. ita glos. in. d. auth. de incest. nupt. & in rub. C. de incest. nup. Archi. Ioan. And. Domi. & Frãc. in. d. c. cum secundum leges. Vnde non est admittenda glo. quæ in. d. c. cum secundum. intelligit, nuptias naturæ contrarias eas esse, quæ ex vitio Sodomiæ contrahuntur: cùm ibi tex. huius criminis pœnam minime tractet, nisi gl. interpretationem referamus ad tex. in. l. cum vir. C. de adult. vbi puniuntur nuptiæ, quæ inter mares fœdissime celebrantur. Hinc etiã apparet, non esse omnino recipiendã distinctionem Constantini Harmenopuli, qui lib. 4. ti. 6. ad finem scribit, incestas dici eas nuptias, quæ ratione sanguinis prohibentur, vt inter consanguineos. Damnatas autẽ eas, quæ
3 à iure vetantur inter tutorem, & pupillam: libertum & patronam, seruũ & dominam. Nefarias verò eas, quæ iniquitatis causa passim improbantur: sicuti cum moniali, rapta, & similibus.

Incestus autẽ crimen absq; matrimonio cõmissum, iure ciuili pœna adul-
2 terij punit. gl. Bart. & Doct. in. l. si adulteriũ cum incestu. in princ. ff. de adult. gl. & cõmunis in. l. inter liberas. ff. eo. titu. Ange. in tract. de malefi. ver. che may adulterato. col. pe. Paul. Gril. lib. 3. de pœnis omnifariã coitus. q. 3. Reg. l. 3. titu. 18. part. 7. Pœnã verò adulterij trademus statim. c. 7. §. 6. item iure Regio hoc crimẽ cõmittens dimidia bonorũ parte priuatur, eaq; fisco adiudicatur. l. 7. tit. vlti. lib. 8. in ordinat. Regijs. Quod si clericus hoc delictum
3 commiserit, deponitur ab ordinibus perpetu. argu. tex. in. c. tuæ. de pœnis. glo. in. c. Maximianus. 81. dist. & in. c. lator. 2. q. 7. quas dixit singul. Imol. in c. vt clericorum. de vit. & honest. cleri. & eas sequũtur Abb. & Doct. in cap. at si clerici. §. fi. de iudic. dicentes, clericũ pro fornicatione, quæ simplex non sit, sed maximã habeat deformitatẽ, deponendũ fore: sicuti, p adulterio, incestu, stupro, & similibus. quod etiam notat Paul. Gril. d. li. 3. q. 3. 2. & 7. Qua pœna punitur & is, qui carnaliter cognouit fœminã intra quartũ gradum consanguineã eius, quã antea cognouerat. ita egregie Ioã. Berna. Calagurritanus Antistes in pract. crimi. c. 78. quod cõprobatur ex eo, quod affinitas
4 etiã ex coitu illicito oriatur. vt in præced. §. notauim⁹. Si vero quis fornicetur cũ ea fœmina, cũ qua habet publicæ honestatis iustitiæ impedimentũ, quippe qui ei⁹ cõsanguineã intra quartũ gradũ desponsauerat, absq; carnali cõmistione: punietur arbitrio iudicis, non his pœnis, quas modo prædiximus: licet gloss. in dict. c. lex illa. existimet, hãc fornicationem posse incestũ dici: id etenim locum habet ex impropria dictionis significatione, quæ in pœnis admittẽda nõ est. Pro qua opinione est insignis glo. in cle. vni. verb. eos. de cõsang. quam ibi Doct. cõmuniter approbant. dicentes ex ea, cõtra hẽtem matrimoniũ cum fœmina, impediente publicæ honestatis iustitia, non

non esse excommunicatum: ex illo canone, qui consanguineos, affines, religiosos, moniales, & constitutos in sacris matrimonium cõtrahentes, ipso iure excommunicat.

Is autem, qui incestas nuptias contrahit, iure ciuili, si humilis & vilis sit
5 verberatus in exilium mittitur, bonis omnibus fisco adiudicatis, non existẽtibus ipsius delinquentis filijs legitimis, qui fisco in bonis præferuntur. Vir autẽ honestus, infamis effectus, ac bonis eodem pacto amissis, in insulam perpetuo relegatur. tex. in authẽ. de incest. nupt. colla. secunda. authen. incestas. C. de incest. nup. Regia. l. 3. tit. 18. part. 7. Ange. in tracta. de malefic. versic. che may adulterato. col. pe nulti. & Paul. Grill. dict. lib. 3. quæsti. 3. qua in re plurima sunt adnotanda.

Primum, bona contrahentium incestas nuptias, fisco ipso iure, à die commissi criminis, esse adiudicata. probat tex. in dict. cap. cùm secundum leges.
6 & in authen. de incest. nupt. vnde non est iudicis sentẽtia ad condẽnationem necessaria: quod plurimũ refert. Nam licet alias morte delinquẽtis crimina extinguãtur. l. 1. & 2. C. si reus vel accus. mort. fuer. capit. admonere. 33. q. 2. ca. causamq;. in. 2. qui filij sunt legit. vbi glo. c. à nobis. in. 2. & ibi. gl. de sen
7 tent. excõmu. tamẽ quãdo à lege, vel canone pœna amissionis bonorũ inducitur ipso iure, etiam mortuo delinquente illud crimen tractari potest, & in iudicium deduci cõtra hęredes, ad effectum, vt fiscus bona illa omnino consequatur. gl. est in. l. 3. §. quod autẽ. ff. quod quisq; iuris. quam Docto. ibi communiter approbant. dicit ordina. Ioan. Anani. in. c. in literis. de rapt. 2. colum. & sing. Bald. in. l. vni. C. de priuileg. dotis. col. pe. & Bal. Nouel. in tract. de dote. part. 12. nu. 25. pro qua optimus tex. secundum Bart. & Docto. ibi in. l. commissa. ff. de publica. & in. l. Caius. ff. ad Sylla. Bart. in. l. 1. ff. de priuat. delict. Deti. in. l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. quã opi. probat tex. insignis. in. c. accusatus. §. penul. iũcto. c. cum secundum. de hæret. in. 6. & esse eam cõmunem asserit Andr. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuocand. donat. verb. reuertatur. nu. 241. & Ias. in. d. §. quod autem. vbi ipse, & Ioan. Igneus in. d. l. Caius. nu. 15. contra hanc communem disputãt. Hinc etiam & illud est tractandum, an fructus bonorũ, quæ ipso iure fisco propter crimina deferuntur, sint ipsi fisco adiudicandi à die cõmissi criminis, an à die litis contestatę? quia in re difficilis est quæstio in bonorũ amissione, quæ ipso iure à lege nõ infert, sed per sententiã. Nã is, qui priuãdus est per sententiã re propria ob delictũ, donec sentẽtia feratur, aut saltem litem in criminis accusatione contestetur, ita fructus recipit, vt nec iudex in sententia posit eosdẽ fructus fisco adiudicare,
7 siue sint extãtes, siue cõsumpti. notat Card. in cle constitutionẽ. §. cęterũ. ad finẽ, de electio. & Feli. in. c. de quarta. de pręscript. nu. 33. ea ratione q̃ hic delinquens donec per iudicem priuetur re propria, seu dignitate, officio, aut beneficio, titulũ habeat, quo ipsius rei fructus

fructus iure optimo percipiat.idē notat Corne.in.l.1.C.de his,quibus vt indig.cuius opinionem Feli.in. d. c. de quarta.pluribus rationibus cōprobat. quibus tamē respōdet Anto. Burgēs. in cap.ad nostrā.de emptio.& vendit. nu.34.contrariam opinionem sequutus,ex qua fructus percepti ab ipso delinquēte ex ipsis bonis,quibus priuandus est per sententiam, fisco adiudicātur à die cōmissi criminis:propter malam fidem, quam delinquens habuit commisso crimine.& quia titulus ille, quem in re habuit, reuocatur per sententiā.probat hāc opinionem tex. in l.1.C.de his, quib. vt indig.vbi Paul. Castrens.Saly.Alex.& Iaso.idem notant.quorum opinionem idem Paul. asserit.in.l.prædonis per text.ibi.ff.de petit.hæred.post Bald.& Ange.ibi.& esse eam communē testatur Ioā.Bernar.in Pract.crimi. cano.c.123.qui opinionē Card.Corne.& Feli.existimant procedere, quādo ipse delinquēs etiā post delictum,in dignitate,beneficio, aut officio, debitum ministeriū exhibuisset.quod tamen egointelligerem, nisi delictum,etiam occultum, etiam peracta pœnitentia delinquentē ipso iure , ministrare impediret:vt si esset crimen,quod irregularem delinquentem constitueret:tunc etenim seruiendo, ac ministrando in officio, quod exercere nō poterat,dignus esset maiori pœna,ac delictum maxime augeret:quo fit,vt fructus ei non sint iusta ratione cōcedendi,nec dimittēdi.pro quo facit quod Felin.notat in cap. inquisitionis. 1.colū.de accus.dicens de

8 linquentem non posse tute in animæ iudicio retinere beneficiū ecclesiasticum,cui est annexus ordo sacer, quē ipse propter crimen exercere non potest. Verum si à lege,vel canone, bonorum beneficij,vel dignitatis priuatio ipso iure fit:& sic ipso cōmisso crimine,fructus à die criminis perpetrati,per iudicem fisco adiudicantur indistincte.tex.in.l.eum qui in princip.ff. de his qui.vt indig.g.notabilis. in Authen.de incest.nupt.§.1.vers.imminere.quam ibi Docto.cōmuniter sequūtur.& dicit singul. Repert. inquisitorum.verb.confiscatio. & auream Petrus à Velluga.in specul.princip.rub. 14.§. nunc videamus. nume.8. notat idem Felin.in cap. Rodulphus.de rescript.num.38.idem in.d.ca. de quarta.num.33.& Tiraquel.in dict.l. si vnquam.verb.reuertatur.nume. 219.

His accedit,quod retinēs beneficium ecclesiasticum, quo est priuatus ipso iure , dicitur intrusus : vt ex Brixiensi notat Felin.in cap.in nostra.de rescripti.corola. 2. quod ipse intelligerem, quando quis fuit per sententiam priuatus,& retinet illud beneficium,vel quando ipso iure priuatur,& fuerit sequuta sententia declaratoria: ex cap. cum secūdum leges.de hęret.in. 6. & Nicol. Milis verb. intrusus.imo requiritur vtroq; casu sententiæ exequutio vt scribit additio Rotæ.16.in nouis.& Probus in pragmati. Sanctio. titu. de pacifi. possessoribus. verb. violentus: vbi Chosmas idem quod Brixiensis adnotauit.

Ab eadem iuris decisione,qua bona con-

contrahentis incestas nuptias, fisco ipso facto deferuntur , & illud insurgit:quod à die commissi criminis administratio bonorum ipsi delinquenti aufertur,atq;bonorum dominiū statim in fiscum translatum censetur. quod probatur in. l. commissa. ff. de publi.& vectig.vbi Bart.&Imol. hoc notant.Ioan.Andr.& Doct.in.d.c.cū secundum. Cinus & Bald.in authen. incestas.C.de incest. nup. quo fit, vt res quælibet ex fisco delatis per delinquentem alienata, ab ipso fisco rei vēdicari posit, pretio ipsi emptori minime soluto. Nam si dominium in fiscū

9 transfertur , & fiscus agit reiuendicatione , sequitur , minime debere fiscū pretium emptori soluere : siquidem agens reiuendicatione, ad pretiū non tenetur. l. inciuilem. C. de furtis.hoc ipsum in hac specie notat Bartol.in.l. post contractum.ff.de donatio. col.4. Deti.cons.235.col.3. Andre. Tiraque. in dict.verb.reuertatur.num.267.late Ioānes Hannibal. in rep.dictæ.l.post contractū.in.2.tēpore. nu.360. Si tamen pretium datum ab emptore reperiretur inter bona ipsius delinquentis teneret fiscus bona illa capiēs,illud emptori reddere, sicuti notat Repertoriū inquisitorū. verb.alienatio . idē dicens, quando pretium illud fuit cō uersum in vtilitatem bonorum delin 10 quentis, atq; illa vtilitas ad fiscū cum bonis fuit delata. quod Bart. notat in l.3.ff.de his,quæ in fraud.cred.p.l.emptor.ff.de rei vendicat. & vtrunq; probat Conrrad. tracta.1.de cōtract.q. 7. conclu.3.Sed &si alienatio à delinquē te facta fuit ex causa necessaria : nēpe pro alimentis,alienatio licita videtur, nec potest res alienata,per fiscum vendicari.vt notant Paul. de Mōte Pico. col.19.& Ioan.Hannibal.nu.481.in.d. l.post contractū.& Sylvest.verb.hæresis.1.q.8.& licet ex Barto. in.d.l.post contractum.in secundo tempore.possit contrarium colligi:æquior tamen, & verior videtur præmissa opinio.Ex his considerandum est delinquentē nō esse à fraude,nec à peccato immunem,si prædicto casu, quo bona eius sunt ipso iure fisco delata, rem aliquā alienauerit,ipsum emptorē hoc ignorantē decipiēs. Sylvest. verb. hæresis. primo.q.8.Ioan à Medina de restitut. fol.4.col.3.& Hadri.quodlib.6. arti.1. illat.3.cum ipsi emptori immineat,ex culpa venditoris periculum amittēdi rem & pretiū. Hinc etiam constat,fiscum non teneri ad soluēda debita,ab ipso delinquente contracta post commissum delictū:illa vero quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquens cōtraxerat,soluere tenetur fiscus.l.1.§. an bona.& ibi Bart.ff. de iure fisci.late Guiliel.Benedictus.in.c.Rainuncius. de testa.verb.& vxorem.num.850.

Sunt etiam qui existiment, bonorū amissionis pœnam,ipso iure à lege inductam,tantā habere vim,vt etiam in 10 consciētiæ foro locum habeat. Vnde fit,vt nulla sentētia expectata,ipse delinquens illa bona teneatur fisco restituere,nec tute ea posit obtinere,quia pœna ipso iure indicta per leges exteriores,locū sibi vēdicat in foro interiori.Abb.& Fel.in cap.1.de constitutio.

num

num.44.idem Abb.in cap.dilecti. de arbitr.cui opinioni & plures alij Docto.accedunt,quos refert, & sequitur Andre.Tiraquel.in dict.l.si vnquam. verb.reuertatur.num.236. pro quibus est optimus text.in.c.2.de prescriptio. in.6.per quem aperte probatur, hæredes hæretici,scientes defunctum hæresis crimen cõmisisse, non posse vsu capere bona defuncti aduersus fiscũ, quia malam fidem habent:igitur non possunt iuste bona illa posidere,quippe qui ea detineant iniuste. Sed contrariam opinionem veriorem esse probauimꝰ, nulla etenim pœna,etiã ipso iure statuta,in conscientiæ foro debetur,nec exigẽda est necessario,ab ipso sacerdote, qui pœnitentem iudicat. quod probatur primo,ex.l.fina.§. sin vero.C.de iure deliberand. & in. l. si quis in tantam.C.vnde vi.quibus legibus imponitur pœna ipso iure, & tamen communiter Doct. asserunt,illarum legum pœnas in foro conscientiæ non deberi. Attenta quorundam interpretatione,qui tenent non confecto inuentario hæredem in foro animæ vltra vires hæreditarias minime teneri:vt tradit Ias.in rub.ff.de adquir. hæred.ita intelligens dict.§. sin vero. quod ipse latius deduxi in. c.1.de testam.Sed & quo ad.l.si quis in tãtam. & si gl. ibi communiter recepta velit illius legis pœnam, sententiam exigere:teste Ripa.in cap. sæpe. col. pe. de rest.spoliat.non desunt tamẽ,qui ipso iure pœnam ibi sanciri, existiment. quod apparet ex traditis per Tiraquel.dict.verb.reuertatur.nume.126.

Secundo eadem sententia coadiuuatur ex cap.cum secundum. de hæret.in.6.vbi statuit Roma. Pontifex in pœnis etiam ipso iure incursis,requiri,vt earum exequutio fieri iuste possit,declarationem iudicis. igitur ante hanc declarationem non tenetur delinquens in interiori iudicio pœnam soluere.ad idem tex.in.l.eius qui delatorem.& ibi Bar.ff. de iure fisci. Felin. in.c.Rodulphus.num. 37. de rescrip. Tertio eidem assertioni suffragatur ratio illa,qua comprobatur, pœnam legis exterioris non habere vigorem in interiori foro. Id etenim ea ratione probatur,q; iure diuino, delinquens nihil tenetur restituere, præter damnum,quod proprio delicto intulit: pœnam autem, per exteriores leges statutam,non tenetur soluere,quia illa actũ iudicis:id est exequutionẽ exigit, is vero qui deliquit nulla lege tenetur,pœnam aduersus seipsum exequutioni mãdare,eandem iudice minime exequente.quam rationẽ Diuus Thom.tradit.2.2.q.62.arti.3. & ibi Caieta.Felin.in cap.audiuimus.de simo. optime Fortu.in tractatu.de vlti.fine. illat.18.ad finem. & Adria. quodlibet. 6.arti.1.ex quo plura inferuntur.

Primò ratio vera ad glo.in cap. fraternitas.12. quæst.2.quæ insigniter asseruit,pœnam in conscientiæ foro nõ deberi. quam Doct. oẽs cõmendant. in cap.1.de constit.maxime Abb.Feli. & Deti.dicit sing. Cors.in sing. verb. pœna. Adria.quodlib.6. arti.1.illat.3. Ludoui.Gomez.in. §.sic itaq;. nu. 16. & in.§.ex maleficijs.num.14.de actio.

Atq;

Atq; ista est cõmunis opinio.licet Gomez in dictis locis,& Deti.in dict.c.1. nu.20. dubitent & quibusdam friuolis rationibus reprobare,vel falso restringere velint prædictæ gloss. assertionem, quam etiam Dynus probat in reg.peccatum.2.col. de regul. iur. in.6.Nec Theologi dissentiunt ab hac cõmuni Canonistarũ sententia, vt cõstat ex paulo ante adductis.ex quibus procedit prædicta opinio,etiam si pœna ipso iure à lege, vel canone imponatur.quod in specie notat Caieta. in d.artic.3.Feli.in dict.capi.audiuimus. Deti.in dict.c.1.de constit.num.20. & Sylue.verb.pœna. quæst.25.& Adria. quodlib.6. art.1. Pulchre & eleganter Dominic.Sot.lib.1.de iustitia & iur.q. 6.artic. 6. Nec obstat text. pro prima opinione adductus in cap. secũdo, de præscriptio.in.6.quia ibi exigitur bona fides in præscriptione, ne, etiã probato crimine in exteriori iudicio, possint bona illa per fiscum capi:non tamẽ ex hoc innuit text.hæredes teneri ea bona restituere ante præscriptionẽ, absq; sententia iudicis, etiam si sciant defunctum deliquisse. Hęc enim sciẽtia mala fides ibi appellatur respectu præscriptionis, quæ ignorantiam criminis requirit.Cæterum quo ad hanc primam illationem omnino legẽdus est Alfonsus à Castro.lib.2.de Iust.hæreti.punit.vbi ca. 7. & latissime lib.2. de potest.leg.pœn.aliquot fortissimis rationibus probare nititur,pœnã ipso iure impositam à lege,in conscientiæ foro, statim cõmisso crimine ante sententiam deberi, & omnino soluẽdam esse, nõ expectat à iudicis declaratione,nec eius executione.

Secundo infertur ex ratione, quam cõmuni opinioni aptauimus, etiam lata sententia condemnatoria, vel declaratoria, non teneri delinquentem ad solutionem pœnæ in conscientiæ foro. Solũ etenim tenetur iudici exequenti sententiam obedire, nec ei resistere potest:non tamen tenetur ipse contra se sententiam exequutioni mãdare,neq;fisco bona ipsa offerre.quod Hadri.in dict.illat. 3. notauit. Caieta. dict.artic.3.& Deti.in dict.cap.1. nume.20.contra Felin. ibi nume.43. qui pro se allegat Thom.2.2.q.62. artic.3. dicentem, pœnam in foro conscientiæ nõ deberi,donec reus sit condẽnatus: ergo reo condemnato debetur pœna.Nam,vt Felino respõdeam,intelligo. S. Thom. donec reus sit condemnatus, & sententia exequutioni per iudicẽ tradatur. ex ratione ipsius Thom.& aliorum,qui Thom. ipsum sequuntur.quãuis Feli.opinionẽ ante ipsum Bald. probauerit in.l.id quod pauperibus.C.de episcop.&cleri.9.q. Horum vero authorũ opinio fortasse tunc procederet, cum iudex expressim reum cõdemnaret ad soluendũ, seu aliquid agendum, quod non pertineret ad corporalem lęsionẽ:quemadmodum cẽset Domi.Sot.d.art.6.cõclu.5.probãs, in hisce casibus,reũ post cõdemnationem teneri ad solutionẽ, etiam ante executionem,item & teneri ad agẽdum id,quod in sentẽtia fuerit eidem iniunctũ.Practici autem iudices cum reos condẽnant ad pœnam

L amissio-

amiſsionis bonorum temporalium, non damnant eos ad ſolutionem, ſed ſimpliciter vtuntur condemnatione bonorum omnium, vel partis eorum, ea fiſco regio adiudicantes. At vbi fit condemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ, tunc etiam reum condemnant ad eius ſolutionem.

Tertiò hinc deducitur, pœnam non deberi in foro interiori, etiã ſi lex pœnalis addiderit, ad incurrendam pœnam nullam requiri declarationem, nec ſententiam. Adhuc enim erit iudicis exequutio neceſſaria, quia, ſi lata condemnatoria ſententia non de-
11 betur pœna in conſcientiæ iudicio, nec etiam debebitur caſu, quo nulla ſententia eſt neceſſaria. quam illationem aduerſus Sylueſtr. verb. emphyteuſis. q. 2. & verb. Aſſaſinus. in fi. pro ponimus. Is enim dixit, nullam requiri ſententiam, ſi lex pœnalis prædictis verbis vtatur. Cuius opinio vel eſt falſa, vel intelligenda in foro exteriori, non in iudicio interiori. Sed ſi lex adderet pœnam, quam infert, ſoluendã eſſe in conſcientiæ foro: crederẽ communem opinionem non eſſe hoc caſu admittendam: tametſi caute à legibus ſit hoc ſtatuendum. Sic Regiæ leges fi. tit. 14. & fi. tit. 15. & 2. ti. 9. lib. 2. in Regi. ordi. pœnam quandam imponentes addiderunt, eam in foro conſcientiæ eſſe omnino ſoluendã. quod quibuſdam nimis aſperũ videbitur, tamen vrgentiſsimis rationibus probatur ab Alfonſo de Caſtro libr. 2. de Poteſt. leg. pœnal. c. 5. Illud tamẽ conſiderandũ eſt, eſſe pœnas quaſdã, quæ ipſis delinquentibus inferũtur, vt eas illatas patiãtur: in quib⁹ cõmunis ſententia locũ habet: quaſdã vero, quę imponũtur ipſi delinquenti, & earũ natura dictat vt eas is exequatur: vt peregrinatio, exiliũ, habitatio in certo, & à iudice conſtituto loco: has quidem etiam in conſcientiæ iudicio, cõdẽnatum cogendum eſſe peragere: manifeſtum mihi videtur, & id expreſsim notat Driedonius de libert. Chriſtia. pagin. 226. poſt Caiet. 2. 2. q. 69. arti. 3.

Quartò ex eadẽ ratione non tenetur quis in foro conſciẽtię pœnam etiam
12 conuẽtionalem ſoluere, niſi ab alio petatur. quod notat Corn. cõſ. 69. 2. vol. & cõſ. 55. in. 3. vol. quẽ ſequit̃ Rebuff. in. l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo, quod int. proferũtur. nu. 40. Nã ſicut iudici exequenti legis pœnam non licet reſiſtere, ita petenti pœnam ex cõuentione, & promiſsione non licebit refragari. Et ſicut iudicis exequutio in legali pœna eſt neceſſaria, ita in conuentionali petitio creditoris expectanda eſt: cum is, qui pœnam promiſit, iuſta cõiectura præſumat, alterum nolle pœnam recipere, ſi eam non petierit. Vnde Anchar. ſententia. in reg. poſſeſſor. tertia quæſt. de regu. iur. in. 6. quem referunt & ſequuntur Feli. & Deti. in dicto capitu. 1. quæ aſſerit pœnam conuentionalem in foro conſcientię deberi: eſt intelligenda ſi ab illo, cui ſoluenda eſt, petatur. Is vero, qui ex conuentione, vel ex lege pœnam exigit, & extorquet, nullũ peccatũ committitur. quod probat Fortu. in tracta. de vlti. fine. illat. 18. & eſt apud omnes probatiſsima opinio, quãdo lex eſt iuſta, vel pœna conuentionalis licite in contractum deducitur. notat Corne. d. conſil. 69. & Bald. in. l. prima. C. vnde vi. col. antepenultima.

Quinto ex eadẽ opinione defenditur à quibuſdam Innocen. qui in ca. ſi
12 cut dignũ. de homi. ſcripſit, damnum alteri inferentem culpa leui, vel leuiſsima nõ teneri, in cõſcientiæ foro illud reſarcire: quanuis in iudicio exteriori, per iudicem cogi debeat ad id ſoluendum. per. l. in lege. ff. ad. l. Aquiliam. Hoc enim damnũ in pœnã ſoluitur præcedentis culpę: igitur in iudicio interiori nõ debetur. & Innoc. ſequũtur Abb. in cap. ſi egreſſus. de iniur. idem Abb. in ca. cum cauſam. col. 5. de teſti. & in. c. dilecti. de arbitr. Abb. & Deti. num. 31. in. c. quoniã contra. de prob. Areti. in cap. ſicut. colũ. 2. de teſti. Roma. ſing. 105. Anan. in. d. c. ſicut dignũ. §. fi. in fine. & ibi Feli. idẽ Feli. num. 41. & Deti. nume. 10. in. 2. lecti. in ca. 1. de conſti. poſt Abb. ibi col. 7. & Iaſ. in. §. ſed iſte. num. 130. de actioni. Barb. in. c.
13 1. col. 1. de cõmodat. quam opinionem aſſerunt communẽ eſſe Anto. Corſ. in ſing. verb. forũ cõſcientię. & Sylueſt. verb. culpa. §. 4. & verb. aduocatus. §. 24. & verb. reſtit. in. 2. §. 12. & 17. pro qua cõſiderandũ eſt, q̃ in foro interiori volũtas nocendi eſt attendẽda, quæ tamẽ ceſſat in culpa leui, & leuiſsima. Verum aduerſus hanc opinionẽ communem tenet idem Abb. in ca. fin. de iniur. Barb. in cap. Rainaldus. de teſta. col. 114. & Angel. in ſumma. verb. culpa. in fi. & Adria. in. 4. ſentẽ. in tracta. de reſtitutione. cap. vtrum in foro cõſciẽtiæ. quibus ſuffragatur, q̃ lex ciuilis, modo iuſta ſit, ligat quem in foro cõſcientiæ, & in ea ſeruãda eſt glo. cõmuniter recepta. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Diuus Tho. 1. 2. q. 96. art. 4. Lex autem ciuilis hac in re iuſta eſt: igitur erit in interiori foro ſeruanda. Itẽ prædicta lex, dũ mãdat reſtitui damnũ illatum non infert pœnã. quia iſtud damnũ eſt ex parte patiẽtis interesse, & propriæ rei admiſſę adquiſitio. Nec de volũtate damnũ inferẽtis curandũ eſt, cùm poſsit lex eum obligare ad damni ſolutionẽ. Ex quibus reſpondetur rationibus pro prima opinione adductis. & dubia valde reddit̃ huius quęſtionis diffinitio. Atq; in culpa leui mallẽ ego tenere opinionẽ vltimam, quã & in culpa leuiſsima probabilẽ eſſe opinor, maxime vbi natura cõtractus ex legis diſpoſitione etiam leuiſsimam culpam conſiderat.

Eſt tamen adnotandũ tex. in dict. l. in lege. procedere in culpa cõmiſſa in
13 facto: non in culpa, quæ in omiſsione commiſſa fuerit. gloſ. notab. ſecundũ Paul. ibi in. l. ſi mora. ff. ſolut. matrimonio. quam dicit aureã Corſ. in ſingu. ver. pœna. cui eſt ſimilis in. l. lege. Cornelia. ff. ad Syllani. quas cõmuniter Doct. approbant ſecundũ Alex. in dict. l. ſi mora. col. 6. maiꝰ enim crimẽ eſt, quod in facto committitur, quam quod in omiſsione perpetratur. autore Tho. 2. 2. q. 79. art. 1. hunc etiã intellectũ ad. l. in lege. not. Bart. in. l. quod Nerua. ff. depoſiti. num. 29. Imol. in. c. 1. de cõmodat. num. 18. & Alex. Imol.

in.l.prætor.§.prætor ait.ff. de edendo. col.penul.Salyc.in.l. quæ fortuitis.ad finem.C.de pigno.action.Stephanus Bertra.consi.140.in.3. volu. Ex quo infertur intell.ad glo.in.§.præterea.inst.
14 quib.mod.re contra.obligatio. dicentem in incendio semper præsumi culpam leuissimam.quam dicit singu.Salyce.in dict.l.quę fortuitis.fin.colũ.& idem in.l.in iudicio.C.locati.& Iaſ.in d.l.prætor ait.§.prætor. col.fi. Alexã. & Iaſ.in. l. domos hæreditarias.ff. de leg.1.vbi Iaſo asserit hanc opi.esse cõmunẽ. Est enim intelligẽda dicta opinio,quo ad culpã leuissimã in omittendo,non quo ad leuissimam in cõmittendo cõtingentem.Vnde,nisi ex natura cõtractus veniat leuissima culpa,ex incẽdio nõ tenebitur quis,actione legis Aquiliæ ex illa leuissima culpa à lege præsumpta.ita Alexan.in.d. l.domos.& in.d.§.prætor. Bald.consi. 136.vol.4.& Bertran. in.d. consi. 140. 3.vol. licet contrariũ notauerit Tho. Grãmat.decis.3.ad finem. Hinc subin
15 fertur text.in.l.qui ædes.ff.de incend. rui.& naufr. dicentem, teneri quẽ ad damni illati solutionẽ, quando damnum illatũ fuit ex incendio,propter illius negligentiã:esse intelligendũ, de negligẽtia, quæ culpã leuẽ præsefert, perpẽsis ipsius facti circũstantijs: non de illa,quæ ex culpa leuissima contingit:cùm constet ex supradictis neminem teneri ad satisfactionem damni, quod est illatum propter eius omissionem data culpa leuissima. His etiam exacte animaduersis constat,qualiter sit intelligẽda Regia.l.10.tit.15. par. 4. quæ in incẽdio optime considerat per aliquot exempla culpam,ex qua incẽdiarius teneatur.Est tamẽ hac in re aduertendum,contra cõmunem opinionem,verius esse:tũc demũ lege Aquilia quẽ teneri ex culpa leuissima:quando natura actionis,cũ qua legis Aquiliæ actio cõcurrit id exposcit,nõ alias: quod subtiliter cõprobat Carol. Moli.in.l.vni.C.de sent.quæ pro eo quod interest.num.180.

Sexto ex glo.in dict.c.fraternitas.ad iuncta prẽmissa declaratione constat, pœnã etiam in foro cõscientię deberi, quando ex parte recipiẽtis non est pœna,sed amissæ rei adquisitio, & sic interesse.Domi. in.c.cõmissa. §. fi.de elect.in.6.Feli.nu.43.& Deti.in. d.c.de cõsti.nu.20.in.1.lect.& Ancha.in reg. peccatũ.de reg.iur.in. 6. col.23.quorũ opinio est intelligẽda iuxta Innoc.opinionem,quam modo explicuimus.

Septimo infertur intellectus ad tex. in.c.1.&.2.de adult. vbi expresse cauetur,vitiantem virginẽ esse compellendũ eã dote cõgrua donare. hoc enim procedit in foro exteriori.Nã in iudicio interiori,& cõscientię solũ tenetur is damnũ resarcire: & sic ipsi stupratæ dare tantum,quãto pluris eget corrupta ad inueniendũ virum sibi coęqualẽ,quã indigeret,si esset virgo:non tamen integrã dotẽ:hoc enim est damnum illatũ resarcire:soluere autem dotem integrã,& necessariam ad nubẽdũ viro æquali. vt ex intellectu cõmuni illius.c.de adulte.colligitur ad pœnam criminis spectat quæ in foro conscientiæ nõ debetur.ita hunc intellectũ expresse

expresse notat Florenti.2.part. titul. 5. c.6.§.1.& Ioã.Bernar.in illa elegantissima praxi criminali.cap. 77. Et licet text.in.c.1.responderit, quod corrumpens virginem,si eam nõ duxerit vxorem,teneatur in foro iudiciali eam dotare iuxta dotem,quã virgines accipere cõsueuerunt:dicũt tamen Ioan. Andr.Abb.& alij,esse vlterius ad tex.supplendũ, quod teneatur itẽ dare illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum æqualem sibi.Quod illic Anania ægre admittit. 2. col. scribens,quod ille tex.sit simpliciter intelligendus, vt iacet,sine vlla additione, quando corruptor vult cõtrahere matrimoniũ,ipsa vero,vel pater hoc recusant. Tunc enim sat erit constituere ei dotem,quæ sufficiens fuisset ei,si esset virgo. Ego tandem Ananiæ accedo , vbi corruptor est vir conueniens ipsi virgini ad matrimonium, & iniuste recusatur:alioquin sequor Abb.& cõfirmo eius intellectum procedere, quia text.ille intelligitur, quando corrupta cum dotę consueta dari virginibus potest consequi , aut consequitur maritum sibi æqualem & conuenientem atq; parem.

Octauo,quanuis mala fide præscriptio non procedat.c.possessor.de reg.
16 iur.in.6.c.fi.de pręscript.pœna tamen præscribi potest,etiã cũ mala fide, eo q̃ non debeatur in foro cõscientię. ita Abb.& Feli.in.d.c.fi.2.col. & Francis. Balb.in tract.de præscri.2.part.3.part. prin.q.13.&14. idẽ notat Ioan.Crott. in.l.nemo potest.fol.antepe.col.4. ff. de legat.1.quibus nõ obstat tex.in.c.2. de præscrip.libro.6.cuius mentionem paulo ante fecimus,vbi bona fides requiritur ad præscribendam pœnã.Ille enim tex.procedit, quãdo pœna ipso iure est per legẽ statuta:quo casu,licet in foro cõscientiæ non teneatur delinquẽs,nec eius hęres eam fisco offerre: tamen ipsi hęredes bona illa fisco delata nõ possunt absq; bona fide præscribere,ad hunc effectũ,ne bona illa per sententiam iudicis auferantur ab eis. quãto autem tempore, in bonis fisco delatis,aut deferẽdis,pcedat præscriptio,tradunt Bart.in.l.in omnibus. ff. de diuers.& tempo.pręscript.Imol.in l.quãuis.ff.de vsucap. Angel.in. §. res fisci.inst.de vsuca.tex.& ibi doct.in.c. 2.de pręscriptio.in.6.Abb.in.c.cũ nobis.col.3.& pen.Feli.ibi col.pe.de præscriptio. Verũ si rationẽ Abb.& sequaciũ diligẽter perpẽdamus,minime satisfaciet respõsio præfata ad text.in.d. cap.2. Cum etiam ipso iure imposita pœna in conscientiæ foro debita non sit,ideo credere pręscriptionem cum mala fide in pœnalib⁹ procedere etiã iure canonico,si ea sit præscriptio quę iure ciuili cum mala fide approbatur: non alias:atq; ideo in dict. cap.2.bona fides exigitur: quia illius capitis præscriptio à iure ciuili inuenta non est, nec statuta:omnino etenim à iure tantum pontificio inducitur,& cum bona fide,seclusa penitus mala fide. Ex quo infero iure ciuili aduersus fiscum sæcularem,bona ob non solutum vectigal ei ipso iure delata, vsu capi aut præscribi quinquennio, etiam mala fide.l.2.C. de vectig. & commi. quem

text.commendat Abb. in cap. cũ nobis.colũ.3.de præscript. Roma.singu. 477.Bertachi.in tract.de gabellis.parte.9.nume.5.addo tamen hac in re leges Regias. 5. titu. 7. par.5.&.9.tit.10. lib.6.ordina.Infertur etiam iure ciuili post quinquennium ab obitu hęretici nondum accusati, tute ab hæredibus bona illi⁹ obtineri:eosq; dicta pręscriptione defendi, licet sciuerint illũ hæreticum fuisse. sensit Barto. in. l.2. C. de Apost.cuius opinionem in fisco sęculari procedere existimant Abb. in dicto cap.cum nobis.3. col. & ibi Feli.col.penulti.Francus in cap.2.de præscriptio.in.6.col.2. Balb.de pręscripti. 5. part.in princip.col.7.pro quibus facit glos.in.l.Manichęos. C. de hęreti. dicens,in crimine lęsę maiestatis non posse quem accusari post quinquennium ab eius morte. idem notat Roma.singul. 431. Ex quibus illud sane colligere licet:ius ciuile hęc tempora statuisse in his pœnalibus actionibus etiam data criminis scientia in hęredibus delinquẽtis. Verum in fisco ecclesię aliud disponit text.in dicto cap. 2. cui adde text.in ca. accusatus.§.penulti.de hęreti.eod.lib.quo constat hęreticũ quo ad bona etiã, posse post mortẽ accusari.imo ex eo in perpetuũ poterit defunctus hęreticus accusari, vt eius memoria damnetur, vt ibi Ioan. Mon.ac cæteri adnotarũt: quibus accedit Feli.in dicto cap.cum nobis.col. penult.Post Abb.ibi col.3.& Gõsalus à Villadiego de hęreti.q.22.col.2.atq; idem erit in apostatis.licet Afflictis in constit.Neapol.tit.3.teneat, non posse eũ post quinquenniũ accusari.Imo in his regnis quo ad bonorũ confiscationem fisco sæculari applicandã, locum habet illius ca. cõstitutio. ex his, quę notat repertoriũ inquisitorũ verbo.præscriptio.& instructio inquisitorum cap. 20.

Verum ex præmissis considerandũ est,bona ob delictum semel fisco delata,& per sententiã ei tradita, nõ posse vsu capi mala fide, nec præscribi:iam enim non agitur de pœna præscribenda:sed de re propria ipsius fisci per pręscriptionem adquirenda:sic sane intelligo.l.omnes. C.de præscriptio. trig. vel quadrag.annorũ,ex qua anni quadraginta ad hanc præscriptionem requirũtur:quod Bart.in.d.l.in omnib⁹. Imola in dict.l.quanuis. Angel. in.d. §.res fisci.fatẽtur,& late Boeri.q. 264. nu.21.qui etiam examinat quæstionẽ istam de præscribendis bonis fisco delatis,aut deferẽdis. hoc inquam adeo verum est,vt bona fides sit in hac præscriptione necessaria.

Nono ex præmissis probari potest, pœnas censuræ à canonibus indictas, item pœnã irregularitatis,ac etiã quasuis alias,quibus propter crimẽ aliquis efficitur indignus,atq; incapax alicuius rei,in foro conscientiæ vim, & effectum habere,quia nullum actum iudicis exigunt istæ pœnæ. quod notat Caieta.2.2.q.62.arti.3. & probat ex ratione, quam ad glos. in. c. fraternitas. notauimus. Tametsi Dom. Sot. d. ar. 6.in censuris Caieta. sequatur, ab eo discedens in ea ratione,quam ipse tradit,& nos hoc loco sequimur.

Decimo

Decimo hic notandum est, nõ tan-
17 tũ in foro pœnitentiali, sed & in iudiciali quo ad tollendã pœnã spiritualẽ, quæ infertur nõ satisfacienti, minime considerari pœnã temporalẽ,quæ dãni,vel debitæ rei,satisfactionẽ nõ spectet.gl.in cle.2.versi.officij. de hæret. quã dicit sing. Are.in.l.4.§.cato.1.col. ff.de verb.obliga. Ex quo subinfertur intellectus ad legẽ Regiã, quæ prima est tit. de excõmunicatis. li.8.ordinat. qua pœna imponitur perseueranti in excommunicatione per mensem aut annum. Nã hic excommunicatus, si omnino satisfaciat alteri, cuius causa fuit excommunicatus, absoluendus est, licet pœnam illius legis non soluat:tametsi posit ab eo illa pœna exigi,præstita semel absolutione.

Vndecimo & illud est cõsiderandũ, pœnã à testatore adiectã in foro conscientię deberi,vel ea ratione,q̃ nulla sit iudicis exequutio necessaria: vt existimat Abb.in.c. Rainaldus. de testã. nu.25. & Cremẽs.sing.7. vel ex eo, q̃ eueniat casus,quo testator noluit hæredẽ vel legatariũ eius bona possidere,vel voluit eorũ aliquã partẽ amittere,qd̃ facere iure optimo potuit.l. ab eo.C.de fideicom. cũ similibus.notat Caiet.in summa. verb. pœna. Floren. 3.par.ti.10.c.3.§.12. Ex quo infertur,fœminã,quę ex mariti testamẽto vsu fructuaria relicta est,in bonis ipsius mariti,hac lege &cõditione,vt caste viuat, omnino teneri vsumfructũ restituere mariti hæredibus, in animæ iudicio, ex quo castitatem non seruauit.

Duodecimo nec illud est omittẽdũ, donatariũ,susceptis à donatore filijs, teneri in consciẽtiæ iudicio restituere res donatas.iuxta.l. si vnquã. C.de reuo.donat.Nec id improbatur ex communi opinione glos.in.c.fraternitas. 12.q.2. quia reuocatio donationis per l.illã inducta,nõ fuit facta in pœnam donatarij, sed ex præsumpta ipsius donantis voluntate plurimũ à lege coadiuuata.quod ibi notat Tiraq. verb.reuertatur.nu.238. in quo forsan diuersum erit dicendũ,quando donatio reuocatur ob ingratitudinẽ donatarij. ex. l. fi.C. de reuo. donatio. &.c. fi.de donat. Tunc enim in pœnam criminis,& ingratitudinis fit reuocatio.

Cęterũ,vt illuc,vnde abij redeã,prędicta pœna amissionis bonorũ omniũ
18 quæ Authenticorũ iure, contrahentibus incestas nuptias infertur,ita est intelligẽda, vt incestas nuptias dicamus eas,quæ gradibus iure canonico prohibitis contrahuntur, licet iure ciuili prohibiti non sint.Lex enim ciuilis in hac re ad canones est omnino referenda.ita Card. Abb.& Præpo.in.c. & si necesse.de dona.inter vir.& vx.Alex. in.l.si auiæ. C.de success. edict. in fin. Deti.in.c.2.col.2.de testi.idẽ Deti.cõs. 158.vbi hanc esse communẽ opinionẽ fatetur. Licet contrariũ notauerit Anchar.cons.391.Domi.cõs.71.Cald.cõs. vlti.de consang.idem Deti.consi.268. nu.5.& Andr.Altia.in.c.cùm contingat.de iureiur.nu.53.dicens,statutum prohibens incestas nuptias, & pœnã contrahentibus,adijciens,esse referẽdum ad iuris canonici prohibitionẽ, quia tẽpore, quo statutũ fit, ius cano-

nicũ viget. At, Iustiniani leges nõ posse hunc intellectũ accipere, probat ex eo, q̃ illo tempore nondũ ius canonicum coniugale prohibitionẽ induxerat. In quo fallitur apertè: cũ ante Iustinianũ, imo & ante Valentẽ, Theodosiũ, & Archadiũ Cæsares qui. l. qui contra. C. de incest. nupt. ediderũt, Calixtus, Fabianus, & Iulius, Romani põtifices, cõiugia inter cõsanguineos, & affines prohibuerant, paulo latius, q̃ã per. c. non debet, prohibita fuerint: tametsi Constantinus Magnus incestas nuptias Zelo religionis Christianæ prohibuerit, nondum Romanis Imperatoribus vetitas authore Sozomeno lib. 1. eccles. Histor. cap. 8. à summis vero Pontificibus Fabiano, & Calixto ante ipsum damnatas. vnde cõmunis opinio iure verior videt.

Secundo, leges putriẽtes incestas nuptias, & etiã canones locũ habent, vbi ab initio scriẽter cõtractæ fuerũt: secus tamẽ, si ab initio bona fide contractis nuptijs postea detecto impedimẽto vir & fœmina in eodẽ cõiugali cõtractu pseuerãt. glos. est in cle. vni. verb. sciẽter. de consang. quã Doct. ibi approbant, & eam dicit auream. & sing. Fel. in. c. examinata. col. 4. de iudi. & notab. Franc. in. c. decreuit. de hæreti. in. 6. vbi glo. fina. eandem sententiam probat. quam & Doct. ibi sequuntur.

Tertio, leges ciuiles incestas nuptias punientes, sunt intelligendæ, quando sunt contracta sponsalia de præsenti. Bar. Ias. & alij. in. l. fi. ff. de cõdict. sine caus. Imo quo ad leges ciuiles de incestis nuptijs, vt locũ habeãt est necessarium matrimoniũ copula carnali consummatũ. tex. in. c. & si necesse. de donat. int. vir. & vxor. quẽ ita intelligunt ibi Anto. Abb. & Præpo. & Bald. Nouell. in tracta. de dote. parte. 11. col. 11. Nam cùm leges ciuiles in his nuptijs incestum punire velint, copula requiritur, sine qua incestus vere committi non potest, vt superius diximus.

Quarto, pœna amissionis omnium bonorũ, quæ iure authenticorũ cõtra hẽtibus incestas nuptias infertur, minime locũ sibi vendicat; data in ipsis cõtrahentibus ignorãtia iuris, vel facti, etiã crassa, & q̃ ex lata culpa contingat. ita Bart. in. l. si adulteriũ cum incestu. in princ. nu. 11. ff. de adulte. optime Imol. in cle. vni. de cõsang. col. 2. & ibi Anchar. col. 3. Bart. expressim sequutus. pro qua opinione facit ratio, quæ ab ipso Imol. adducitur. Nam vbi dolus expresse ad pœnã requiritur, lata culpa nõ sufficit. l. igitur. §. & generaliter. ff. de liber. caus. notat Bart. in. l. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuerit. Ang. per text. ibi in. l. si quis id quod. §. doli. ff. de iuri. omni. iud. tex. optim. in. c. si vero in. 2. de sent. excõm. iũcto. c. si quis suadẽte. 17. q. 4. notant Abb. & Feli. col. 2. in. c. 2. de cõstit. idem Fel. in. d. c. si vero dicẽs illũ tex. ad hoc esse sing. notat glo. ibi recepta cõmuniter teste Ias. nu. 23. in. l. in actionibus. ff. de in litẽ iur. facit. l. in lege Cornel. ff. de sicarijs. notat Bart. in. l. quod Nerua. 7. col. ff. depositi. Nec obstant quæ cõtra hanc communẽ adducũt Deti. in dict. c. 2. & late Zasius in lib. 2. sing. intell. cap. 2. illa enim intelligẽda sunt, quan

quãdo lata culpa versutiam præsefert, & ita dolũ admixtũ habet. vt cõstat ex adductis per eund. Zasi. probatur etiã opinio cõmunis in. l. 2. vers. doli mali. & versi. si quis igitur suã rẽ. ff. vi bono. rap. ex quibus infertur, excõmunicationis pœnã in. d. cle. vnic. statutã, nõ cõprehẽdere ignorãtes, etiã ex lata culpa. quod notãt ibi Imol. & Bonifa. col. 2. quibus patrocinãtur q̃ Ioã. Crottus adducit in. c. 2. in princi. de cõst. in 6. col. 3. quãuis glo. in. d. clemẽ. vn. versi. scienter. contrarium notauerit.

Verum in hoc eodem tractatu ante iura authenticorũ statutũ fuerat, contrahẽtes incestas nuptias, ex eisdẽ nihil lucri, aut cõmodi capere posse. Imo ex lege vxor dotẽ, arras, sponsalitiã largitatẽ, maritus donationem ꝓpter nuptias amittebãt: eaq; omnia ad fiscum deferebãtur. l. qui contra. C. de incest. nupt. de cuius intellectu præter iã adducta agendũ vlterius est, quia sublata nõ est, licet pœna per iura authenticorum augmentum receperit. Est enim. d. l. qui contra. intelligẽda, in his qui scienter matrimoniũ cõtraxerũt. Nam hi, qui ignorantia facti incestas nuptias cõtrahunt immunes sunt, & liberi ab illius legis pœna: quod est receptissimum. Sed & ignorantia iuris eoldẽ excusat à prædicta pœna amittendi propria bona, licet non operet lucri adquisitionem. text. & ibi glos. vers. illicitũ. Bart. & Alber. in. l. si adulteriũ. §. 1. ff. de adult. glõ. in dict. l. qui contra. Bart. & Paul. Castr. cõtra glos. ibi in. l. fi. ff. de cõdict. sine caus. glo. & ibi Doct. in. d. c. & si necesse. quã opinionem asserit esse cõmunem Bald. Nouell. in tract. de dote. parte. 11. col. 8. Quæ tamen procedit, quando contrahitur matrimonium palam, secus si clam contractum sit: tunc enim nõ excusat ignorantia iuris, etiam humani, & ciuilis. tex. in. l. fi. ff. de ritu nupti. notat Alberi. in. d. l. si adulterium. §. 1. glo. in. d. l. qui contra. quam commendat Roma. singul. 714. Secundo, communis opinio procedit quo ad pœnã dictæ. l. qui contra. in ignorantia probabili, non tamen in ignorãtia crassa, & quæ in ipso iure gentium versatur. l. fi. ff. de ritu nupt. vbi iurisconsultus scribit, in coniunctione matrimoniali, quæ contra ius gentiũ fit, ignorantiam non excusare. quod Bar. notat in dict. l. si adulterium. §. 1. vbi quo ad. d. l. qui contra. hac distinctione vtitur, & eum cæteri sequuntur, maxime Anchar. in dicta cle. vnica.

Sed & si mulier, quæ scienter matrimoniũ in gradu prohibito contraxit, dotẽ à marito repetere velit, nõ repellitur à marito criminis participe, qui fisci ius contra vxorem allegat dicẽs, dotẽ fisco deberi. ita Bart. in. l. fi. ff. de cond. sine caus. in fine, quãuis dubius, sicuti Raphael Fulgos. & Ias. ibi etiam dubitant. sed tenent eandẽ opinionẽ Card. in. d. c. & si necesse. & Frãcis. de Ripa in rubri. ff. solut. matri. nu. 29. ex text. iuncta glos. celebratissima. in. l. cõsequẽter. §. 1. ff. famil. herscis. vbi notatur, neminem posse aduersus agentem in iudicio ius fisci opponere. dicit prædictam glo. singul. Alex. in. l. si patroni. §. qui fideicõmissum. ff. ad Trebell.

bell.penul.col.Iaſ.in.l.2.C.de iure emphy.nu.6.notat Bald.in.c.tuæ. de procur.Bart.in.l.2.ff.de excep.rei iud.Iaſ. in.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis.ff.de legat.1.probat tex.in.l.2.ff.ſi ager.vecti. vel emphy.pet.ex quib⁹ opinio Bart. probari videtur. Nam & ſi ipſo iure hæc bona ad fiſcum deferantur: nõ tamen poſſunt ab ipſo delinquẽte, etiã periudicem auferri, donec feratur ſententia declaratoria.c.cum ſecundum. de hæret.in.6.l.eius qui.ff.de iure fiſci. quæ tamen ſententia in præſenti caſu minime fertur, nec tractatur: igitur vxor excludi non debet à marito excipiente, ius fiſci eſſe potentius, quam vxoris, eamq; à lege, illa dote priuari. Agit autem vxor ad dotem cõdictione ſine cauſa, eo quod matrimoniũ, propter quod dos data fuit, ſequutũ non ſit, nec contrahi potuerit. Nec cauſa dandi ſaltẽ proxima, turpis eſt cenſenda: ſed potius nulla. vt explicãt Bart. & alij in.d.l.ſi. ff. de cõdict. ſine cauſ. dicentes nõ competere ipſi vxori actionem de dote, ſed condictionẽ ſine cauſa, etiam ſi matrimoniũ eſſet ignoranter contractum.l.1.C. de cõd. ob cauſ.l.ſi cum dotem.§. ſi. ff. ſolut. matrimo.text.& ibi gloſ.in.c.3.de donat.int. vir. & vxor. Cùm ergo actio de dote non cõpetat, plurima ſunt hic notanda, ex quibus, quid hoc referat, apertiſsime conſtabit.

Primo etenim infertur, in præſenti caſu non eſſe locum.l.vnicæ. C.de rei vxor.actio.§.exactio. quæ marito tri-
24 buit dilationem annuam ad reſtituendа mobilia dotis. Imo ſtatim erunt omnia bona dotalia reſtituẽda.g.ſing. in dict.§.exactio.quã ibi præter alios ſequitur Sali. Alex.in.l.ſi cũ dotẽ.§.ſi. ff.ſolut.matri. Abb.& Card.in dict.c. 3.quã etiam dicit ſing.Bald. Nouel.in tracta.de dote. parte.1.nu.27. quibus ſuffragatur text. in.l. 2.§.ſi.ff.de priui. credit.& in dict.l.ſi cum dotem.§. fin. vbi reſpectu mulieris ignorantis, & bona fide contrahentis, non reſpectu ipſius viri, bona, quæ vxor dedit marito, dotis nomen habent. Atque hæc eſt communis opinio, contra gloſ. & Anto.in dicto capitu.3.

Secundo hinc deducitur, maritum huius dotis fructus non lucrari: quia
25 nec fuit vera dos, nec matrimonium. arg.l.ſi ante.ff.ſolu.matri.&.l.inceſtæ. ff.de ritu nupti.& probatur in. l. inſulam.§. fructus.ff. ſolut.matrimon.notat Alex. in dict.l.ſi cum dotem. §. fina.niſi bona fide maritus illos fructus perceperit: tunc enim eos percipit tãquam bonę fidei poſſeſſor, non tanquam maritus, & ideo eos reſtituere tenebitur eo pacto quo poſſeſſor bonæ fidei.g.in.d.§.fructus.per text. ibi. quam approbant Paul.Imol.& Alex. ibi.idẽ Alex.in dict.l. ſi ante. & Bald. Nouell.in tracta.de dote. part. 11. colum.penulti.& fina. ex quibus ita eſt intelligenda glo.in cap.1.de donatio. inter virum & vxorem. quæ expreſſe voluit, maritum lucrari fructus dotis putatiuæ.

Tertio conſtat ex his: prædicto caſu maritum conueniri ab vxore poſſe, vt ipſa dotem exigat in iudicio exacte, &
26 ita integre, vt nihil à marito deducatur alimentorũ ratione, imo vltra quã facere poſsit cõdemnandus erit: quia nec maritus fuit, nec vt maritus ad iudicium vocatur.Ioan.Andr. & Abb. in.c.1.de donatio.int.vir. & vxo. Bal. Imol.& Alex.in.l.diuortio.§.ſi.ff. ſolut.matri. eãdem opinionẽ exiſtimat veriorem eſſe Roderi. Xuarez in.l. 1. tit.3.lib.3.fori. col.3. & eſſe communẽ aſſerit Bald.Nouell.in tracta.de dote. part.11.nu.28.quanuis glo.in.d. cap. 1. contrarium aſſerat: cui videntur con-
1 ſentire Card.& Anchar.Quid autem in his bonis contrahentium inceſtas nuptias, dicendum ſit, quando alter eorum bona fide contrahit: dicemus cap.7.huius partis.§.1.

EX §. SEQUENTI.

1 Diſpenſare quid ſit, & de diſpenſatione, ac diſpenſatore.
2 Differentia inter diſpenſationem & declarationem.
3 Diſpenſatio, etiam Romani Pontificis, nõ habet effectum in iure naturali.
4 Diſpenſatio Papæ non poteſt dari contra ius diuinum.
5 Intellectus ad text.in cap.contra.25.q.1.
6 Diſpenſare poteſt Papa ſuper ſtatutis à iure humano.
7 Diſpenſatio in iure humano, tamen ſine cauſa facta, an reddat quem tutum quo ad Deum?
8 In diſpenſatione circa ius humanum facta, cur ſubſiſtente iuſta diſpenſandi cauſa, autoritas principis ſit neceſſaria?
9 In diſpenſatione principis circa ius humanũ conceſſa, cauſa præſumitur.
10 Diſpenſatio ſine iuſta cauſa facta valet, licet inique concedatur.
11 Diſpenſatio ab inferiori à principe, ſine cauſa iuſta conceſſa, non tenet.

§. NONUS DE *diſpenſatione.*

HAC in parte agendum erit de gradib⁹, naturali, diuina ve lege, prohibitis. Qua in re ita celebris eſt cõtrouerſia, vt plane doctiſsimus quiſque conatus fuerit, exactiſsima diligẽtia, id inueſtigare. Huic tamen dubio, de diſpenſatione, quæ ſolet à Romanis Pontificibus concedi, aliqua præmittemus, quo percipi poſsit, quantæ ſit vtilitatis iſt hæc diſputatio.

Diſpenſare apud latinos frequẽtius, diſtribuere ſignificat, ac expendere. Vnde diſpenſator ſeruus apud Iuriſcõſultos dicitur, qui impendia domus curat, quiq; victui diligẽter diſtribuendo præeſt, ac rationib⁹ expendẽdis. ita Alciat.in.l.vrbana.ff. de verbo. ſignica. qua dictione vtitur Alphenus in l.in lege cẽſoria.ff.eod.titu. Item Paulus in l.diſpenſatorem. & in.l.diſpenſatori.ff.de ſolutio. & alibi ſæpiſsime. Scribit etiam Theophilus in. §. recte quoque.inſt. de mandat. diſpenſatorem dici ſeruum, qui fœnori dare conſueuit pecuniam domini. idem Theophi.in.§.de his.inſt.per quas perſonas. ita de diſpenſatore loquitur. Ex re mea eſt, quando curam ei poſſeſsionum mearũ credidi aut permiſi, vt pecunijs meis mutandis præeſſet, diſpenſatoremq;, vt vocatur, eum feci. Inde & diſpẽſatio deducitur, pro hoc munere, & officio diſpẽſatoris, ex Suetonio in Othone. cap.5. Ante paucos dies ſeruo Cæſaris, pro impetrata diſpẽſatione, decies ſeſtertiũ expreſſerat. Idẽ Suetonius hac dictione vtit in Veſpaſiano. Quendam è charis miniſtris,

ſtris,diſpenſationē cuidam, quaſi fratri,petentē cum diſtuliſſet,ipſum candidatum ad ſe vocauit, exactaq; pecunia,quantam is cum ſuffragatore pepigerat,ſine mora ordinauit.Nos vero paſsim diſpenſare pro ſoluere legibus dicimus:ac ſubinde verbali nomine vtimur,pro conceſsione,aut indulgentia quæ contra ius à principe impetratur:qui dicendi modus minime placet Budęo.in.l.1.col.14.ff.de iuſt.& iure.nec Oldēdorpio lib.de iure ſing. vbi ſcribit. Qui diſpenſat ius,is cuiq; ſuum diſtribuit, & curat ne alicui fiat iniuria,ne quis lædatur:quod ſummū iuſtitiæ munus eſt. Nec tamen verebimur his dictionibus vti:ſiquidē & his canones, quos interpretamur, vtuntur. Condonandum etenim aliquid eſt, atq; indulgendum commoditati loquendi,& conſuetudini quamlibet diſciplinam profitentium. Nam & Rom.Pontif.diſpenſator à diuo Bernardo dicitur.lib.3. de conſiderat. ad Eugenium.& à Tho.1.2.q.97.arti. 4. atq; à diuo Paulo 1.ad Corin.c.9.& ab ipſo Chriſto.Lucæ.12. ex eo quod diſtribuat,ac expendat poteſtatem ſibi à ſummo deo conceſſam.

Cæterū in iure duo ſunt,quæ ex diametro, quod aiunt,diſtant: declarare iura: & diſpenſare circa ius. Ius enim
2 interpretatur quiſquis ita illud explicat,vt oſtendat aperte, an ius illud, id quod agitur,includat,nec ne.l.fi.C.de legi.c.cū veniſſent.de iudic.l. ſcire leges.cum ſibi proximis.ff.de legi. Lex nanq; illa naturalis: non occides: per humanas leges ſæpiſsime ita explicatur,vt conſtet,per eam homicidiū ad defenſionē cōmiſſum minime,phiberi.l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.Naturalis enim ratio dictat,defenſionem omnibus permiſſam eſſe.Sic etiam lex illa: furtum non facies: ita intelligēda eſt, vt furtū cōmittere non dicatur, qui fame coactus, victus gratia alienū aſſumit.c.ſi quis propter neceſsitatem.de furt.Diſpenſat vero circa ius,qui, data legis obligatione ab ea priuatim aliquē eximit.Etenim ſecundū Tho.2.2. q.88.arti.10.lex ponitur reſpiciēdo ad id,quod eſt vt in pluribus bonum:ſed quia cōtingit huiuſmodi in aliquo caſu nō eſſe bonū,oportuit per aliquem determinari in illo particulari caſu legē nō eſſe ſeruandā,& hoc eſt,authore Thoma, proprie diſpēſare in lege. cuius rei ſit exemplū in .c. de multa. de præben. iuxta ea, quæ tradit idē Thomas quodlibet.9.art. 15. Iure enim humano nobiles & literati duo beneficia curam animarum habentia obtinere prohibentur : at Romanus Pontifex aliquem nobilem, aut literatū, ab hac iuris humani prohibitione eximere poteſt. ita hęc explicāt Cardi.à Turre Crema.in tract. de eccleſ. lib.3.ca.55.Iacob. Almain in tract. de poteſt.eccleſi.c.13.& Ambro.Cat.cōtra Caiet.lib.6.c.2.fere ad finem.Pariſ. cōſ.68.nu.195.vol. 4. Quo fit, vt circa ius diuinū,aut naturale,interpretandi poteſtas Romano Pōtifici cōpetat,nō diſpēſandi.Declaratio enim ex eo etiā cōtingit in iure naturali: q̃a licet illud ſit immutabile quo ad prima principia:ſcilicet ratione viuendū eſt,& quo ad ea

ad ea,quę neceſſario ex primis principijs deducuntur: vt ſunt præcepta decalogi,quæ & iure humano declarari poſſunt,quo ad act°,quos prohibent, vel imperāt:cōcluſiones tamē,quę ex primis principijs iuris naturalis oriūtur frequentius:non tamen in vniuerſum:quandoq; ex cauſis ſpecialibus à iure ipſo naturali deductis deficiunt. Ratio enim dictat,vt deponenti reddatur depoſitum,ſi illud exigat:id tamen frequentius eſt: nec ſemper ratio id ſuadet:cū iuſtiſsima ratione denegari aliquot caſibus poſsit.l.bona fi 4
des. ff.depoſi.Plato li.1. Politicorum. Pulchrè Cicero lib.3. de officijs, cuius oratio ſimilima eſt verbis Iuriſconſulti:ſic enim inquit de depoſito verba faciens. Multa, quæ honeſta natura videntur eſſe, temporibus ſunt inhoneſta. Nec tollitur lex naturalis humana lege:ſed declarat. Tho.1.2.q. 54. arti.5. Fort.in. l.veluti. ff. de iuſti.& iur. col.7. Ex his infertur Abb. eiuſq; ſequaces erraſſe in.c.fi.de conſuet. dum
3 dicunt,ius naturale poſſe ex cauſa tolli.Falſum enim id eſt,text. in princ. 5. diſt. §. ſed naturalia. inſtit.de iur.nat. gent.declarari enim humana lege ius naturale poteſt,tolli vero non poteſt. cui aſſertioni adſtipulatur Cicero lib. 3.de repub. dicens. Huic legi nec propagari fas eſt,nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari poteſt: nec vero aut per ſenatū, aut per populum ſolui hac lege poſſumus.Nec erit alia lex Romæ,alia Athenis,alia nūc, alia poſt hac,ſed omnes gentes,& omni tempore,vna lex,& ſempiterna,& immutabilis continebit.Hactenus Cicero,cuius verba maxima cum laude retulit Lactant. Firmianus lib.6.de vero cultu dei.c.8.Nam Cice. lib.de Republica,non extant:præter quoddam ſexti libri fragmentum,quod ſomniū Scipionis nuncupatur. Sic & Dionyſius Tyrannus reſpondit, authore Plutarcho in Solone, ciuitatis leges abrogari,naturæ vero leges cōgi nullo modo poſſe.

Secūdo hinc etiā conſtat, non recte loquutū fuiſſe Abb.in.c. nō eſt. de voto.dū ſenſit Papā poſſe cum cauſa in iure diuino diſpenſare.idē not.Feli.in c.quæ in eccleſiarū.de cōſti.nu.19.De ti.cōſ.112.poſt alios Ferdi. Loazes in tracta.de matri.2.dub.arg.2.pro parte affirmatiua. dicit & hāc opi.cōmunem Hierony.Gratus.cōſ.1.in.2.vol.nu. 31. tradit Sigiſmūdus Lofredus.cōſ.50.Id enim nullo iure ſubſiſtere poteſt. Habet enim poteſtatē Roma. Pōtif.interpretādi,&declarādi ius diuinū:ex qua declaratione conſtabit,ius illud ad caſum aliquē nō extēdi,ex aliqua cauſa: diſpēſandi vero nulla cōpetit ei facultas:nec cauſa aliqua id pati pōt. Tho. quodlib.4.art.13.& quodlib.9. arti.15. Angel.verb.Papa. Card.à Turre Crema.lib.2.de eccle.c.107. Tho.1.2.q.97. art.4.ad.3.Ioā. Maior. in.4. diſt. 24. q. 12.Ambroſ.Cath.in.d.c.2.Syluest. verbo.Papa.q.16.Pariſ.d. cōſ.68. nu. 199. vol.4.Ioā.Driedo.de libert. Chriſtia. pagi.204.Ioan.Baptiſt.de.S.Seuerino in tract.de pēſio.q.19.Iaco.Almain.in tract.de poteſt.eccleſ.c.13.noſtrates iure optimo reprehendēs, eo q̃ paſsim aſſe-

asserant, posse ex causa Roma. Pontificem circa ius diuinũ dispẽsare: quorum opinio posset procedere, si ad declarationem vel interpretationẽ referatur. Audacius certe multo dixit Ludoui. Goza. cõs. 51. col. fi. propriã dispẽsationem Romano Pontif. cõpetere circa ius diuinũ. Quamobrem fugere omnino oportet, dispensandi verbũ, iura diuina & naturalia tractanti: si id verbum assumatur ea significatione, qua frequentius, & stricte apud nos assumitur, ac tutius erit dicere, iura naturalia & diuina posse Roma. Ponti. interpretari. qd probat text. in. c. maiores. de baptismo. c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. Etenim lex diuina continet ea, quæ ab ipso deo determinata
7 sunt, non solum in communi ratione iustitiæ, sed etiã quo ad singulares actus, qua ratione dispensationem ab alio, quam ab ipso Deo non recepit, secundum Thom. 1.2. q. 100. arti. 8.

Tertio ex his deducitur intellectus ad tex. in. c. cõtra. 25 q. 1. quo Zozimus
5 Papa asserit, Romanum Pontificem nil posse cõtra patrum statuta sancire: est enim id intelligẽdum, quatenus illa statuta ius naturale, vel diuinum referunt, vt ibi notauit glo. quæ ex præmissis comprobari optime potest. Dispensare autẽ potest Papa circa ius humanum, etiam in his, quæ ab apostolis fuere statuta. notat Tho. quodlib.
6 4. arti. 13. etiam contra sancita in concilio totius ecclesiæ. glos. & cõmunis in cap. proposuit. de conce. præb. glos. in ca. vbi periculũ. de elect. in. 6. versi. cõcilio. Abb. in. c. significasti. de electio. Iaco. Almain in tract. de potest. eccle. c. 14. & Feli. in cap. 1. num. 23. de const. Late Iacobat. de concil. lib. 5. articu. 15. Potest enim Romanus Pontifex ius humanum tollere. At in concilio statutum ius, humanũ est: igitur & illud potest tollere. Vnde ius dispẽsandi in iure humano, Romano põtifici non aufertur, etiamsi concilium vniuersale, futuris Romanorum Pontificum dispensationibus deroget. vti docet Cardi. à Turre Cremata in lib. 3. de ecclesia. cap. 52. & 53. siquidem potestas Romano Pontifici à Deo, non à concilio data est. c. 3. de const.

Ex quibus dubiũ illud explicari potest, num ille, qui ex dispensatione Romani Pontificis, cõtra ius humanum aliquid fuit assequutus, aut aliquem actum agit, sit quo ad Deum tutus, an peccet. In quo celebris est sententia Ber. in cap. non est. de voto. dicentis, minime tutum esse hunc, si absq; rationabili causa, sit ei hoc concessum. cuius rationem Thom. adducit in. 1.2. q. 97. arti. 4. quo autore, nec ipse Princeps tutus erit, qui sine iusta causa ius quod subditis omnibus cõmune est, vnius gratia violat. Frãgit enim illam æquabilitatem, quæ mera iustitia erga omẽs seruari debet. Princeps ergo sine causa has indulgẽdo dispensationes peccat: fortasis & frequentissime mortaliter, qui sub mortalis peccati pœna tenetur subditis iustitiam exhibere. Is vero, qui à Principe hanc iuris relaxationẽ petit sine causa, venialiter peccat: nõ enim tutus erit quo ad Deũ. autore Bernardo in epistola. 271. ad

ad Theobaldum comitem. Forsan & mortaliter peccabit, quippe qui rẽ illicitam petat à Principe, & ei sit coadiutor in peccato mortali: ex his, quæ tradit Caieta. 2.2. q. 78. art. 4. Sed & is, qui vtitur peccato ipsius Romani Põtificis, & sic dispensatione ab ipso sine causa concessa, simpliciter mortaliter nõ peccat, nisi sequuto graui scãdalo, vel dãno alterius. quod & Domi. Sot. probat lib. 1. de Iusti. & iur. q. 7. artic. 3. contingit tamen dispensandi facilitas in matrimonij impedimentis frequẽtius erga diuites, duces, comites, ac Principes: nec temere, cum dispensatio hæc præcipue concedatur ob firmandũ pacis fœdus: quod magis necessariũ est: magisq; reipub. conueniẽs circa personas præcellẽtes his dignitatibus: quã in popularibus, vt colligit S. Tho. 2.2. q. 63. arti. 2. ad secundum.

Verũ si causa exigit, & iusta, vt Sempronius cõtrahat matrimoniũ, in gra
8 du humana lege prohibito, iam in eo cessat ratio legis, igit & cessare debet lex ipsa: cur ergo dispẽsatio est necessaria? Ex eo, inquã, quod ratio legis non cessat in communi: sed in particulari actu, & ideò lex nõ cessat. cle. ad nostrã. de hæret. c. & si Christus. de iureiurã. sensit Fortu. in tract. de vl. fine. illat. 15. & 16. leges enim, quarũ ratio continua est, quarum finis cõmunis est, & vniuersalis, nõ cessant, licet in particulari casu finis per eas intẽtus nõ sequatur. Prohibentur sane iuramenta sine causa, ex eo ne periuria sequãtur ex incauta iuratione: sit ergo aliquis, qui nulla ex causa iuramẽtũ fecerit absq; periurio, præmissa veritate affirmationis: procul dubio, & is contra prohibitionem fecit. text. in. d. c. & si Christus: Sic & ieiunia præcipiuntur ad reprimendam carnis tentationem, & tamen tenebitur ieiunare is, in quo periculum illud tentationis cessat. dicta clemen. ad nostram. nõ sic in legibus, quarum ratio in finẽ particularem dirigitur: vt est lex de correctione fraterna, quæ tendit, vt correctio fratris sequatur, & ideo cessat eo casu, quo correctio nõ speratur. ita explicat Ioan. à Medina de cõtracti. q. 14. hæ verò matrimonij prohibitiones prioris clasis sunt. vnde in nostro casu necessaria est dispensatio, etiã existente causa, quæ actum videtur honestum reddere. ex Thoma quodlibet. 9. articu. 15. Hoc igitur vnum ex præfatis notandum est, in quo inter omnes conuenit, dispensationẽ à Romano Pontifice concessam contra ius sine causa, & si sit contra ius positiuum, animæ tutam non esse: male enim agit, qui dispensatione, sine causa sibi concessa, vtitur. Caieta. 1.2. quæst. 66. arti. 5. glo. cõmuniter recepta in. d. c. nõ est. Talis enim dispẽsatio, dissipatio potius censenda est, autore Bernardo lib. 3. de considerat. ad Eugenium. notant Ioan. Andre. Abb. ac cæteri in. c. quia in tantũ. de præb. Abb. in. c. de multa. eod. titu. num. 20. idem Abb. in cap. cum adeo. de rescript. alijq; plures iuris diuini, & humani professores, quos hic nominatim exprimere nõ expedit: nã id agit Feli. longe, lateq; in cap. quæ in ecclesiarum. de const. nume. 25. quibus addendum

dendum censeo causam præsumi iustam, quando Princeps in iure huma
9 no dispensat. ita aduertit Barto. post Cinum in.l. fina. C. si contra ius, vel vtilit. pub. Feli. nu. 60. Deti. 29. in dict. cap. quæ in ecclesiarum. Fortu. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. colum. 138. Hippo. sing. 8. Ias. consil. 105. in .1. volu. nume. 4. & plures alij, quos refert, & sequitur Ferdi. Loazes præsul Illerdensis in tracta. de matrimo. 4. dubio. nume. 13. pro quibus optimus est text. in. c. si quid culpatur. 23. q. 1. c. in præsentia. de renũtiat. glos. in. c. ad aures. de tempo. ordina. & in. c. 2. de maio. & obedi. Sed si in humano iure Romanus Pontifex dispenset nulla causa existente, ipsa iuris relaxatio tenet, & valet: licet male faciat Princeps eam concedendo. quo ad hoc enim, vt dispensa-
10 tio, & actus ex ea sequutus valeant. est in Principe pro ratione voluntas. glos. quam ibi notat Bart. in. l. relegati. ff. de pœnis. quæ singu. est secundum Ias. in. l. quominus. ff. de flumi. 2. col. & Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. nume. 6. Vnde quanuis sine iusta causa Princeps dispensationẽ concedat contra ius humanum, valet concessio, actusq; ex ea sequutus firmus erit. quod notat Caieta. 1. 2. q. 96. art. 5. ad finem. Innoc. in. c. cum ad monasterium. de stat. regu. sentiunt Abb. in. c. non est. de voto. & in. c. de multa. nume. 20. de prẹb. idem in. c. quẹ in ecclesiarum. de constit. nu. 17. & ibi Deti. nume. 29. dum probãt, in foro exteriori, dispensationem validam esse, li-
11 cet peccet, qui eam sine causa cõcesserit, & is etiam, qui ea vtitur. At in foro interiori animẹ de hoc peccato tractatur: in foro autem exteriori, de actus ipsius valore. Tametsi Fortu. in. l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. col. 135. in ea sit sententia, vt opinetur dispensationem contra ius humanum, sine causa cõcessam, etiã in interiori iudicio nullã esse, nec actum ex ea sequutum validum fore. pro se citans Diuum Thom. 1. 2. q. 97. artic. 4. sed id durum est. Nam & si Princeps male agat, si cõtra ius humanũ, absq; causa dispenset, nihilominus dispensatio valida censetur, actusq; ex ea sequutus, in foro interiori tenebit. Si quis enim dispensatione à Romano Pontifice impetrata, matrimoniũ in quarto gradu cõtraxerit sine aliqua dispensandi causa, etiam si cõtrahendo peccauerit, quis tamẽ vnquam dicet, etiam in animẹ iudicio, hoc matrimonium inualidum esse? Quis vnquam doctus sacerdos, in eodem iudicio filios ex hoc matrimonio conceptos: illegitimos esse iudicabit? Id etenim admittendũ est, committi crimẽ in actione alicuius rei, & tamen ipsum actum firmum esse. vt Sylues. argumẽtatur. verbo. Papa. quæst. 15. contrahit enim quis clam matrimoniũ, & forsan cum mortali peccato: & tamen matrimoniũ tenet. quod latius superius disputauimus. Nec Thom. pro Fortu. est. quippe qui tãtum id dixit, male agere Principem, qui sine causa cõtra ius dispensat. Posset tamen Fortu. opinio locum habere in inferiori à Principe, is

is enim si à Principe licentiam habeat dispensandi contra ius humanum, ea vti debet cum causa, alioqui dispensatio non tenebit vtroque foro. Inno. in d. c. cum ad monasterium. & in ca. dudum. in. 2. de electio. Nicol. Milis. verbo. dispensatio. late Curti. Senior consi. 75. versi. veniamus ad quartũ. optime Ripa lib. 2. respons. cap. 35. Felin. in cap. ad audientiam. in. 2. de rescript. col. 5. idem Feli. in cap. postulasti. nume. 13. co. tit. glos. Bald. & Alex. in. l. filius à patre. ff. de lib. & posthu. Ex his mihi non placet, quod Feli. scribit in d. c. ad audientiã. col. 4. dicens in his, quæ sunt iuris positiui, etiam in animæ foro, tutum esse eum, cui Papa dispensationem concessit, nulla præexistẽte causa. Hoc enim falsum est, etiã si Felinum sequatur Hierony. Gigas in tracta. de pensioni. quæstio. 6. nu. 13. nisi intelligamus eum tutum esse quo ad actus valorem.

EX §. SEQVENTI.

1 Nullꝰ gradus iure diuino hodie prohibitus est: qui non sit & lege naturali vetitus.
2 Graduum prohibitiones Leuitici. cap. 18. expressim factæ, non omnes sunt iuris naturalis.
3 Intellectus cap. finalis. de diuort.
4 Gradus primus in recta linea, secundum omnes, & vlteriores, iuxta tutiorem opinionem: iure naturæ prohibentur.
5 Gradus primus in transuersa linea, iure naturæ prohibetur.
6 Nouerca iure naturæ in coniugium admitti nõ debet.
7 Relictam fratris potest quis, secluso iure humano, in vxorem accipere.
8 Eusebij in historia ecclesiastica locus animaduersus.
9 Patruus iure naturæ potest neptem accipere vxorem: & ideo nunc poterit ex Romani Pontificis dispensatione.
10 Papa potest dispensare in aliquot gradibus, ex contentis cap. 18. Leuitici.
11 Episcopus, nec legatus à latere, non possunt dispensare in prohibitione cap. non debet, de consang. & affinit.
12 Gradus remotior ab stipite, tantum considerãdus est, in prohibitione coniugali, & in dispensatione.
13 Proles ex consanguinea suscepta: potest esse iusta dispensandi causa.
14 Impetratio dispensationis non tenet, si tacetur, matrimonium contractum fuisse sciẽter, inter prohibitos.
15 Dissimulatio Principis an habeat vim dispensationis.
16 Lex ciuilis non potest matrimonia prohibere.
17 Romanus Pontifex, qua ratione possit prohibere coniugalem contractum.
18 Consuetudo an possit aliquot personas reddere inhabiles ad coniugium contrahendũ?
19 Consuetudo ista an exigat scientiam Romani Pontificis?
20 Fama an probet impedimentum matrimonij?
21 Testis vnicus an probet matrimonij impedimentum?
22 Fama sola, vel vnicus testis an impediat matrimonium contrahi præcedentibus sponsalibus iuratis?

§. *DECIMVS. DE GRADIBUS diuina naturali, vel humana lege prohibitis.*

QÆTERVM cum ex præmissis cõstet, quo in iure possit Romanus Põtifex dispensare, operæpretium erit agere, qui gradus sint quo ad matrimonia, in affinitate, & consanguinitate, diuina, naturalive
1 lege prohibiti. Ac primum omnium illud notandum est nullum gradum iure diuino prohibitum hodie esse, qui idem naturali iure prohibitus nõ sit. Lex enim vetus aduentu Christi expirauit. capit. translato. de constit.

M docet

docet Tho.1.2.q.98.arti.1.& q.104.art.
3. Magist. in .4. sen.dist.3. & ibi cæteri
Theologi: atque Alfonsus de Castro
libr.de hæresib.verb.lex. In lege autē
Euangelica nullum præceptum con-
tinetur, quod non sit iuris naturalis
præter præcepta de sacramentis, atq;
de fide. Thom. 1. 2. quæst. 108. artic.
primo,&secundo.idem quodlibet.4.
articu.13. igitur circa matrimonium
nullus gradus erit diuina lege prohi-
bitus, qui non sit iure naturali. Ad-
uertendum ergo est ad gradus iure 3
naturæ prohibitos. Nec enim gra-
2 dus omnes Leuitici.18. prohibiti,iure
naturali prohibentur. quod probat
Tho.1.2. quæstio. 105. articulo.4. Ca-
ieta.2.2. quæstio.154.articu.9. Rofen-
sis in libello de matrimo.Regis. An-
gliæ,& Alfonsus à Castro lib.1.de Po-
test.legis pœnal. cap.vlti. quo in loco
scribit, sententiam hac in causa latam
à Romano Pontifice fuisse:eiusque re
tulit literam, prout Romæ fuit pro-
nunciata. Quod autem prohibitio-
nes ibi expressæ non sint iuris natura-
lis,probatur, ibi enim prohibetur fra
ter relictam fratris sibi matrimonio
copulare: & constat eadem lege Mo-
saica licitum fuisse fratri, relictam fra
tris decedentis absque prole vxorem
accipere. Sed si lege naturali relictam
à fratre in vxorem accipere non lice-
ret, nullo pacto licuisset cum ea ma-
trimonium contrahere, fratre absque
prole defuncto: id equidem licebat:
igitur dicta prohibitio non est iuris
naturalis.Præterea si naturali lege illi-
citum foret,relictam à fratre accipe-

re vxorem, non probasset Romanus
Pontifex coniugia contra dictam pro
hibitionem contracta in. c. fi. de di-
uor. Verum cùm ibi illa coniugia es-
sent cōtracta,ante conuersionem con
trahentium ad fidem, ex legis Mosai-
cæ licentia, cur indigent approbatio-
ne Romani Pontificis?siquidem ab in
fideli iuxta propriam legem, natura-
li iuri minime contrariam, matrimo-
nium contractum firmum est, atq; le
gitimū,& durat etiam si ad Christia-
nam fidem conuertantur contrahen-
tes,& sit contractum contra canones.
c.de infidelibus.de cōsang. inspicitur
enim initium contractus, & illius tē-
pore licebat ita vxorem ducere:igitur
dissolui nō debet hoc matrimonium,
quod ab initio legitime contractum
fuit.c.gaudemus. de diuort. in princi.
& in.c.fi.qui filij sint leg.Regia.l.fi.ti-
tu.6. part.4. Ille etenim contractus li-
citus fuit ab initio: cum Iudæi, etiam
si inter Christianos habitent, Mosai-
cis legibus regantur.ex notatis per Fe
lin.post alios ibi.in. c.1. de constit.eun
dem Felin.in cap.Iudæi. in.2.de Iudę.
& ibi Anani.Ias.in.l. qui se patris. C.
vnde liberi.nume. 24. Soci. consi.119.
in. 4. volu. etiam quo ad coniugales
prohibitiones.vt notat Barba.in con-
sil.13.in.4.volumi. Quare igitur in di-
cto.c.fin.de diuortijs. dispensatio Ro
mani Pontificis exigitur? illud profe-
cto responderi potest, Romani Ponti
ficis approbationem ideo ibi exigi,
quod prohibitio coniugalis, quæ ibi
violatur, potissimum accedat prohi
bitioni naturali: qua ratione authori-

tas

tas Romani Pontificis ad euitandum
scandalum exacta fuit. Possum & re-
ctius respondere dictæ obiectioni, si
dixero illa matrimonia ibidem con-
tracta fuisse post conuersionem ad fi
dem Christi, & propter fragilitatem
illorum, qui nouiter Christi fidē pro-
fessi fuerant, approbat summus Pon-
tifex matrimonia iam contracta, &
prohibet contrahenda. quod sensit
Parisi.consi.68.volu. 4.nume. 275. Itē
non omnes gradus, & prohibitiones
Leuitici.18. expressas esse iuris natura
lis,probatur ex eo,quod ibi prohibi-
tum est,ne quis sororem vxoris in cō-
iugem accipiat:& tamen Iacob duas
sorores in vxores accepit, Lian scili-
cet,& Rachel, vt constat Genes. cap.
29.si id equidem iure naturali non li-
ceret,minime hoc Iacob fecisset. Cō
sequitur tandem ex his, non omnes
prohibitiones Leuitici,iuris naturalis
esse. Imo in dicto capit. 18. non agi
de impedimentis cognationum circa
matrimonia: sed ibi prohiberi,ne cō-
sanguinei, aut affines in incesta faci-
nora prolabantur, probare conatur
Alfonsus Viruesius in tract.de matri-
mo.Regis Angliæ.3.hypothesi.

Omnibus tamen diuini, & humani
iuris professoribus id placet,primum
4 gradum in recta ascendentium,ac de
scendentium linea iure naturali pro-
hibitum esse rationibus, quas nos ad
duximus hoc cap.§.6.& notant Tho.
& Caiet.2.2.q.154.arti.9.nec in hoc est
controuersia.*Nam & idem probare
conatur Socrates apud Xenophon-
tem lib.4. commentariorum.* Tam-

etsi apud barbaras quasdam nationes
fas fuerit parētibus stupro coire cum
liberis:sicuti commemorat Quintus
Curtius li.8.de regione proxima Scy-
thiæ, quam quidem regionem Nau-
ram appellatam esse tradit,idem Per-
sis lege lata licuisse constat ex Strabo
ne,Catullo, Quintiliano,& Tertullia
no:scribitq; Ludoui. Cæli. libr. antiq.
lect.10.c. 18.quod etiam testatur Con-
stant.Harmenopul. lib.1.Epitomes iu
ris.tit.1.Scribit & ad hæc Xanthus in
ijs, que inscribuntur Magica, coire
Magos cum matribus,& filiabus, &
fas eis esse coire cum sororibus: quē-
admodum ex ipsius Xanthi testimo-
nio tradit Clemens Alexandrinus li.
3.stromat. id etenim ferinis moribus
tribuendum est potius, quam huma-
ni iudicij decretis:adhæc autem plu-
ra scribit Tiraquel. 7. lege connubia.
nu.22.*Diuus item Chrysost. lib. vni-
co aduersus Gentiles,retulit, Zenonē
Stoicæ sectæ præfectum lege sanxis-
se,commodum esse cum matribus,
& sororibus misceri. & Augustin. in
quæstionibus de vtroq; mixtis.ca.115.
scribit,Persis licitum fuisse cum filia-
bus conuenire.*Nec mirū videri cui-
quam debet plerunque apud gentes
palam permitti vitia,& crimina, quæ
legi naturali aduersantur: id enim cō
tingit ex errore in particulari, non in
vniuersali: nam licet in aliquo homi-
ne dictamen naturalis legis extin-
ctum,& sopitum sit in sua specie,non
tamen inde sequitur in eo prorsus ex-
tinctam esse legem naturæ commu-
nem, ex qua tanquam ex principio

communi illud particulare deducitur. Sic nulla est tam effera gens, quæ dubitet, sit ne licitum contra iustitiã agere, aliquem innocentem occidere: alicui iniuriam inferre: quę item ignoret à malo declinandum, bonũ agendum esse: sed an ex tali causa, nempe sacrificij ratione liceat aliquem occidere: rem alterius sagaci quadam industria occupare: apud plerasq; nationes ex errore in particulari licitum, & probum existimatur: quemadmodũ docet Ioann. Driedonius de libert. Christ. pag. 52. idẽ explicat Dominic. Sot. libr. 1. de iustit. & iur. q. 4. arti. 4. & 5. *idque constat ex testimonio Iustini martyris in Dialogo cũ Tryphone Iudæo. *Nam apud Germanos latrocinium nõ reputabatur iniquum, vt scribit Cæsar de bello Gallico: nec apud Ægyptios authore Gellio: nec apud Lacedęmonios authore *Lycurgo legislatore, quemadmodum tradidere Xenophon ex Laconum Republica. Ioan. Stobæus sermone. 42. & * Cæli. lib. 10. lect. antiq. c. 1. rapto enim viuere quibusdam honestum fuit ex Quintiliano lib. 3. cap. 9. Sensit tamẽ vterq; Thomas: iure naturali nõ prohiberi secundũ gradum in linea recta ascendentiũ, & descendentium. idem Thom. probare videtur in. 4. sentent. distin. 40. q. 1. arti. 3. vbi sentiunt Bonauent. & Ricard. q. 2. Rofẽsis in tracta. de matri. Regis Angliæ. fo. 3. Alex. de Hales. 2. part. q. 169. eidem opinioni suffragantur, dum iure naturæ, tantum prohiberi coniugium inter matrem, & filium: patrem, & filiam constanter asserunt. Sed è contrario Scotus, Durand. Palud. in. 4. sentent. dist. 40. Florentin. 3. part. titu. 1. cap. 14. §. 2. & Sylvester verb. matrimonium. 8. q. 6. colum. 4. in ascendentibus, & descendentibus iure naturali matrimonia prohiberi, existimãt. pro quibus ego animaduerto. l. fin. ff. de ritu nupt. vbi Iurisconsultus scribit, iure gentium, quod ego naturale ibi intelligo, incestum committere eum, qui aliquam ex ascendentibus, vel descẽdentibus vxorem duxerit. quam etiã opinionem tutiorem esse existimo, omissa Accursij interpretatione. d. l. fina. Ambrosius item Catharinus lib. 5. contra Caieta. vbi de matri. agit, eandem vltimam opinionẽ comprobat. Sed nequis huic quæstioni exemplũ confingat ex primo parente Adam, qui modo resurgeret, exponam quæ D. Augustinus scribit lib. 15. de ciuitate Dei cap. 8. de longa ætate veterum hominum: quorum mentio fit in libris Geneseos expressim agens. Quis itaque, inquit, dubitauerit, per vnius hominis ætatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, vt esset vnde constituerentur non vna, sed plurimæ ciuitates. Quod ex hoc conijci facillime potest, quia ex vno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebræę gentis tanta procreata est, vt in exitu eiusdem populi ex Ægypto sexcenta millia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis, vt omittamus gentem Idumæorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau,

Esau, nepos Abrahæ, & alias gentes natas ex semine Abrahæ non per Saram coniugem procreatas. Hæc Augustinus. Cui in commentarijs addit Ludouicus Viues. Fuit memoria patrum vicus pene centum domorum in Hispania, cuius omnes incolæ erant à sene quodam, qui adhuc viuebat, progeniti, ita vt propinquitatis nomen iam deesset, quo à minimis natu vocaretur: lingua enim nostra supra abauum non ascendit: hactenus Viues.

In linea vero consanguinitatis transuersa, etiam primus gradus iure naturæ prohibitus non est ex Thom. & Caieta. in dictis locis. Durando, ac cæteris, quos in. q. præcedenti ad primam opinionem citauimus. idẽ notat Ferdi. Loazes. in tracta. de matrimo. dubitatione. 2. responsione ad secundũ. & prima dubitatione. colum. 3. Hinc apud Assyrios scribit Lucianus in lib. de sacrificijs, lege lata licuisse matrimonium inter fratrem, & sororẽ. cui exemplo plura aptari possunt, quæ cõgerit Alexan. ab Alexan. lib. 1. dierum geniali. c. 24. & Andr. Tiraq. 7. lege connu. num. 23. * Sed & eandem legẽ in Caria obtinuisse testis est Arrianus lib. 1. de rebus Alexandri. Solon Athenienſis quanuis matrimonium inter germanos vterinos prohibuerit, liberum tamen id reliquit eodem patre genitis. idem scribit Aristophanis Interpres in Nebulis, contra Lacedæmoniorum legislator vterinis nõ interdicit, sed solis eodem patre genitis. At Ægyptius ridens vtriusq; simplicitatem, & semiperfecta placita laxauit libidinem permissa licentia ducendi sorores siue per alterutrum, siue per vtrunq; parentum cognatas. Hæc Philo lib. de specialibus legibus. *Nã quod modo prohibitum esse constat, legi humanæ tribuendum esse videtur his, qui præfatam opinionem approbant. Sed probabilius est, matrimonium iure naturæ prohiberi in primo gradu lineæ transuersæ consanguinitatis, & sic inter fratrem, & sororem. Ex Augustino lib. 15. de ciuitate Dei. c. 16. & lib. 22. contra Faustũ. c. 35. atq; ita notant Paluda. & Florenti. in prædictis locis. Ioan. Maior. in. 4. sent. distin. 40. q. 3. Abulensis Leuitici. 18. & Ambros. Cathari. lib. 5. contra Caiet. c. de matrimonij sacramẽto. Nec obest, quod Genes. c. 11. scribitur Abraham matrimoniũ contraxisse cum Sara sorore sua. vbi Hieronymus in quęstionibus Hebraicis super Genesim, Saram verã Abrahæ sororem fuisse ex patre, palam asserit. idem prius scripserat Clemens Alexandrinus libr. 2. stromatum. qui tradit ex hoc constare, eas sorores, quæ ex eadem matre nascuntur, non esse ducendas vxores: Quia refragante Hierony. Sara non fuit vere soror Abrahæ, sed filia fratris sui Aram: & sic neptis ex fratre. secundum August. lib. 16. de ciuit. Dei. c. 12. & super Genes. ac rursus dict. libro. 16. cap. 19. Iosephum lib. 1. antiquitatum. c. 14. & 15. eundem Hierony. aduersus Heluidium de virginitate perpetua Beatæ Mariæ. 2. Tomo. Gratianum in princ. 35. q. 1. & Abulensem. d. c. 11. Genes.

nes.Etiam si Caie.& Alois.Lippomanus super Genes.cap.20. adhuc contendant,Saram vere fuisse Abrahę sororem Hieronymum in ea opinione sequuti.est tamen Aug.sententia admodum vero similis.Nam qui maximе propinqui erant,solebant fratres, & sorores appellari. Sic propter maximam, & propinquam consanguinitatem, consobrini fratres appellabantur authore Augustin.lib.15. de ciuit. Dei.c.16.& probatur Matth. c.12. ex Hiero. interpretatione quam alijs ad ductis authoribus comprobat Ioann. Echius in Homilia de .S. Anna. Sic Cice.libr.5.de finibus,statim in initio, Lucium Ciceronem, patrui sui filiũ, fratrem appellat. Quibus & illud addendum est, proprie nepotes dici natos ex filio,vel filia.l.fin.§.nepos.ff. de gradibus.§.fi.inst.de patri. potest. notant Abb.& Præp. in cap.tua nos. de consangui.&affinita. Aret.Feli.& Deti.in cap.per tuas.de probatio.Ias.in.l. si auiæ.C.de success.edicto. Bart.in.l. si instituta.§.de inofficioso. ff.de inoffi.testam. Sed tamen quandoque propter proximitatem sanguinis, nepotes dicuntur fratrum, vel sororum filij.text.in. c. 1. §. similiter. quib.mod. feu.amit. c.felicis.§. cæterum.de pœnis.in.6.cap.per tuas. de probat. cap. quod super his. c. tua nos.de consangui. Suetonius in Iulio Cæsare ca. 83. sed nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes,id est, ex sororibus nepotes. nempe Octauium, Lucium Pinarium, & Quintũ Pedium.quæ quidem verba ita Erasmus interpretatur in adnotationibus ad Tranquillum,cui nos addimus authorem epitomes in Liuium, qui lib. 116.Caium Octauiũ Augustum, scribit,Cæsaris ex sorore nepotem fuisse: eundem appellat Cæsaris nepotẽ Eutropius lib. 7. c.1.sic & Plutarchus in vita M. Tullij Ciceronis eum fuisse filium sororis ipsius Cæsaris, manifestissime asserit.Sicuti & Dion Historicus li.45.tametsi ex Suetonio in Augusto.c.4.*Appiano Alexandrino lib.3. de bellis ciuilibus.*Sexto Aurelio,Plutarcho in Bruto & in Antonio & alijs constet,Caium Octauiũ ex Octauio, & Accia genitum fuisse: Acciam vero ex Balbo, & Iulij Cæsaris sorore. *idem constat ex Dione li.43. & Velleio Paterculo li.2. Verum si de interpretatione alicuius testamenti, donationis, legis,vel alterius cuiuslibet dispositionis agamus,nepotem filium filij,vel filiæ intelligemus non filiũ fratris,aut sororis:nisi aliud ex verbis prę cedẽtibus,aut sequẽtibus,vel ex qualitate loquẽtis,alijsve circũstãtijs manifeste colligatur.secundũ Aret. Feli. Deti.& Ias.in prædictis locis. Barb.in l.cũ acutissimi.fo.5.col.3.C.de fideicõ. Sic & in regno Valẽtiæ Hispani filios fratrũ,aut sororũ, nepotes appellant. His ergo cõstat,vt ad institutũ redeamus, Sarã non fuisse sororẽ Abrahæ. & subinde apparet, verioręẽ esse sentẽtiã Aug.asserentis inter fratrem,& sororẽ naturali iure matrimoniũ prohiberi.quod ex Aristo.cõprobatur, qui li.2.polit.c. 2. absurdũ putat coniugiũ inter patrẽ,& filiã, atq; inter fratrẽ, & soro-

sororem.*idem Plato lib.8.de legibus ex lege non scripta deducit.*licet priori sentẽtiæ subscribat Albert.Pyghius cõtrouers.15. ad finem.

Consonum & his est de nouerca tractare.Nam iure naturali cum ea coniugiũ nõ prohiberi, author est Augusti.3. Tomo. lib.3. quæstionũ.in.q.61. super Leuiticum. is, inquam, scribit, illa verba Leuitici.18.turpitudinẽ vxoris patris tui non discooperies, minime intelligenda fore patre viuente: cum id prohibitum sit lege, quæ adulterium prohibuit: sed ibi prohiberi matrimonium cõtrahi cum illis, quas seclusa lege,liceret vxores ducere.idẽ probat Thom.in.4. sentent. distinct. 40.q.1.artic.3.dum asserit matrem tantum comprehendi iure naturali. Nec oberit locus Pauli.1.ad Corinth.dicentis:auditur inter vos fornicatio,qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui quis habeat.Si inter gentes, quæ viuunt ex sola lege naturali,non auditur-isthæc fornicatio:igitur iure naturali ista cõiunctio est prohibita. Quia Pauli authoritas referri debet ad incestum simul,& adulterium, ita, vt viuẽte patre intelligatur.vt ibi interpretatur Caieta.adnotans vxorem dixisse Paulum,nõ relictam patris.Sic Valerius Maximus memoriæ tradit libr. 5.cap.7. Antiochũ Seleuci filium, patris vxorem Stratonicem in vxorem viuente patre accepisse.*idem lõgius enarrat Lucianus in libello de Dea Syria.Plutarchus in Demetrio. & in ea specie extat declamatio apud Senecã. 7.lib.6. declamationum.*Huc pertinent pulchra Phædræ ad Hippolytũ apud Ouidium carmina.

Nec quia priuigno videar coitura nouerca
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ista vetus pietas æuo moritura futuro
Rustica Saturno regna tenente fuit.
Iuppiter esse piũ statuit quodcũq; iuuaret
Et fas omne facit fratre marita soror.

Verum probabilius erit idem,quod de matre,de nouerca asserere:cũ ea loco matris sit:iure igitur naturali prohibitum erit matrimoniũ cũ nouerca. quod D.Tho.super episto.Pauli.dict. cap.5.profiteri videtur. & Abulensis. Leuiti. c. 18. Cæterum præter gradus modo expressos,& speciatim adnotatos,à Theologis receptum est frequẽtissime,nullum gradum iure naturali prohibitum esse:sed iure tãtum humano Romanorum Pontificum. Ex quibus deducũtur plura.Primum,iure naturæ,& diuino posse relictam fratris in vxorem accipi,secluso iure humano.quam illationem multis corroborat Ioan.Rofensis in peculiari huiusce dubitationis libello. & post eũ Ioan.Cochle.Ferdinandus Ilerdensis, & Alfonsus Canariensis episcopus, editis super eodem matrimonio Regis Angliæ tractatibus. Nec oberit, quod Ioannes Baptista impense Herodem incusauerit ex eo quod fratris vxorẽ accepisset. Marci. c. 6.Id enim contigit: quia Herodes, viuente fratre,vxorem eius vi quadam secum in concubitu habebat, quod Ioan. Cochleus in.d. libello de matrimonio Regis Angliæ, ex authoribus probat. Siquidem habens ipse Herodes vxorem

rem legitimam filiam Aretæ Regis Arabiæ, ea depulsa Herodiadem filiam Aristobuli, vxorem alterius Herodis, ipsius Herodis fratris, eo viuente, violenter in coniugale consortium recepit. teste Iosepho lib. 18. antiq. c. 9. Tametsi August. lib. vnico. de fide, & ope. c. 19. scribat, ambiguum esse, vtrũ Herodes mortui, an viui fratris vxorem duxerit: & ideo, inquit, non ita claret, quid Ioannes ei non licere dicebat. * Sed & Nicephorus lib. 1. eccles. hist. cap. 19. palam scribit, Herodem fratre superstite vxorem eius Herodiadem rapuisse. *

Ex Iosepho tamen nouiter corrigendus est locus insigniter vitiosus apud Eusebium lib. 1. Ecclesiasti. Histo. c. 13. ita enim scriptum est, in omnibus codicibus, quos mihi videre contigit. Nominatim de Herodiade commemorans, velut de coniugio fratris Philippi viuentis, violenter abstracta, & suis ab Herode incestis nuptijs sociata: propria, & legitima vxore depulsa, quam Herodiadem filiam dicit fuisse Aretæ regis Arabiæ. Hactenus Eusebius ad Iosephum hæc verba referẽs, legendum deniq; est. Propria, & legitima vxore depulsa, quã filiam dicit fuisse Aretæ regis Arabiæ: & postmodum: propter quam Herodiadẽ Ioannem, &c. quæ quidem lectio restituẽda est * ex ipso Iosepho, ac Nicephoro in dict. ca. 19. & 20. * & ex Græco Eusebij codice lib. 1. Ecclesiast. Histo. c. 10. iuxta codicem, quem Græcis characteribus nuper Parisijs excusit Robertus Stephanus typographus diligentissimus: ex quo constat ab interprete Latino adiectum fuisse nomen Philippi: cum id non habeatur in Græco codice, & ipse Iosephus dict. libr. 18. c. 11. scribat virum Herodiadis non fuisse Philippum ipsius Herodis fratrem: sed alterum Herodem fratrem itidem ipsius Herodis Tetrarchæ. Apparet tamen ex sacro Euangelio Matthæi capit. 14. & Marci cap. 6. virum Herodiadis fuisse Philippum: idem asserit Ægesippus libro secũdo de excidio Hierosoly. c. 5. * & Nicephorus in dict. cap. 19. * Qua in re non oportet Iosephi authoritatem defẽdere, cum sacræ Euangeliorum Historiæ manifeste aduersetur: nec est intelligenda eo pacto, quo Caiet. Matthæ. c. 14. conatur intelligere: cum is intellectus Iosephi verbis repugnet. Obiter vero illud adnotatione dignum est, Herodiadem fuisse filiam Aristobuli: non Aretæ: vt idẽ Iosephus deducit, dict. cap. 9. & c. 11. & libr. 1. de bello Iudaico. c. 18. & Ægesippus. d. libr. 2. ca. 12. quod & nominis ratio dictat ab Herode patre Aristobuli: licet Hieronymus Matthæi cap. 14. scribat eam fuisse filiã Aretæ Regis Arabiæ: cui Iosephus, & Eusebius * Ægesippus, & Nicephorus, * refragantur: nec in sacro Euangelio hac in re quidquam scribitur: vnde potuit Caieta. Iosephum in Herodiadis patre sequi: etiam si Ambrosius Cathari. li. 2. inter Caiet. errores hoc retulerit. His ergo cõstat non esse iure naturæ matrimonium prohibitum cum relicta, fratris tametsi Lupoui. Gozadi. consi. 51. contrarium de iure

iure responderit: & dubitauerit nouissime Hierony. Gratus consi. 1. secundo volum. & Paris. consi. 194. volu. 4. probare conatur hoc matrimonium esse contra ius diuinum, & naturale.

Secundo hinc potest cõprobari sententia Anchara. consi. 373. qui consuluit posse Romanum Pontificem dispensare, vt matrimonium contrahatur inter patruum, & neptem ex fratre. quanuis Abb. in c. literas. nume. 17. de restitu. spoliat. non recte prædicta expẽdens contrariam opinionem sequatur. Hinc & Plutarchus in Problematis Romanis nume. 6. scribit virum quendam sane pauperem, cæterum bonum, accusatum, eo quod filiam fratris, cui dos ampla relicta fuerat, vxorem accepisset, iudicio multitudinis absolutum fuisse: atq; inde factum plebiscitum, vt liceret cuiquam filiam fratris vxorẽ accipere. nec oberit huic illationi tex. in. c. cum in iuuẽtute. de præsumpt. vbi hoc fœdus naturale appellatur. is enim text. est ita intelligendus, vt referat ethnicorum sententiam, non autem probet. vel dicamus esse naturale fœdus quo ad quandam honestatem, non quo ad legis naturalis vinculum. item naturale fœdus poterit intelligi quo ad cognationem, quam natura instituit, ex his, quæ Abb. ibi notat.

Tertio constat Paluda. Florenti. & Maiorem in præcitatis locis, falso opinatos fuisse minime posse Romanum Pontificem dispensare, vt matrimonium contrahatur in aliquo ex gradibus prohibitis capi. 18. Leuitici. Iam enim satis manifestum est, posse in pluribus ibidem contentis dispẽsare. Nec vrget tex. in cap. literas. de restitu. spoliat. quo probari videtur, gradus cap. 18. Leuiti. expressos, diuina lege prohiberi. Quia ex gradibus ibi connumeratis, quidam iure naturæ prohibentur, vt modo dixi, in quibus nulla dispensatio concedi potest. Quidam iure diuino veteri legis, quæ tamẽ aduentu Christi cessauit, in quibus, licet Romanus Pontifex dispensationem concedere valeat: quia tamen in veteri diuina lege prohibebantur, nõ consueuit dispensare: nisi iustissima causa id suadeat. Sic text. in eodem capit. literas. intelligendus est: cum dixit, in aliquot gradibus Papam non posse dispensare: in aliquot vero non consueuisse id agere, quanuis possit. Vnde prohibitio, quæ diuinæ legi in dicto capit. literas. tribuitur, ad legem diuinam veteris testamenti spectat. Quibus addendum erit contra Abb. in dicto capit. literas. Neruam Imperatorem legem tulisse, qua prohibuit, matrimonium cum filia fratris. teste Dione Nicæo. quod maximum argumentum est, id ante illam legem licuisse: sicuti & ex Plutarchi testimonio paulo ante probauimus.

Nullus autẽ, præter Romanũ Pontificem, potest prædictam dispensationem concedere, contra iura humana, etiam si episcopus sit. Est enim dicta prohibitio in generali concilio facta: ergo non potest episcopus ei dispensa

tione propria derogare. vt notant omnes in c. at si clerici. §. fi. de iudic. glos. in. c. dilectus. in. 1. de præbend. vers. facultas. Abb. in. c. proposuit. notabi. vltimo. de concess. præb. Nec legatus, etiam à latere Romani Pontificis in hac prohibitione dispensat. glos. in. c. quia circa. de consangui. & affinita. & in capit. quod dilectio. eod. titu. quam ibi Abb. & Docto. approbant. sensit Specula. titu. de legato. §. nunc ostendendum. versi. 53. Nam & legatus de latere, nec solius Romani Pontificis constitutioni derogare potest: nisi in casibus, quibus id potest agere episcopus. ita Abb. in. c. dilecto. de præb. 4. notab.

Illud autem dubiũ hoc in loco prætermittendũ non est, an sit satis in impetranda dispẽsatione, vt liceat in gradu prohibito cõtrahere matrimoniũ mentionem agere remotioris gradus ab stipite, in linea transuersa, an sit necessarium simul, & propinquioris gradus, quo alter ex impeditis ab stipite distat, meminisse. Et cùm consanguinitas à gradu remotiori, in linea inæquali computanda sit, vt quo gradu remotior distat à communi stipite, eodem distet à cognato, qui stipiti propinquior est. capit. final. de consanguinita. sat esse videtur: remotioris tantum gradus mentionem facere. Nam in duobus consanguineis, qui ab stipite inæquali linea distinguuntur: is tantum consanguinitatis gradus iure censendus est, qui remotior est ab stipite. & ita de iure respondendũ esse existimo. & id probatur Clementis Papæ Sexti constitutione, quę incipit. Nuper. nondum typis excusa, quam citat Calderinus consilio primo de consanguinitate. Quæ tamen sententia falsa quibusdam videri potest: ex Decretali. quod dilectio. de consanguinitate, & affinitate. qua id non sufficere probatur: sed necessarium fore vtriusque gradus mentionem. Cuius illa potuit esse ratio, quod in dispensationibus, quæ odiosæ sunt, mixtum sub simplici minime comprehenditur. secundum communem opinionem in capitulo fin. de simonia. & in. l. secunda. in principio. ff. de verborum obligatio. Hic vero non est simplex gradus, qui remotior est, sed mixtus ex propinquioris: ergo dispensatio non est sufficiens. Sic gloss. in regul. Cãcella. 29. dictum text. intellexit: falso tamen. quid enim obsecro hic mixtum reperitur? nõne de eorum, qui sunt in linea trãsuersa, gradu tractamus? atque is solus est, qui impedimentum prębet: is vero solum est remotior ab stipite. capi. final. de consanguinitate, & affinitate. ergo vnus tantum simplex gradus est, non mixtus. ideo responderi potest illum text. ex eo procedere, quod in ea prouincia cõsuetudine obtentũ erat, dispensationes ad coniugia ita esse intelligẽdas, vt sublato remotioris gradus impedimento, nõ ex hoc propinquioris esset sublatũ, quanuis ille gradus ad computationem consanguinitatis nihil ageret. ita gloss. Abb. & alij in dicto cap. quod dilectio. quem tex. dicit singul. Felin. in cap. final. colum. final. de simo. & eum allegat in cap. postulasti.

stulasti. de rescrip. nume. 9. & 13. ex eo notans, dispensationem ex iure communi intelligendam esse, nisi consuetudo eam strictius interpretur. Sic igitur intelligenda est dispensatio prædicta, ob euitandum scandalum. Solet tamen dispensatio in prædicta specie concedi duplicibus literis. Primæ enim dãtur super quarto gradu, & sic remotiori. Secundæ dantur super tertio declaratoriæ. secundum Philippũ Probũ in rubri. de cogna. spiritua. in. 6.

Porro causam in dispensationibus exegimus, vt is, qui eas concedit, quo ad Deum tutus sit. item is, qui eis vtitur, eodem modo absque animæ periculo, vitam agat. Causa tamen inter
13 alias esse potest scandalum, quod ex dissolutione iam contracti matrimonij sequeretur. Proles etiam ex consanguinea suscepta. tex. in cap. quia circa. de consang. notat Rom. consi. 307. ne cogatur vir, prole suscepta, ab eius consortio matrem filiorum expellere. Hoc tamen non est omnino verum: sed locum habet in prole bona fide suscepta, & sic ignoranter: alioqui proles mala fide suscepta, cum crimen incestus pręseferat, non potest recta iustitia principẽ mouere ad di-
15 spensandũ, vt contrahentes perseuerent in coniugio, vel contrahant matrimonium. tex. & ibi Hosti. Ioan. Andr. Abb. & Pręp. in. c. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimo. l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nupt. Imo si ante impetrationem dispensationis matrimonium contractũ fuit scienter, vt dispẽsatio teneat, necesse est hoc in ipsa
14 petitione exprimere. Regu. Cancel. ibi gl. 47. ex his quæ in. c. postulasti. de rescript. notantur. Quod si matrimonium scienter à consanguineis contractum fuerit, ea intẽtione, & prauo consilio, vt cum eis in dispẽsatione mitius agatur, atq; impetret facilius ob euitandum scãdalum, huius consilij, & fraudis mentio exponenda est Romano Pontifici, alioqui dispensatio non tenet, etiã si mentio matrimonij scienter contracti facta fuerit. ita egregie Marti. Naua. in repe. c. si quando. de rescrip. colum. 14. quibus omnibus addenda est glos. in dict. c. quia circa. quam ibi dicit sing. Abb. ex ea notans, dispensationem, tacita veritate, vel obiecta falsitate, impetratã, ipso iure nullam esse: si tamen id contingat circa ea, quæ principem mouere poterant ad non concedendum, vel eum à facili concessione auertere. ex dicto capit. postulasti. cap. fina. de filijs presby. in. 6. notat optime Felin. in cap. ad audientiam. in. 2. colum. 14. de rescript.

Sed & circa idẽ dubium erit, an dissimulatio Romani Pontificis habeat vim, & effectum dispensationis. Et id quidem videtur per text. in. c. quia circa. de consanguini. ex interpretatione glo. ibi quam dicit singu. Sylues. verbo. lex. quæst. 6. & ꝓbant Abb. & Docto. in dicto capit. quia circa. quando Romanus Pontifex dicit, quod dissimulat, aut id scribit: alioqui dispensare non videtur, quanuis conniueat. text. in cap. cum iam dudum. de præbend. vbi Abb. idem notat, & idem in

cap.

cap.nisi essent.de præben.Det.in cap. 1.colum.1.de exceptio.& Felin.in cap. 1.colum. 6. de treug. & pace. dicens hanc opinionem communem esse. Hic tamẽ aduertendum est: quod ita intellectus ille text.in dicto cap. quia circa. id solum probaret, Romanum Pontificem posse in quinto gradu dispensare: quod nemini dubium est: neq; ibi de dispensatione agitur:cum si de ea ageretur, Romanus Pontifex 16 scriberet his,qui matrimonium contraxerant,vt denuo contraherent,nec diceret in contracto matrimonio esse dissimulandum:siquidem esset necessarius consensus expressus,vel tacitus post missam à Romano pontifice dispensationem ex gloss.in cap.1.de eo, qui dux.in matrimo.Ex quibus dicta communis interpretatio non placet Hadria. qui in quodlibet. 5. articu. secundo.dicit,quod vbi aliquis bona fide est in eo statu, vt tantum contra legem humanam,sine proximi iniuria vitam agat, absque transgressione etiam legis naturalis,ac diuinæ in eodem statu dimittendus est, ac tolerandus, si ex correctione scandalum graue immineret:idq; intelligo,dato errore iuris, qui attenta personarum conditione, & qualitate:bonam fidẽ minime excluderet. Quo fit,vt in dicto capit. quia circa. ideo Papa rescribat dissimulandum esse, quia illi matrimonio iam copulati bona fide putabant, se legitime coniunctos esse: atque ex dissolutione graue immineret scandalum. eandem opinionem repetit idem Hadri. in. 4. sententia. tracta.de confessione. dubio. 7. post quintam quæstionem. Sic & Gofredus dict.text. intellexit, quem Marti. Nauar. magnæ scientiæ vir sequitur in cap.si quis autem.nume.69.de pœnit. distin.7. & Ludoui. Gozadi.consi. 51.

Illud autem planum est solum Romanum Pontificem posse statuere circa matrimonia contrahenda, vel prohibenda, neque id ad seculares iudices pertinere. text. in capit. tuam. de ordin. cognit. capit. 1. de sponf.c. fina.de rapto.Abb. & Fel.in dict. ca. 1. idem Abb.in cap.1.de cognat. leg. late Felin.in cap.ecclesia. de const.nume.62.Vincent.Hercula.in.q.3. glos. optima in cap.1.in fine. 30.q.3. dicens inter tutorem, & pupillam contractum matrimonium validum esse, etiam si lex ciuilis id prohibeat, cum lege Pontificia hoc matrimonium ve titum non sit: quam gloss.notabilem esse existimat Alexan. in.l.filius à patre.ff.de lib.& posthu.§.fi.Hinc etiam constat à laicis,etiam summis principibus,non posse lege prohiberi matrimonium cum alieniginis, vel cum certo hominum genere.&hoc ipsum passim nostrates fatentur, qui leges ciuiles aliquot matrimonia prohibentes,vt improbas refellunt. Nec in hoc libet latius insistere : cum id lippis, ac tonsoribus, vt aiunt, notum sit. Sed vt ad institutum redeam, solus Romanus Pontifex præter ius naturale legitimas, illegitimasve constituit nuptias, quod mirum videri quibusdam potest: nam matrimonium

nium à Deo est institutum: sed inferior non potest legem superioris mutare:igitur Romanus Pontifex non 17 potest circa matrimonium aliquid noua prohibitione inducere. Cui argumentationi respondemus materiam huius sacramenti esse hominem, qui quidem iuri humano subest, & tanquam reipublicæ membrum eius legibus obtemperare debet:idcirco humana lex potest aliquot homines à matrimonio auertere, & subtrahere materiam à sacramento, sicut posset Romanus Pontifex eximere à parocho subditum quem parochus absoluere poterat à peccatis sacramẽto pœnitentiæ: & tamen tunc non potest: nec per hoc mutat Romanus Pontifex quidquam circa sacramentũ: sed vel exhibet, vel detrahit materiam sacramenti.Sic Palud. hoc dubium explicat in.4.senten. distin.26.q.4.artic. 3.& Hadri.in.4.sent.in tract.de matrimonio.fol.paruo.3.vel ex eo id procedit,quod matrimonium etiam si sacramentum sit, plurimum tamen accedit humano contractui:& ideo nõ est mirum si lege humana, & Pontificia quidam eximantur ab hoc contractu propter ipsius Christianæ reipu.vtilitatem,vt idẽ Hadria.scribit in tracta. de confirmationis sacramento. arti.3. versic.ad rationem ante. *Hæc etiam optime probantur à Dominico Soto. in.4.sent.dist.40.art.5.& Ruardo Tappero contra hæreticos. art. 20.*Hinc constat consuetudinem non posse nuptias permittere inter eos, quos matri 18 monio copulari prohibuit lex Pontificia.tex. apertissimus ad id in capitu. quod super his.de consangui.& affinita.Quod si consuetudo mixta clericorum & laicorum prohibeat matrimonium inter aliquot personas contrahi, ob euitandum scandalum,ea admittenda est:quanuis illi lege canonica ad nuptias legitimi forent. tex. vbi Abb.& alij in.c. super eo. de cognat. spiritu.& in cap.quod dilectio.de consang.& affinit.gloss. communiter recepta in dict.c.quod super his.non ex eo, quod prohiberi matrimonium à consuetudine possit inter eos, quibus id contrahere canones permittũt:sed quia cum scandalo coniugia contrahi canones ipsi non tolerant:atq; hæc videtur vera ratio, quare sic coniuncti omnino sint separandi: quasi ex hac ratione ab ecclesia matrimoniũ hoc irritum iudicetur:in quo mihi nõ placet Driedonis sententia:dum is de libertate Christiana agens, pagin. 124. scribit cõsuetudinem posse personas alioquihabiles,inhabiles ad matrimonium facere:hoc etenim concesso, esset sane dicendũ eadem ratione,ipsam consuetudinem posse inhabiles iure humano, habiles reddere: quod ipse Driedo.omnino negat. Posset tamen consuetudo circa solennitates in contractu matrimonij seruandas aliquid inducere,modo esset consuetudo illa mixtim à laicis,& clericis introducta. tradunt Abb.Præp. & Feli.in ca.1. de sponf.num.18.per tex.& glo.ibi.idem Feli.in.c.ecclesia.de const.num. 62. in qua cõsuetudine exigitur sciẽtia principis,quia de his, quę ad sacramentũ perti-

pertinent, tractat glo.in.c.vir autem. 21
19 de secun.nupt.& ibi Host.Anto.Henri.& Abb. à quibus tamen recedit Rochus in.c.fi.de consuetu. fo. paruo.36.col.3. dicens, etiam circa sacramentalia consuetudinem procedere absq; scientia principis: si enim consuetudo potest aliquid inducere circa solennitatem in matrimonio contrahendo, seu in alio sacramento percipiendo, minime mutans, quæ in eodem sacramento præcipuam vim obtinent, non video cur scientia principis exigatur: siquidem in consuetudine scientia principis necessaria nõ est. gloss.in capit.in istis.§. leges.4. distinctio.quam Abb.dicit.notab. in capit. cum ex officij.4.colum.de præscript. Ex quibus potius placet opinio Rochi de Curte. Tametsi contrariam cõmunem esse opinemur, cuius ratio ex præmissis optime potest refelli.

Postremo illud hic notandum erit ante contractum matrimonium, vt illud impediatur sufficere famam, sine alia probatione impedimenti. textus
20 in ca.super eo. de consanguinitate & affinitate.quem ibi Abb.& cęteri Docto.notant.idem Abb.in. c.super eo. de eo qui cogno.cons.vxor.suæ. dicit eundem tex.singul.Roma.singu.616. Deti. in.c.1.colũ.4.de appella. sic etiã vnus testis sufficit ad id: nempe vt matrimonium contrahendum impediatur.text.in cap.præterea.in .2.de spõs. quem ita glo.& Doct.ibi intelligunt. & Roma.in dict.singu. & Ias. in repe. l.admonendi.nume.197.ff.de iureiur. cui est similis in cap.super eo. in.2.de testi.& ibi Aret.in princ.& col penul. Id enim permissum est, quia tractatur de peccato euitando, quod imminet committendum. Vnde cum soli testimonio vnius danda sit in hoc fides, is qui scit solus, inter volentes matrimonium contrahere, subesse impedimentum aliquod, licet id probare nõ possit, tenetur illud iudici denunciare, etiam si illud impedimentum ex crimine occulto contrahere volentis oriatur, si is admonitus nolit à contractu abstinere: agitur etenim de peccato euitando. vt notat Marti. Naua. in cap.sacerdotes.de pœnit.dist.6.nu.27. licet Ioan.Maior.in.4.sent.dist.21.contrarium teneat, in impedimẽto, quod causam habet ex crimine occulto cõtrahere volentis.

Quibus omnibus sic præmissis duo addere libet. Primum quidem, dictũ testem cum iuramento debere asserere, illud impedimentum certo scire: alioqui testis vnus, etiam iuratus de auditu testimonium præbens, coniugium non impediret, etiam si cum eo alter absque iuramento de scientia certa testaretur.text.sing. vbi hoc notat Abb. in capit.1. de consang. ex quo deducitur maiorem fidem soli famæ exhibendam esse hac in re, quam duobus testibus, quorum alter, qui de scientia testimonium perhibet, non iurat, alter vero, & si iuret, tamen asserit se ita audiuisse. Is tamen, qui de auditu testatur, sufficit, si circa consanguinitatis impedimentum testificetur iuxta formam à canonibus expressam in ca. licet ex quadã.de testi.

sti. vbi optime Feli.col.1.tex.memorabilis in.c.tua nos.de consang.& affini. vbi Abb. & Præp. hoc ipsum explicant. Is enim testis solus sufficeret ad impediendum matrimonium, quod nondum contractum est.

Secundum prædictis adde, propter solam famam impediri matrimoniũ, etiã præmissis sponsalibus iuratis. ita glo.& Doct.in.d.c.super eo.de cõsan.
22 quam opinionẽ communẽ esse asserit Præp.in. d.c. præterea.in.2.de sponsa. non tamen sic impeditur propter dictum vnius testis.tex.& ibi glo.in.d.c. 1
præterea.glos.in.d. c.super eo. notant Abb. Ant.Henri. & Præp.in.d.c. præterea. probat Regia.l.18. tit. 9. part.4. contra Hostiẽ in.d.c.præterea. Cuius opinio extra illum text. mihi probabilior est, quando vnus hic testis est integer, & circũspectissime testimoniũ dicit: nam famam vni testi integre deponenti, ad impediendũ matrimonium, similẽ esse notat Abb.in.d.c.super eo. de eo, qui cog.consang. vxo. suæ. idẽ in.c.super eo.de consang.& affinit. & Præpo.in.d.c. præterea.in fine. dicẽs, hanc opinionem esse communẽ: & tamen fama sufficiens est ad impediendum, vt constat: igitur vnus testis integer, & integerrime deponens sufficiet. Qua tamen integritate testis deponere debeat, arbitrio iudicis relinquendum esse nulli dubium est. Nec oberit tex.in.d.c.præterea. quia ibi testis ille non erat integer: imo poterat pluribus defectibus notari.

EX. §. SEQUENTI.

1 Christianus non potest matrimonium contrahere cum infideli, ex antiqua ecclesiæ prohibitione.
2 Ambrosij text.apud Gratianum restituitur.
3 Christianus accipiens vxorem infidelem, etiã iure ciuili punitur.
4 Hæreticus potest matrimonium contrahere cum catholica.

§. *VNDECIMVS.*
De dispari cultu.

SVPEREST octauo agere de dispari cultu qui coniugiũ impedit. Christianus enim Iudæã, aut paganam in vxorem accipere prohibetur.c.non oportet.cap.caue. 28.q. 1. notat Magist.in.4.dist.39.nostrates in c.1.de sponf. Ea tamẽ prohibitio iuris est humani: nõ diuini, nec naturalis, sicuti scribũt Sco.& Palu.in.4.dist.39.q. 1.col.1.& Ioan. Echius de sacramẽtis, Homi.71.& Caieta.quẽ hac in re non omnino iuste reprehẽdit Ambro. Catha. li. 5. de matrimonio: cũ ab eo adducta id tantũ probẽt, iustã esse hanc prohibitionẽ. Scribit enim Aug.libr. vnico.de fide, & ope.c.19.hac de re in nouo Testamẽto nihil pręceptũ fuisse, & ideo, inquit, aut licere creditum est, aut velut dubiũ derelictũ est. Ab initio tamẽ renascẽtis ecclesiæ prohibitũ est coniugiũ istud ex Apostoli authoritate.2.ad Corint.c.6. dicẽtis: nolite coniungi cum infidelibus. & 1. ad Corinth.6.idem Apostolus id vetare videtur. Quibus, & alijs testimonijs hãc prohibitionem coadiuuat Diuus Cyprianus lib.3.cõtra Iudęos ad Quirinum.c.62. Paulus item.1. ad Corint.

c.7.

c.7.cõiugium cum infideli prohibuit dicens.Quod si dormierit vir eius, liberata est.Cui autem vult nubat tantum in domino.quem locũ post alios ibi adnotauit Caieta. & Pulchre Hierony.lib.1.aduersus Iouinian.ita exponẽs,nubat in domino,id est,Christiano.Eãdem interpretationẽ prius probauerat Tertulianus li.2.ad vxorem. Matrimonium etiam cum Gentili ab exemplo Samsonis,&diuus Ambrosius mire execratur in epistola.70. Atque idem Cyprianus in sermone de lapsis ita scribit.Iũgere cum infidelibus vinculum matrimonij:prostituere cũ Gentilibus mẽbra Christi. Extant & ad hanc rem pulchra verba diui Ambrosij libr.1.de patriarcha Abraham. c.9.Et ideo caue, inquit, Christiane
2 Gentili, aut Iudæo filiam tuam trade re.Caue,inquam, Gentilem, aut Iudæam,atq; alienigenam,hoc est,hęreticam,& omnẽ alienã a fide tua, vxorẽ accersias tibi.Prima coniugij fides, castitatis gratia est:si idola colat, quorum prædicantur adulteria, si Christum neget,qui pręceptor,& remunerator pudicitiæ:quo modo potest diligere pudicitiã?Si Christiana sit,non est satis,nisi ambo initiati sitis sacramẽto baptismatis. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est,& cõiunctis precibus obsecrandus Deus. Hactenus Ambrosius.cui? verba referre libuit, candide lector,vt vel hinc videas quantum Gratiano tribuendum sit in referẽdis sanctorum Doctorum autoritatibus,qui quidẽ,vt fuit in illo aureo Decretorum libro diligentissimus,ita vel memoriæ lapsu, vel scriptorũ vitio,seu quod codices,ex quibus opus illud concinnauit,innumeris mendis scaterent,quandoq; nimis succincte,ac deprauate, aliorum dicta retulit.Sic in.c.caue.28.q.1. Amb. verba reperies ita a Gratiano transcripta, vt plane penitissimum Ambrosij sensum percipias apud Gratianum deficere,si cũ prædictis conferas. His igitur satis constat antiquã fuisse hanc prohibitionem.Sed &in concilio Toletano.3.c.14 .expressim Iudæi prohibentur Christianas in coniuges accipere.Nam quod in eodẽ concilio Toletano.4.c.62.& in.c.Iudæi.28.q.1. cauetur,locum habet,quãdo matrimonium inter duos infideles cõtractum est,quorũ alter ad catholicã fidem trãsit:sicut & loquitur Paul.1. ad Corinthi.7.non enim tunc dissoluitur matrimoniũ,quod ab initio valuit, nisi infidelis nolit cohabitare cũ fideli absque contumelia creatoris. illud tamẽ considerandũ est,diuũ Paulum consilium potius,quam præceptum dedisse,ita sane,vt fidelis nuper,& post cõiugij cõtractum ad Christi fidem conuersus:infidelem coniugem etiam cohabitare volentem absque cõtumelia creatoris,possit,si velit dimittere quoad thorum.tametsi saniori vtetur consilio,si illam nõ dimiserit, ne deterior illa fiat.quod ex Augustino, & Chrysostomo adnotauit Ioann. Arboreus Theosophiæ li.6.c.10.& nos dicemus inferius.c.7.§.4.

Vnde miror cur Ioan.Igneus in.l.fideicõmissum.nu.143.ff.ad Syllani.dixerit

xerit dictam ecclesiæ prohibitionem matrimonij cum infideli esse contra Paulum Apostolum in.d.c.7.Quinimo his accedit,quod iure ciuili cautũ est Christianum contrahentem matrimonium cum Iudæa, vel Iudæum cũ Christiana, pœna adulterij puniendũ esse. Quæ pœna mortis quidẽ erat. l. ne quis Christianã. C.de Iudæ. & ibi Saly.Abb.& Præp.in.c.quanto.de diuort.& in Codice Theodosiano lib.3. tit.14.eadem pœna statuitur,circa matrimonia cum Gentilibus contracta. vtrũq; Regia.l.statuit.lib.4.fori.tit.11. in.l.3. Si tamen Iudæus Christianam absque matrimonij titulo cognouerit carnaliter cessante raptu,violentia, stupro,& adulterio,nõ est puniendus morte: sed arbitrio iudicantis multo grauiori pœna, quàm si Christianus fœminam Iudæam carnaliter cognouisset. ex Oldra. consi.333. Corneo. consi.114.in.1.volu. Deti.in.c.1.nu.17. 4
de const.notat optimè Nicolaus Boeri.decis.316.colum.3. vbi dicit hanc opinionem communem esse, quam & Alciat.sequitur libr. 7. parerg.cap.23. damnat tamen sententiam quãdam, erga virilium amputationẽ pro hoc crimine latam,quam Oldra.retulit.in hac verò quæstione fallitur Ioan. Baptista in.l.omnes populi.fol. pe. vers. septimo.ff.de iusti. & iur. dicens, fortiori pœna puniri Iudæum absq; matrimonio cognoscentem Christianã, quàm si eam matrimonio præmisso cognouisset. item nec placet, quod Ludo.Gomec.in.c.mulieres.num.12. de iudic.in. 6. notauit scribens Iudæũ matrimoniũ contrahẽtem cum Christiana meretrice non esse 1 mortis pœna puniendum:nam ad tollendam iniuriã,quæ religioni Christianæ irrogatur à Iudęo,qui audet Christianã vxorem accipere: parum, aut certe nihil conducit, ipsam fœminam Christianam meretricem esse: siquidẽ nihilominus Christiana est.& licet Gomec. pro se citet Baptistã in.d.fol.penul. & Alex.consi.99.in.6. volu.neuter tamẽ hoc dicit:quanuis Alex.consultus responderit Iudæum adulterium committentem cum Christiana, meretrice tamen,non esse pœna adulterij puniendum. vnde apparet eum non respondisse quidquam de Iudæo accipiente vxorem Christianam.

Ex his tamen illud dubium est,num inter Christianum,& hæreticam matrimonij vinculum contrahi possit? & quanuis non debeat inter eos matrimonium contrahi: si tamen contrahatur,matrimonium tenet. glos. in cap. non oportet.28.q.1.quam esse ordi.asserit Didacus à Segura Hispanus in tracta.de bonis matri.const. adquisit. fo.8.idẽ probat diuus Tho.in. 4. dist. 39.q.1.art.1. Card.& omnes in.c.fi. de condit.appo.optimus text.in.c.decreuit.de hæretic.in.6. contra gloss.in dicto cap.fina.quę dixit,matrimonium contractum cum hæretica non tenere:cui conuenit Regia.l.15.titu.2.part. 4.quod nõ est admittendum. Admonuit tandem nos Iacobus Septimacẽsis vir insigni præditus eruditione, in catholicis institutionibus cap.40.nu. 7.post secundam huius operis editionem

nem in lucem editis, canonem septua
gesimum secundum sextæ synodi ad
modum vrgere aduersus nostrã opi
nionem, quam tamẽ nos communi
ter hactenus receptam fuisse, non te
mere asseueramus, existimantes nul
libi contrariam probari ex his canoni
bus & constitutionibus, quę titulo &
nomine publico vtriusq; iuris palam
habentur. Attamen fatemur in dicto
canone manifeste probari, irritũ esse
matrimonium cõtractum inter catho
licum & hæreticam. Hi verò canonęs
in publicum nuper prodiere, è Grę co
in Latinum tradũcti per Gentianum
Heruetum Aurelianensem. Qua ra
tione qui cõmunẽ opinionẽ sequuti
sunt nullius culpę notari possũt. Neq; 1
ipse video congruã responsionẽ quæ
iure valeat prædicto canoni aptari si 2
velimus defendere communẽ sentẽ
tiam. Illud verò admonemus Francis
cum Torrensem lib. vno in publicum
edito de canonibus sextæ synodi, co
natum fuisse probare plures canones, 3
qui sextæ synodi esse ferũtur, minime
ab eadem editos fuisse, sed falso illi suppo
sitos. Sed & hoc nõ est ita facile admit
tendum, præsertim quo ad canonem 4
istum, de quo disputamus. Nam & c.
14. synodi Chalced. & Laodicenæ ca.
10. & 31. atq; Carthaginensis ca. 21. pro
hiberi videtur matrimoniũ inter Chri
stianum, & hæreticam: quanuis non
sic præcise, & in vniuersum vt in dict.
cap. 72. quo irritũ esse decernitur. quo 1
tamen in loco Theodorus Balsamon.
& idem in Nomo canomo Photij tit.
12. cap. 13. eundẽ canonem tũ in exem
plo, tum in interpretatione ita intelle
xit, vt sub hæretici nomine infidelem
fuerit interpretatus iuxta Diui Pauli
sententiam 1. ad Corinth. cap. 7. qua
& idem canon expressim vtitur.* Et
tamen alibi dicemus ob hæresim alte
rius coniugis, quo ad cohabitationẽ
dissolui matrimoniũ. Ex quibus om
nibus apertissimũ est matrimoniũ cõ
stare inter Christianos: nec referre
virũ esse Hispanũ, fœminã verò Ita
lam: quod egregie explicatur in cõci
lio Triburiensi cap. 39. à quo cõcise ni
mis descriptum fuit. c. 1. de sponsalib.

EX CAP. SEQUENTI.

Maritus & vxor sint cogendi simul cohabitare, auxilio, etiam à iudice seculari petito. 1
Maritus an possit expellere à domo vxorem, propter dotem non solutam? 2
Reiuẽdicatio vxoris datur marito adiecta causa ex iure canonico. 3
Filius an possit patrem ad iudicium prouocare? 4
Vagabundũ virum an teneatur vxor sequi. 5
Vxor sortitur domicilium mariti, atque ibi agitur de intellectu, l. exigere. ff. de iudi. 6
In his, quæ tangunt diuisionem bonorũ, aliudve simile, an sit attendenda lex domicilij mariti, an vxoris? 7
Intellectus ad, l. Regiam Partitarum. 8
Lex domicilij mariti, an habeat locum in bonis existentibus extra illud territorium. 9
Originis mariti locus an sit considerandus. 10

CAP. VII. DE CONTRACTUS coniugalis effectu.

EX coniugali contractu
præcipue duo oriuntur,
ipsa scilicet coniugum
cohabitatio, & vinculũ
ipsum, quo vterque ad mortem vsq;
alligatus

alligatus est. Primum enim id cõstat,
maritum debere cum vxore vitã age
re, & cohabitare, ita vt à iudice eccle
siastico id agere cogẽdus sit quod pas
sim iure canonico probatur. c. literas.
de rest. spoli. c. 1. de sponsa. Abba. in. d.
c. literas. c. intellexim us. de adult. c. 1.
de offi. ordina. Quod si iudex eccle
siasticus per censuras excommunica
tionis, vel interdicti, efficere hoc non
valeat, auxilio à iudice seculari exa
cto, præcise cogat ipsos coniuges co
habitare. Præp. & Fel. nu. 8. in. d. c. 1. de
spons. Abb. in. d. c. literas. in fine. Deti.
in. l. 2. num. 80. ff. de reg. iur. Nã quod
præcise ad id coniuges compellãtur,
potest ex Bart. notari. in. l. stipulatio
nes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.
q. 8. & Ias. ibi. nu. 32. aperte notat. Pos
set tamen vir cohabitationem hanc
fugere, si dos promissa in contractu
matrimonij, non soluatur. Abb. per
text. ibi in. c. per vestras. de dona. inter
vir. & vxor. l. fi. C. ad Veleyan. vbi pro
bari videtur, maritum posse expelle
2 re vxorem à cohabitatione, propter
dotem. non solutam gl. insignis in au
then. de non eligendo secundo nu
bent. fœmi. verb. onera. quã dicit sin
gularem Bal. in ca. quemadmodum.
de iureiur. 2. col. Paulus Castr. & Ale
xan. in. l. in insulam. ff. solut. matrimo.
§. vsuras. Ioan. Lupi. in dict. cap. per ve
stras. 3. notab. 2. col. Dicit eãdem glo.
notabi. idem Alex. in. l. si donaturus.
§. si quis. ff. de condictio. ob caus. siue
dos sit promissa à patre siue ab extra
neo. Saly. in. l. quod in vxorẽ. C. de ne
go. gest. in fine. Ioan. Lupi. in dict. no
tab. 3. nume. 3. contra Abb. in. d. c. per
vestras. Verum ego non ita libere his
assentior: nec opinor posse maritum
vxorem expellere, eo quod promissa
dos minime soluatur. Quid enim hoc
ad ipsum ius cohabitandi attinet? Le
ge quidem naturali, & diuina vir tene
tur cohabitare cum vxore: cur ergo
ab hac obligatione eximitur dote nõ
soluta? Si Christus Summus humani
generis redemptor prohibuit, vxorẽ
dimitti excepta fornicationis causa: &
tunc iudicio ecclesiæ dimittẽda vxor
est: cur Doctor. ita libere, ob non solu
tam dotẽ, maritis dimittere propria
auctoritate vxores permittunt? quod
lege diuina prohibitum est. Vnde id
verum esse opinor, maritum non pos
se dimittere vxorem, etiam iudicis au
ctoritate, ex eo quod dos soluta non
sit: id tamen exacte iudices curent, vt
promissa dos viro tradatur. Nec obest
gloss. prædicta, quæ vt passim à Do
ctoribus extollitur ita ab eorum adno
tatione prorsus distat. dicit etenim, ini
quum videri, quod vxor alatur à viro,
non tradita sit promissa dote. At ipse
idem fateor, & confestim sequitur, iu
dicẽ curare debere, vt dos marito tra
datur: non tamen infertur, vxorẽ pos
se à viro ex eo expelli à cõiugali cõsor
tio. Quin. & l. fi. C. ad Velleyan. iuris
ciuilis sanctionẽ refert: nec adhuc pro
bat, id recte fieri: sed quasi per transen
nam dixit, forsan vxorem expelli à vi
ro ob non solutam dotem. Multo mi
nus probat communẽ opinionẽ text.
in. d. c. per vestras. qui responsione nõ
indiget. Nec tamẽ omitto, patrem di-

uitem cogendũ fore alimẽta exhibere filiæ, quæ cõtraxit matrimonium, dote non promissa, si ipse pater matrimonio cõsensit, expresse, vel tacite, vt notat Ioan. Lupi. in. d. c. per vestras. 3. notab. §. 2. Quod si patre inuito, contraxisset filia matrimonium, alibi explicuimus, quid sit in eo casu agendũ.

Secundo ex hoc cohabitationis coniugalis iure constat, maritũ posse vxorem vẽdicare, adiecta causa iuris diuini, quod ei tribuit hoc ipsum ius agendi. Abb. & Præp. in. c. nõ est. de sponsi. idem Abb. in cap. illud. de præsumpt. vbi glos. ita exponit text. illum, dum dicit vindicãs. i. petit eam in vxorem. Imo & poterit ad id officium iudicis secularis inuocare. glos. quam ita intelligũt Abb. & Docto. ibi in. d. c. nõ est vobis. Sic monasterium vendicat monachum, adiecta causa iuris canonici. glo. in. l. 1. §. 1. ff. de reiuendi. quam ibi approbat Bart. cõmendat Ange. in. §. præiudiciales. inst. de actioni. dicit notab. Abb. in. d. c. nõ est vobis. col. 2. & probatur in cap. 1. de his, quę vi metus ve caus. fiũt. Fortius est quod probat text. in. d. c. non est vobis. posse filium familias agere contra patrem, repetẽdo propriam vxorem: & quãuis lis inter patrem & filium prohibeatur. l. lis nulla. ff. de iudic. Regi. l. 2. tit. 2. part. 3. in hac tamen controuersia, quæ spiritualis est, & similibus, lis permittitur inter patrem, & filium. ita Abb. An- & Præpo. in. d. c. non est vobis. Domi. & Franc. in. c. fin. de iudic. in. 6. Roma. sing. 615. probatur etiam in. c. quæritur. 2. q. 7. & esse hanc communẽ opinionem asserit Præp. in. d. c. non est. licet glo. in dict. cap. fin. iure canonico constituat regulam, qua diffinit, posse litem esse inter patrem & filium: quã dicunt notabil. & sequuntur Ange. & Paul. in dict. l. lis nulla. & ibi Iacob. Soci. etiam in reg. 244. dicens eam esse communiter approbatam. quod minime credo.

Tertio ex hoc eodẽ fonte & illud deducitur, vxorẽ huius cohabitationis ratione & iure marito subditã esse. l. sicut. ff. de oper. libert. glos. in. c. quod deo. 33. q. 5. tex. in cap. caput. in fine. ea caus. & . q. c. 1. de frigid. c. non mœchaberis. 32. q. 5. Vir enim caput est mulieris. teste Paul. ad Ephes. c. 5. & prima ad Corinth. capi. 11. ad idem optimus text. in. c. fœminæ. 30. q. 5. pulcher tex. in cap. quęcũq;. 30. dist. & notatur in c. quemadmodũ. de iureiu. in glo. §. fi. Qua ratione plurima in iure statuta cõperimus. Nam ex ea videmus, vxorem teneri maritum sequi quocunq; vir migrare voluerit, si domiciliũ mutare velit. c. vnaquæq;. 13. q. 2. Abb. in cap. de illis. de sponsi. & Henr. ibi. idẽ sensere Barto. in. l. Mæuia. §. vxore. ff. de annuis legat. & Bal. in. l. qui manumittitur. C. de oper. libert. nisi ab initio cõiugalis cõtractus, esset in pactũ deductum, vt vir cum vxore certo in loco habitaret. ita Abb. dicẽs hoc esse cõmuniter receptum in cap. 1. qui matrimoni. accusare possint. Sylues. verbo. vxor. in quæst. 8. senserat & Henr. hãc opinionem sequutus in dict. cap. de illis. Si tamen ex iusta causa, ab eo loco vellet recedere maritus, etiã premisso

pacto, posset id agere, & tenere tur vxor eũ sequi. quod prædicti Doctor. sentiunt. Verum cum sit seruitutis species, vno & eodẽ loco habitare. l. Titio. §. 2. ff. de condit. & demonstra. vbi hoc notant omnes. & in. l. 2. ff. de lib. homi. exhi. notatur, & in. l. antiquitas. C. de vsufruct. l. nec non. §. 1. ff. ex qui. caus. maio. l. qui neq;. §. solutũ. ff. de verb. signifi. notat Roma. sing. 629. atq; modus ille adiectus legato, vt in illa ciuitate legatari° perpetuo cõmoretur, ab ipso legato reijciatur. d. l. Titio. §. 2. sitq; omnium concors sententia. in. l. 3. ff. de vsufru. post glos. ibi. & in dict. l. antiquitas. vbi notat Saly. pactũ valere, quo quis se adstrinxit, ad habitãdũ certo loco, ita vt ad id, quod alterius interest teneatur, si non habitauerit: non vt præcise habitare teneatur: non video, cur opinio Doct. in. d. cap. 1. qui matri. accusa possint. probanda sit: cum ex illo pacto seruitus inducatur homini libero: nec res ista estimationẽ recipiat. & ideo ex prædicto pacto maritũ cogẽdum esse in certo loco habitare nec decẽs est: nec simile pactũ inire conuenit. Ex quibus infero præcedente dicta pactione, nõ esse obligatum maritum, ad habitandum in certo & signato loco: sed vxorẽ debere eum sequi: cum vxoribus competat obtemperare maritis. Sed si maritus vagare velit non temere, sed iuste, tenetur & tunc vxor se marito sociam exhibere: sin vero vagatio temeraria sit, nullaq; iusta ratione fiat, vxor virum sequi non tenetur, nisi ab initio contractus sciuerit maritũ esse vagabundum, eiq; vitio deditum. sicuti explicat glo. in. c. si quis. 34. q. 2. & in. l. vnaquęq;. 13. q. 2. quã dicit singul. Imol. in rub. ff. solut. matri. num. 7. notat Alexan. Imolens. in. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solu. matrimo. & est communis opinio Abb. Henri. & aliorũ in. c. de illis. de sponsi. quibus plures alios adiungit And. Tiraquel. in libro de legibus connubialibus. fo. 8. col. 2.

Secundo hinc subinfertur, non iniuria vxorem domicilium viri sortiri. l. cum quædam. ff. de iurisd. omni. iudi. l. fin. §. itẽ rescripserunt. ff. ad municipa. l. 1. C. de mulieri. & in quo loco lib. 10. quod & in pluribus alijs locis probatur, quæ congerit Tiraq. in. d. lib. de legibus connubi. fol. 6. quo fit, vt maritus, dote recepta non sit conueniẽdus ad eius solutionem in loco cõtractus: sed eo vbi domicilium habebat. l. exigere. ff. de iudic. vbi Barto. id notat. & eam legem dicit singul. Bald. Nouell. in tract. de dote. 9. part. priui. 18. Rochus Curti. in. cap. fi. de cõsuet. folio. paruo. 72. col. 1. atque hoc est speciale in contractu dotis: vt communiter Doct. opinantur. teste Alex. qui eos sequitur consi. 100. 3. volu. colũ. 5. refert etiam plures hoc idem notantes Feli. in. c. 1. de sponsi. num. 24. licet in cęteris contractibus, eorum iure potest quis in loco contractus conueniri, nisi alio sit solutio destinata. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in. 6. Hoc idem dicendum erit, respectu decisionis litis, quæ super dote, cæterisq; matrimonio connexis, contigerit. Est

enim consideranda cõsuetudo, lex ve illius loci, quo maritus domicilium habebat coniugij tempore. ita Anto. Abb. & alij. in. c. 1. de sponsa. Bart. in. l. cunctos populos. C. de summa trinit. 1. q. vbi Iaso in repet. num. 60. & Francis. Purpurat. nu. 97. hanc opinionem dicunt esse communem & idem concedit Soci. Iunior. cõs. 14. vol. 1. etiam si matrimonium contractum fuerit in domicilio vxoris. Vnde si diuersæ sint statutæ leges, aut inductæ consuetudines, quo ad diuisionem rerũ, matrimonio cõstante, adquisitarum, seu circa alia, in loco vbi vir domicilium
7 habet, à legibus domicilij vxoris, seruandæ erunt leges domicilij mariti: nõ domicilij vxoris. Nec refert quod maritus mutet domicilium, atq; moriatur in loco mutato, adhuc enim locum habet communis opinio. secundum Ias. in dict. repet. l. 1. num. 63. & hoc ipsum communiter Docto. notant teste Nicolao Boerio. in consuetudinibus Bituricens. tit. de consuetud. matri. & doherij. §. 4. col. 4. Sed tamen hæc communis opinio, quam ex Bart. paulo ante retulimus, non est ita indistincte recepta, quin restringi queat. Primo enim locum non habet, quando matrimonium contrahitur eo animo, vt maritus in loco domicilij vxoris habitaret: si enim maritus animo gerebat cum vxore cohabitare codẽ loco, leges illius loci sunt attendendæ, & non leges domicilij mariti. vt visum fuit Bald. in. l. fi. C. si à non comp. iudi. 2. colum. quem Felin. sequitur in. c. 1. de sponsa. colum. penul. conducit ad id plurimum. l. si in patria. C. de incol. libr. 10. in quam sententiam communiter Doct. inclinãt. vt asserit Tiraquel. in lib. de legi. connubi. q. 2. * post ipsas leges * eandem Baldi opinionem approbat Roderic. Xuares Hispanus, insignis quidẽ vir. in. l. 1. tit. de las ganancias. lib. 3. Fori. 6. limit. Deti. cons. 283. ex quo subsequitur intellectus ad Regiam. l. 24. tit. 11. part. 4. dicentem, quo ad litis decisionem legem loci contractus obseruandam fore: ita enim accipiendum id est, vt locum habeat, quando contractus eo animo gestus fuit, vt in codẽ loco maritus cum vxore habitaret: ne lex illa euertat quæ omnium consensu fuere hactenus decisa, quod in dict. 6. limit. Xuares egregie aduertit. Secundo prædicta principalis opinio Bart. minime procedit, si vxor ignorabat leges, statuta, & consuetudines domicilij mariti. ita opinatur Bald. in c. 1. §. fi. de inuest. de re aliena fact. quẽ Præpo. col. 5. & Feli. in cap. 1. de sponsa. sequuntur. Ias. in. l. 1. C. de summa. trini. 2. lect. nu. 60. & Alex. consi. 100. 3. volu. Sed hoc procedere non videtur: ex eo enim quod vxor sciebat se contrahere matrimonium cum alienigena, debuerat diligenter leges, quæ in domicilio mariti vigebant, inquirere: alioqui culpæ sibi attribuitur. vt notat Cuma. cons. 72. & Soci. Iun. dict. consi. 14. sentiens Bald. opinionẽ communiter reprobari. ob id igitur Bal. sententia poterit intelligi, quando ipsa vxor tempore contractus credebat maritum conterraneum esse, aut

aut eiusdem prouinciæ: nec esse alienigenam existimabat. vt Deti. intelligit cons. 119. Tiraquel. in dict. libello * post ipsas leges *. q. 2. Francis. Purpur. post Ias. ibi in dict. l. 1. nu. 187. Tertio sunt qui prædictam opinionem, quã principaliter tractamus: intelligant procedere, non tantum quo ad bona existentia intra prouinciam, in qua maritus domicilium habet: sed etiã in quibuscunque alijs bonis vbique existentibus: nam & in illis existimãt legem domicilij mariti considerandam esse. vt Bald. respondit cons. 208. 3. vol. idem notat Ioan. Lupi. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 62. nu. 31. quibus suffragatur, quod actus, qui propter eius initium, & originem primam, est censendus, & iudicãdus per leges illius loci, quo fit, ad bona vbiq; existentia illam conditionem exten-
10 dit. secũdum Bart. in dict. l. 1. 7. q. principali. qui communiter receptus est, vt asserit Ias. ibi col. fi. in. 2. lect. & in. 1. lecti. nu. 44. Sed quia ipse Ias. ibi affirmat, posse optimo iure hanc opinionem communem refelli: dubia videtur dicta Bald. assertio: ex eo etiam quod Bart. de lege loci, quo contractus fit, loquitur: nos vero tractamus de lege alterius loci. * Et prætèrea sententia Bart. plane est intelligenda quo ad solennia ipsius actus: non quo ad alia: sicuti ex eius disceptatione deducitur. quã ratione & hi auctores, qui statim citãtur, eorũ opinionẽ intellexere etiã quo ad legẽ, vel consuetudinem ipsius loci, in quo matrimonium fuerit contractum. igitur Baldi respõsum non est omnino verum nec admittendum. * Vnde Ancha. contrarium consuluit. cons. 163. dicens, legẽ domicilij mariti non esse considerandam, quo ad bona, quæ alibi coniuges habent. & eandem opinionem Anchar. sequuntur Deti. consil. 283. Curti. Senior. cons. 43. in fine. Chassa. in consuetudini. Burgund. rubr. 4. §. 2. folio. 2. Aymon Sauilli. cons. 30. Quinimo esse hanc opinionem communem asserunt Anto. Rube. cons. 71. & Ludo. Gozadinus consil. 49. eandem sequuti. Nec omittendũ censeo id, quod eleganter Barb. respondit, cons. 4. volum. 2. principalem opinionem Bart. & communem, quã modo tractamus, non habere locum, vbi maritus in loco proprio originis accepit vxorem: tunc enim in his,
10 quæ etiam post contractum matrimonium contingunt, etiam quo ad decisionem litis, seruanda est lex loci contractus: quia is locus ratione originis proprius est ipsi marito censendus: tametsi ipse habeat alibi domicilium ratione habitationis. Cæterũ, quo ad coniugij solennia peragenda, ac celebranda, leges loci, in quo contractus fit, exacte seruandas esse, nemo ambigit. capit. qui contra mores. 8. dist. l. si fundus. ff. de euict. Bart. & omnes in. l. 1. C. de summa trinita. quæstio. 1. Abb. & Doct. in dicto cap. 1. de sponsa.

EX §. SEQVENTI.

1 Vxor ex Taurina lege non potest contrahere sine licentia mariti.

2 Fructus rerum, quas dicimus parapherna, an spectent ad maritum?
3 Contractus ab vxore gestus, non obtenta licentia mariti, ex lege Tauri non tenet, etiam si fuerit iuratus.
4 Sponsa de præsenti ante nuptias, vtrum possit contrahere sine licentia mariti, non obstãte Taurina lege.
5 Societas bonorum, ex iure communi non contrahitur inter virum & vxorem.
6 Lucra matrimonio constante, viro & vxore cohabitantibus acquisita, Regio iure ipsis cõmunia sunt.
7 Lucra constante putatiuo matrimonio acquisita an sint viro & vxori communia?
8 Matrimonio in gradu prohibito contracto, ad quem pertineant vtrinq; donata vel acquisita.
9 Vsusfructus matrimonio cõstante acquisitus, an sit viro & vxori communis?
10 Vsucapio matrimonio constante completa, an efficiat rem vsucaptam communem viro & vxori?
11 Lucra matrimonio constante ex Reg. lege delata, an possit alter coniux ex renunciatione repudiare?
12 Renunciatio lucrorum facta ab altero coniuge, an possit per eius creditores rescindi?
13 Patria potestas Regia lege per contractum matrimonij tollitur.

§. PRIMVS.

1 TERTIO & principaliter, ex eodem iure cohabitationis, & coniugalis consortij, deduci potuit quod sancitum est lege Regia, lata à Regina Ioanna Caroli Cæsaris matre in Comitijs Taurinis. l. 55. Quod & prius moribus receptum erat. l. fi. tit. 14. lib. 1. & l. 13. titu. 20. lib. 3. Fori. Nempe vxorem absque mariti licentia contrahere non posse. Hoc enim caute statutum fuit: vt vxor sciat, se viro subditam esse: nec quicquam sine eius cõsensu agere posse. Id etiã alia ratione statui potuit, quod contractus ab vxore gesti possent verti in præiudicium mariti, propter societatem, quam coniuges lege Regia contrahunt circa bona constante matrimonio acquisita. Ex eo etiam, quod diuitiæ vxoris non possunt non cedere in maximam vtilitatem mariti: siquidem maritus fructus rerum, quas parapherna appellamus, vxori aut eius hæredibus, non tenetur restituere, qui cum essent industriales percepti fuerunt, & consumpti à marito: ex voluntate vxoris. l. fi. C. de pact. conuent. Imo nec naturalis fructus restituere tenetur, quos ex eadem voluntate vxoris percepit: vbi ex eis non est factus locupletior. l. si stipulata. §. 1. ff. de donationi. inter vir. & vxor. vel quando fructus sunt modicæ æstimationis. sicuti optime Bart. distinxit. in. l. pe. ff. ad legem Falcid. quem communiter sequuntur alij, secundum Alex. ibi. & Deti. consi. 521. col. 2. eandem distinctionem approbat Areti. consi. 160. col. 1. disputat Soci. consi. 82. in. 4. volu. quicquid dicat. gl. in. d. l. fi. C. de pact. conuent. quæ in prædictis tribus casibus falsa videtur. Ne cà communi opinione hac in re recedendum est licet ab ea discedat & Copus. lib. 3. de fructibus. tit. 2. cap. 2 7. Ex quibus opinor, contractum ab 3 vxore gestum in his regnis absque licentia mariti, etiam iuramento præstito, non valere. Iuramentum enim nõ firmat contractum in præiudicium alterius, quam contrahentis. c. cum contingat. de iureiur. sed lege Regia is cõtractus prohibetur, etiam ob euitandum mariti præiudicium: igitur iuramentum huic contractui robur non præstat. quod expressim in dict. l. 55. eius interpretes Ioan. Lupi num. 18. & Didacus à Castello asserunt. & sensit Xuares. in. d. l. 13. dum in principio probat, dictas leges fauore maritorũ conditas esse. quanuis Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 68. in fine. & Chassane. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 1. nume. 38. contrarium 5 teneant: cum tamen ipse Ioann. Lupi fateatur, dictas leges conditas fuisse fauore maritorum. Nec me mouent plurima, quæ Tiraq. adducit. de iure marit. l. 14. fol. 181. nam illa locum habent, quando lex prohibet fœminas contrahere sine consilio propinquorum: quæ quidem lex est statuta plane in fauorem fœminarum. Posset tamen opinio Ioan. Lupi, & Chass. procedere, respectu ipsius vxoris, quæ nõ poterit contra contractum ab ea iuratum agere. secundum Anto. & Imol. num. 18. & Alciat. 4. notab. in. d. c. cũ contingat. Nec libet hic longius dictam Regiam legem tractare, eo q; locus hic examen istud non exigat. Illud tamen interim non omittam in 4 regno Franciæ vsu receptũ esse quod nos lege sancitum habemus: idq; habere locum, etiam in sponsa de præsenti nondum cognita. sicuti notat Nicola. Boerius in consuetud. Bituricensibus. tit. 1. §. 4. col. 2. & titu. de consuetud. matrimo. §. 1. col. 5. notat glo. in Pragma. Sanctione titu. de concubinar. §. & cum omne. verbo. vxorem. Sed in hoc Ioan. Lupi contrarium notat in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 58. in princip. dicens, dictas leges Regias locum habere in vxore, nuptijs iam celebratis: vel in sponsis, matrimonio tamen consummato: nõ autem in sponsis, etiam de præsenti, nõdum cognitis, nec traductis ad domũ. quod notandũ est propter authoritatem eius, qui in condenda dicta lege Taurina consilium præstitit.

Quarto, ex hac cõiugali cohabitatione quibusdam video placuisse, contractam esse inter maritũ, & vxorẽ societatem quandam in bonis adquirẽdis. sic enim asseruit glos. in cap. cũ societas. 27. q. 2. per text. ibi. & in cap. 2. de donatio. inter vir. & vxor. quam glos. ad id allegat Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. inter vir. & vx. §. 61. & sequenti. & Montal. in l. 1. titu. 3. lib. 3. fori. dixit ad hoc esse celebrẽ tex. in dict. c. 2. Nicola. Boeri. in consuet. Bituricensibus tit. de consuetudi. matrimo. §. 2. Potest ad id citari tex. in. c. pen. de cõsuetud. Sed hoc falsum est: nec iure probatur: siquidem text. in dict. cap. 2. est intelligendus de bonis, quę matrimonio cõstante, simul ex pecunia vxoris, & mariti adquiruntur: ea enim iure cõmuni diuidẽda sunt, eo quod ex vtriusq; bonis simul fuerint adquisita. vt ibi glos. & Doct. notant. Et cap. cum societas. loquitur de societate habitationis. Vnde nec iure canonico, nec Cæsareo, vl la societas inter coniuges, quo ad bona cõtracta cẽsetur. Et prẽter alios idẽ Ioan. Lupi hoc sensit in dict. rub. §. 62. nu. 4. & 5. Probat idem Chass. in consuet. Burg. rub. 4. §. 2. num. 16. & optime Pyrrhus in consuetudi. Aurelianẽsibus

ſibus titu. de ſociet. inter vir. & vxor. c.1. Tametſi Regiæ leges, quæ apud nos in bonis ſocietatem quandã inter virum & vxorem conſtituerunt: atq; eodem pacto Gallorum conſuetudo, & Luſitanorum lex, quæ eandem ſocietatẽ multo ampliorẽ reddiderunt, poſsint comprobari ex pluribus, quæ Ioan. Lupi. Chaſſa. Boeri. & Pyrrhus adducũt. Quibus adiungenda eſt Romuli lex, qua voluit, mulierẽ nuptã, quæ per ſacras leges viro cõiuncta eſſet, pecuniarũ omnium ſacrorumq;, eſſe ſociã teſte Dionyſio* lib. 2. de Romanorum antiquitatibus.* quẽ & Antoni. Garro. retulit. in. l. 2. ff. de origi. iur. col. 8.* Erat ipſa lex inter eas, quas Franciſ. Balduinus Romuli titulo edidit, & commentarijs illuſtrauit. nu. 13.* eandem communionem mire laudat Plutarch. in præcep. connub. cap. 20. Verum iure Regio adquiſita matrimonio conſtãte, ſiue a marito, ſiue ab vxore, communia vtriq; eſſe conſtat, & ibid inter eos diuidenda l. 1. titu. 3. lib. 3. Fori. & l. 1. titu. 4. lib. 5. in Regijs ordi. l. 14. 15. & 16. atq; 60. in Taurinis legibus. Quæ tamen leges ſunt ita intelligendæ, vt locum habeãt, poſtquã vir, & vxor ſimul cœperunt cohabitare, & tempore, quo res adquiruntur adhuc cohabitant, ita ſtyli l. 205. notauit Ioãnes Lupi in dict. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. & Didacus a Segura in. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. ſoli. 2. ff. de legat. 2. & probare videtur l. 1. titu. 4. lib. 5. ordi. Quod etiã apud Gallos communi vſu receptum eſt, ſecundum Nicola. Boerium decis. 22. nu. 33. quanuis Ioan. Lupi hac in re ſit varius in dicta. l. 16. Tauri. ac diſputet Chaſſa. in cõſuetudi. Burgundi. rub. 4. §. 6. vbi tandem teſtatur, hãc opinionem comprobatam fuiſſe iudicio prætorij Pariſienſis. idem profitetur Nicola. Boeri. in conſuetudi. Bituricenſibus. titu. de conſuet. matrimo. §. 1. colum. 5. Si tamen ſeparatio matrimonij facta ſit quo ad cohabitationem, vxore eam petente propter adulterium mariti: ea bona, quæ a marito, etiam poſt ſeparationem, fuerint adquiſita: communia ſunt viro & vxori: quia ex culpa viri cohabitatio ceſſauit. ſic notat Ioann. Lupi in rub. de donatio. §. 64. nu. 10. & idem in dict. l. Taurin. 16. num. 35. contra Didacum a Segura, qui in dict. §. ſed ſi fundum. fol. 3. colum. 3. contrarium tenuit, motus ex eo, quod ipſa vxor ſeparationem petierat non vir. Negari tamen non poteſt, dictam ſeparationem factam fuiſſe culpa ipſius viri nõ vxoris. comprobatur etiam Ioan. Lupi ſentẽtia ex deciſione Neapoli. Thomæ Grammat. 103. nume. 88.

7 Secundo, prædictæ leges Regiæ locum habent, etiam in matrimonio putatiuo, vtriuſq; coniugis bona fide cõtracto: ex ratione cohabitationis, quæ hic vigorem habet ex iuſta ignorãtia. probat tex. iuncta glo. quam ibi notat Abb. in. c. 2. de donat. inter vir. & vxo. idem tenent Barb. in. c. ex literis. de pignori. num. 19. Ioan. Lupi. in rep. rub. de donatio. §. 62. num. 23. & §. 36. col. 2. Roderi. Xuares. in. l. 1. in princ. titu. 3. lib. 3. Fori. & Didacus a Segura in tracta.

tracta. de bonis cõſt. matri. adqui. fol. 8. col. 4. pro quibus adeſt tex. in. l. 4. tit. 6. lib. 3. fori. Is tamen tex. loquitur, quãdo vxor iuſta ignorantia cohabitabat cum marito ſciente impedimentũ cõiũgij: quo caſu conſtat, ea commoda, quæ ex matrimonio proueniunt, ad ignorantẽ non ad fiſcum ita æque pertinere, ac ſi verũ eſſet cõiugium. Nec mirum: cum iure Regio ea, quæ coniux ſciens alteri ignoranti dedit in dotem alium ve titulũ, amittat: atq; ea penes ignorantem maneãt. l. 50. titu. 14. part. 5. quæ quidem lex comprobat opinionẽ. glo. ſi. in. l. qui cõtra. C. de inceſt. nupt. quæ ex. l. fi. ff. de legat. 1. dixit. data in matrimonio putatiuo, coniugi ignoranti, ab ipſo ſciente impedimentum ſubeſſe, & coniugiũ minime validũ eſſe: non ad fiſcũ: ſed ad ignorantẽ pertinere. Quod tamen iure Cę
8 ſareo non probatur: quia dict. l. fi. ſolũ vendicat ſibi locum in relictis in teſtamento: nõ in datis inter viuos ex cauſa dotis, vel ex alio ſimili titulo. ita Ginus. Iacob. de Rauena & Salyc. in. d. l. qui contra. Caſſa. conſ. 49. col. 1. idẽ in conſuet. Burgund. rub. 4. §. 2. nu. 5. ad id notans glo. in. l. præfectus. ff. de rit. nupt. à qua ſententia non diſcrepat. l. cum hic ſtatus. §. fi. ff. de donat. inter vir. & vx. ex qua, iuxta literam, quę receptior eſt, & à Gregorio Haloandro probatur, conſtat, donationem factã inter coniuges putatiuos morte non cõfirmari. quem tex. dicit ſingu. Bald. in. l. eam quam. nu. 22. C. de fideicom. & ibi Iaſ. col. 7. Bal. Nouell. in tract. de dote. parte. 11. col. antep. & Alex. in. l. ſi cum dotem. §. fi. 2. col. ff. ſolut. matri. Igitur, vt ad principalem concluſionem redeam. d. l. 4. non probat Abb. & glo. ſententiam ita exacte, vt eam ad id citantes opinantur. Nec tamen ab opinione glo. & Abb. recedimus: licet Bald. in. c. iurauit. de probat. contrarium aſſerat. ex. l. 1. iuncta glo. ibi. C. de condict. ob cauſ. dicens, pactũ de dote lucranda, minime eſſe obſeruandũ in matrimonio putatiuo, quẽ ſequitur Feli. ibi Bal. Noue. in tracta. de dote. parte. 11. §. Hactenus. num. 29. & 23. Hippo. ſingu. 129. Alex. in. d. l. ſi cum dotem. §. fina. & Caſſa. in. d. §. 2. nu. 4. & 5. quorum opinio in pacto de dote lucranda, in quo frequentius ipſi loquuntur, procedere poſſet. At in communione bonorum, quæ matrimonio conſtante adquiruntur, falſa mihi videtur, quia lex animaduertit vtriuſque coniugis communem induſtriam, ac laborem, & communia conſortij, atque ſocietatis onera. etiã ſi Alexan. Nouell. & Caſſa. in ſpecie contrarium teneant.

9 Porro & illud quæſierim: num præmiſſa dicta lege Regia, ſi maritus, matrimonio cõſtante, nactus ſit ex conſolidatione vſumfructum fundi, cuius proprietatem ante matrimonium adquiſierat: is vſusfructus communis ſit ei & vxori? In qua quæſtione Ioan. Faber in. §. ſi cui fundus. inſt. de legat. per illum text. aſſerit vſumfructum iſtum communem eſſe viro & vxori: vtpote conſtante matrimonio adquiſitum. cui etiam ſuffragatur textus in. l. non quocunq;. §. 3. ff. de legat. 1. vbi

vbi legato alicui fundo alieno, si legatarius eius proprietatem, detracto vsufructu, ante diẽ legati emerit: quil tandẽ vsusfructus legatario obuenit: hæres solũ tenetur soluere ei quantitatem, quam is pro proprietate impendit, non æstimationem vsusfructus, quasi is lucratiuo titulo ei obuenerit tempore consolidationis. Qua ratione Fabri opinionem sequũtur Angel. ibi. Cassane. in consuetudinib. Burgundiæ.rubr.4.§.2.versicu. additio. nume.12. Nicola. Boeri.in consuetudinib. Bituricens. titu. de consuet.ud. matri.§.2.col.5. & Roderi. Xuares in l.1.titu.3.Fori.fol.vlti. Quorum sentẽtia pluribus rationibus falsa videri potest. Et primo, vsusfructus proprietati consolidatus, iure proprietatis censetur.l.vsusfructus in multis.ff.de vsufruct. & in.l.si proprietati. ff. de iure doti.ergo cum proprietas communis non sit:nec erit vsusfructus. Secũdo, id quod contingit ex causa præterita, absque facto nouo, ad tempus causæ primæ,& præteritę,referri debet omnino.arg.l. in ratione. in. 1. §. imperator.ff.ad.l.Falcidiam.l.Pomponius.in 2.ff.de nego.gest.l.Iulianus.§. non solum.ff. ad Macedoni. igitur hic vsusfructus, ratione præuia proprietatis obueniens,non dicitur ex causa lucri obuenire:sed ratione illius tituli, quo proprietas fuit adquisita. Tertio, ea quę accedunt rebus mariti ex natura, ac propria vi, non sunt vxori communia.l.verum.§.penult.ff.pro socio.Nã si maritus,tempore contractus coniugalis,habeat fundũ æstimationis publicæ centum aureorum: & tamen constante matrimonio,idem fundus ex intrinseca ratione est effectus valoris mille aureorũ:hoc augmentum intrinsecum valoris, nõ est vxori cõmune. Quibus & alijs quæ omittenda duximus,adducor,vt existimẽ Fabri sentẽtiam falsam fore.quã etiã reprobat Carolus Molẽdine.in cõsuetu. Parisi. tit.1.§.30.q.50. vers.2. Nec Fabro consentit.Ioã.Lupi.in rub. de dona. §.62. num.13.Is enim opinatur, æstimationem vsusfructus non esse vxori cõmunem:fructus autẽ ipsos cõmunes esse. Quorum primũ contra Fabrum stat: secundũ nostrã cõtrouersiam nequaquam tãgit, quę in æstimatione vsusfructus versat. Nec oberit tex. in. d. §. si cui fundus. & in dict.l.non quocũq; §.3. quia ibi legatario id tantum solui debet, quod pro proprietate rei dederat:nec æstimatio vsusfructus soluenda est:cum is ratione proprietatis obueniat:alioqui in vsufructu duplex lucrũ concurreret. Nam legatarius, soluto sibi proprietatis pretio, ipsam haberet titulo lucri,atq; ei' ratione vsumfructum,qui proprietati accedit:si ergo ei soluatur vsusfructus ęstimatio, iterum in vsufructu lucrũ cõsequeretur,quo ad eius æstimationẽ.quod aduersus i' ciuile fieret.ex pulchra Theophili computatione in.d.§.sin cui fundus.&ex Bart.interpretatione in dict. l.non quocunq;.§.3. quo fit, vt si legatarius,ante finitum vsumfructum, illum emeret,esset ei pretium vsusfructus ab hæredibus soluendum. quod Paul.Cast.fatetur in dict.§.3.

Hinc

Hinc infertur,vsumfructum communem esse viro & vxori, si matrimonio constãte fundo mariti accedat:nõ ex iure proprietatis:sed causa emptionis eiusdẽ vlusfructus.Secũdo ex his constat meliorationes in re mariti factas constante matrimonio,ipsi marito cedere,earum tamen æstimationẽ communẽ esse etiam vxori.l.Reg.9. tit. 4. lib.3.fori. nisi res, in quibus meliorationes fiant,sint ad primogenium pertinẽtia.l.46. Tauri. quam esse contra priora iura,asserit ibi Ioan.Lupi. & in rub.de donatio.§.62.num.16.

Tertio subinde deducitur, non esse vxori & viro communẽ rem,quã vsu
10 capere vir cœperat ante matrimoniũ, completa postmodum, matrimonio constante,vsucapione.Istud enim lucrum ex initio prescriptionis ante matrimonium inchoatæ,paulatim sua vi contingit. Hoc tamen cogitandum relinquit Ioan.Lupi. in dict.§. 62. nu. 13.nec iniuria:cum ex facto,& possessione matrimonio constante contingentibus, dicta res in viri dominium transierit.vt notatur in. c. fin. de præscriptio.atque ideo communis videtur censenda: ex paulo ante prænotatis,quibus plura addi possunt ex commentarijs Ioan.Lupi.& ex Cassa.rub. 4.§.9.& fina.

Nec tamẽ illud erit omittendũ, lege Taurina.60.cautum esse,alterũ ex
11 coniugibus posse renũciare adquisitis matrimonio constante, & idem prius probauerat glo.in.c.2.de donat. inter vir.& vxor.quam preter Doct.ibi existimat esse insignem Roderi.Xuares. in dict.l.1.limit.1. idem notat Rota.in antiquis decis.842.&.2. in antiquioribus.titu.de pact.conducit plurimum ad hoc.l.styli.223.Atq; etiã matrimonio iam cõstante dicta renunciatio fieri potest: sicuti cẽset Ioã. Lupi.in rub. de donatio.inter vir.& vxor.§.47.nume.13. vsque ad nume.21.&.§.63. & Nicola.Boeri. decisio.244. colum. 2. pluribus ad id citatis. Nã & maritus donationis causa potest repudiare hæreditatem ei delatam:nec ex hoc, vxori donatariæ facta donatio, erit nulla. l.si sponso.§.si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxorem, cui conuenit Regia.l.5.titu.11. part.4. Non enim is, qui donat, efficitur pauperior. Huic etiam opinioni prædicti omnes consentiunt. Vnde non obstat.l.3.§.fina. cum.l.sequenti.ff. de donatio. inter virum & vxorem.vbi maritus nõ potest absq; illius tituli prohibitionis vitio, iubere donaturo sibi aliquam rem, vt eam vxori donet:quia aliud est repudiare legatum, vel rem delatam sibi: aliud iubere donationem ei paratam, & oblatam, vxori fieri: hoc enim casu ipsam donationẽ minime repudiat: sed recipit,ac demum eam vxori,ceu proprio nomine, fieri iubet. Ex quibus hæc obiectio ita tollenda est:quãuis alij eam conentur aliter soluere. Hinc etiam opinor, posse alterum ex coniugibus matrimonio cõstante lucris iam adquisitis renunciare, nec ex hoc cẽseri debet,esse hanc donationẽ prohibitam inter vir. & vxo. quia is, qui remittit lucrorum partem,vt constat,lucrum repudiat:non amittit aliquid

quid ex bonis, quæ antea habuerat: is autem, cui donatio fit, nihil adquirit, ex quo fiat locupletior: sed tantum id agit, ne id quod laboribus forsan maximis adquisiuit, ꝑ parte ad ociosum coniugem deferantur. ita me Hercle opinor hanc rem diffiniendam esse. Nec enim video aperte id ab alijs exponi: etiam si vltimã hanc conclusionem probare expressim videãtur Ioã. Lupi. in. d. §. 47. num. 18. & Anton. Gomezius, in. d. l. 60. Tauri.

Deducitur etiam ex his, hanc renũciationem fieri posse, etiam si is, qui re
pudiat, creditores habeat. Neq; hi pos
12 sunt cõqueri, ex fraude lucra illa fuisse
repudiata: cum is, qui repudiat, nihil
ex proprijs bonis, sibi iam perfecte ad
quisitis, dimittat. Nec ex eius repudia
tione alter quidquã consequatur: sed
id agit isthęc renũciatio, ne renunciãs
adquirat. Sic Deti. respondit cõs. 260.
dicens, virum posse omittere lucrum
dotis, quod sibi lege municipali defer
tur. & id probat text. optimus in. l. qui
autẽ. vbi Bart. in prin. ff. quæ in fraud.
credit. quo probatur posse habentem
creditores legatum, cuius dies etiam
cesserat, omittere. quem text. egregie
notant Ang. & Iaso in. §. item siquis
in fraudem. de actioni. num. 121. & ex
plicat insigniter illum text. Carol. Mo
lendi. in consuetud. Parisiensibus. tit. 1.
§. 1. in glos. 3. quæst. 1.

Hinc etiam, attenta hac coniugalis
cohabitationis ratione, lege Regia fi-
13 lius, contracto matrimonio, liberatur
à patria potestate. l. 47. Tauri. Ex qua
lege cessat dubium, an ista exẽptio à
patria potestate habeat locum in matrimonio de præsenti, nondum sequuta copula: si quidem lex illa exigit nuptiarum solennitatem. quam quæstionem tractant quo ad regnum Franciæ, vbi eadem est lex, Tiraquel. in lib. de iure maritali. l. 14. & Nicola. Boeri. in consuetudini. Bituricens. titu. 1. §. 4. colum. 2. & titu. de consuetud. matrimonij. §. 2. col. 5.

EX §. SEQUENTI.

1 Vir & vxor tenentur sibi inuicem reddere coniugale debitum.
2 Coitus coniugalis, an sit peccatum ante solennem nuptiarum benedictionem?
3 Coitus coniugalis intra locum sacrum illicitus est.
4 Maritus an licite cohabitare valeat cum vxore adultera.
5 Debitum coniugale licite denegatur propter incestum, nec potest exigi.
6 Iuuentutis causa dispensat episcopus, vt is, qui incestum commisit, possit exigere debitũ coniugale.
7 Debitum coniugale, an licite exigatur, vel reddatur ab eo, qui dubitat matrimonium valuisse.
8 Dubius qualiter quis possit esse, vtrum liceat sibi aliquid agere.
9 Ex duobus necessario imminentibus, quæ tamen illicita esse videntur, non peccat qui alterum, modo tutius, elegit.
10 Dubium speculationis à dubio practico differt.
11 Contrahens cum serua, quam tamen liberam esse putauit, detecta seruitute non tenetur, etiã præcipiente iudice, ei debitum reddere.

§. *SECVNDVS.*

POSTREMO, ex hoc
1 primo coniugalis cõtractus effectu cõstat, virũ
teneri ad reddendũ debi
tum

tum vxori & vxorem similiter viro. Iuxta Aposto. 1. ad Corinth. capit. 7. cap. 1. 33. quæstio. 5. cap. tua nos. in. 2. de iureiur. notat Magist. & ibi Thom. ac Paluda. in. 4. sentent. distin. 3. Sylvest. verb. debitum coniugale. & plerij; alij passim eandem rem tractant. In qua tamen aliqua prenotare libuit. & primo, coitũ coniugalem nõ omnino licere ante solennem benedictionẽ nuptiarũ: imo mortale crimen esse coniuges tunc coire. Paluda. in. 4. sentẽtia. distinctio. 28. quæst. 2. in princi. quẽ Florenti. sequitur. 3. part. titu. 1. cap. 16. §. 1. argu. tex. in cap. consultationi. de sponsa. Id verò negant An-
2 gel. verb. debitum. §. 1. & Sylvest. §.
9. sub eodem verbo. dicentes, non esse peccatũ mortale, nisi sequatur scandalum. Facit text. in cap. nostrates. 30. quæstio. 5. in fine. Quin & Caieta. secundo Tomo opusculorum. q. 1. de vsu matrimonij. & in Summa. verb. matrimonialis vsus peccata. versicu. octauo. asserit, in dicta carnali copula ante benedictionem, frequentius cõmitti tantum veniale peccatum, si cõtemptus desit: quod etiam Thom. sensit in quarto sentent. dist. 29. articu. 2. Nec confestim propter scandalum erit mortale peccatum: cum ruina, cui occasionem præbet, veniale crimen inducat.

Secundo aduertendum est, in eccle-
sia sacrisve locis hanc coniugalem co
3 pulã, minime licere. Imo mortaliter
peccaret, qui ad vxorem carnaliter in
ecclesia accederet, ita Palud. in. 4. sent.
dist. 32. q. 1. art. 3. & Caiet. in summa.
verbo, matrimonialis vsus peccata. §.
6. Atq; ex hoc ecclesiam pollui, & indigere reconciliatione: notat. glo. communiter ibi recepta. in. c. vni. de consecra. eccles. vel alta. in. 6. quam etiã sequitur Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. 1. par. q. 5. requisito. 7. notat idem Speculat. lib. rationali diuino. officio. tit. de dedicatione eccles. & esse hanc opin. communem, asserit Angel. in summa. verb. consecratio. 2. q. 7. licet glos. in. c. in ecclesijs. de cõsecrat. dist. 1. teneat ecclesiam nequaquam polluĩ ex coitũ coniugali, quã sequitur Henri. in. c. fi. de consecrat. ecclesiæ. & idẽ asserit Regia. l. 20. tit. 10. part. 1. quæ tamen opinio tunc procedere posset, quando coniuges in ecclesia longo tẽpore obsiderẽtur. vti Sylvest. opinat: verb. consecratio. 2. q. 5. & verb. debitũ quæst. 3. & Ioan. Maior. in. 4. sentem. dist. 32. q. 1. col. 3. & Alfonsus à Castro lib. 1. de potesta. legis pœnal. c. 7. documento. 2. ex hoc etiam dicentes, nullũ hic peccatum mortale cõmitti loci sacri causa. Tametsi Caieta. in hoc cõtrariam sententiã probauerit in Summa. dict. §. 6.

Tertio, nec illud omittendũ est, turpe esse marito, carnale commerciũ habere, seu vitam agere cum vxore adul
4 tera, quæ nondũ pœnituit. c. si vir. de
adult. cap. quemadmodũ. de iureiur.
cap. 1. & cap. si quis vxorem. 32. q. 1. l. 2.
§. lenocinij. & l. marti lenocinium. ff.
de adult. l. 2. vbi glos. C. eodi titu. Regia. l. 7. titu. 17. parti. 7. Ioan. Lupi in
cap. per vestras. 3. notab. §. 2. num. 23.
atq; mortaliter peccaret maior reddẽs
debi-

debitum vxori publice adulteræ, nisi
scãdalum ab eo vitetur, & vxoris cor-
rectio salua sit ex Caieta. in Summa
verb. matrimonialis vsus. cap. 10. & in
opusculo. 27. qq. capit. 26. Et quanuis
coniugi adultero etiam ob occultum
adulterium, possit alter debitum con
iugale negare, quod alibi tractabitur,
ipse tamẽ adulter absque peccato po-
terit debitum petere vel ab ignoran-
te coniuge vel à sciente, modo ab in-
uito per vim illud non exigat: vt idem
Caieta. probat lib. 17. responsionum. c.
4. qui adulter non est lege diuina, in
interiori, aut exteriori foro ipso iure
priuatus iure petendi ab altero coniu
ge debitum, licet contrarium notaue
rit Ambros. Catha. lib. 5. contra Caie.
in tract. de matri. sacram. alioqui se-
queretur, adulterum occultum non
posse petere à coniuge ignorãte adul
terium, debitum coniugale: quod per
quam durum est, imo falsum esse opi
nor.

Quarto, ob incestum cum affini cõ
missum licite denegatur coniugale
debitum. c. 1. & . c. transmissæ. de eo,
qui cogn. cons. vxo. suæ. etiam si is, qui
5 denegat, sciens incestum ab altero cõ
missum fuisse iam semel debitum cõ
iugale reddiderit eidem. secundũ An
to. Card. & Abb. in. d. capit. transmis-
se. post antiquiores ibi. Imo si commit
tens incestum sit iuuenis, non ex hoc
erit licebit debitum coniugale exigere,
absque dispensatione. Iuuentus autẽ
erit causa iusta impetrandi dispensa-
tionem. glos. communiter recepta in
6 c. 1. de eo qui cog. cõs. vxo. suæ. Sylues.
verb. matrimonium. 7. vlti. impedi-
mento. & idem verb. luxuria. versic.
quintum. & Regia. l. 13. titu. 2. part. 4.
contra glos. in cap. in adolescentia.
33. q. 2. Hinc notat Florenti. 3. part. tit. 1.
capit. 11. col. 2. incestuosum iuuenem,
sponsum tamen de præsenti, ante con
summatum cum spõsa matrimoniũ,
ad alterum ex duobus teneri, vt vel
impetret dispensationem ab episco-
po saltem, ad exigendum debitum,
vel religionem profiteatur: ne coga-
tur cohabitare cum vxore, imminen
te periculo animæ, propter exactio-
nem debiti coniugalis: nec alias erit
immunis à peccato mortali. Ex quo
apparet, posse episcopum in hoc di-
spensare. quod etiam notauit Palu-
da. in. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2. & Flo-
rent. 3. part. titu. 1. c. 16. §. 4. qui tenet,
posse episcopum dispensare cum eo,
qui commiserat incestum, vt nouiter
matrimonium cõtrahat cum ea, cum
qua nullum canonicum adest impedi
mentum: siquidem committens ince
stum cum affini, impeditur matrimo
nium contrahere, vt iam alibi dixi-
mus. Sylues. idem notat in præcitatis
locis. reprobans glo. in dict. c. in ado-
lescentia. quę voluit in vna opinione,
quam refert, iuuenem posse matrimo
nium contrahere sine dispensatione,
non obstante crimine incestus. idem
quod Palud. notat Abb. in. c. 1. de eo,
qui cogno. cons. vxo. suæ. vbi addit,
etiam citra causam iuuentutis posse
episcopum dispensare vt is qui con-
sanguineam sponsæ de futuro cogno
uerit, matrimonium cum legitima,
nec

nec impedita fœmina contrahat. Ex
quo idem Abb. in ca. transmissæ. eod.
tit. argumẽtatur, posse episcopum di-
spensare, causa iuuentutis, super exa-
ctione debiti cõiugalis, cũ ipso, qui co
gnouit carnaliter affinẽ. quod ex Ar-
chiepis. Florẽtino modo notauimus.
Video tamẽ à plerisq; dubitari: an id,
quod Doct. fatẽtur, nẽpe episcopum
posse dispensare cum eo, qui cõsangui
neã vxoris cognouerit, vt debitũ pos-
sit exigere iuuentutis causa: procedat
in hoc sensu, vt debitũ exigat ab ipsa
vxore, cuius consanguineã cognoue-
rit: & sane posse episcopũ in hoc dispẽ
sare, apertissime concedũt Florent. in
dictis locis & maxime. d. c. 11. col. 2. Pa 7
luda. in. d. art. 2. Sylueſter verbo luxu-
ria. q. 4. nec hi doctores possunt dũta-
xat intelligi ad hunc effectũ, vt exigat
maritus debitũ ab vxore legitima, cu-
ius cõsanguineã minime cognouerit:
licet aliter incestum commiserit, etiã
cũm affini: nam hic sensus nequaquã
excludit præmissam opinionẽ, quam
ita expressim asserunt authores præfa-
ti, vt eorum authoritas manifesta sit.
Sed tamen nullibi in iure, ni fallor, eo
rum sentẽtia efficaciter probatur: quo
fit, vt licet cõcedam, episcopum pos-
se dispensare, vt committẽs incestum
cũm affini, iuuentutis causa vel vxo-
rem ducat, vel ab vxore legitima, nul-
loq; affecta impedimẽto, debitũ exi-
gat: nego tamen episcopi dispensatio
nem sufficere vt is, qui vxoris consan
guineam fornicarie cognouerit, pos-
sit ab eadem vxore, quam dimittere
non potest, coniugale debitum exige
re: quod probatur. Nam in hac specie
non tantum ob incestum prohibetur
is debitũ exigere, sed etiã ex eo, quod
vxor propria, eiusdẽ mariti affinis sit:
quia maritus ipse eiusdem vxoris co-
gnatã carnaliter cognouerit: hoc ve-
ro impedimentũ affinitatis à solo Ro
mano Pontifice tollitur: igitur & licẽ-
tia exigẽdi debitum ab affini per eum
tantum concedi potest: nõ per episco
pum: quam argumentationem ex Syl
uestro collegi in verb. matrimonium.
7. quæst. 5. versi. 11. & Thom. quodlib.
3. arti. 18. versi. ad primum.

Porro dubium in hoc tractatu insi-
gne censeri solet, an ex præcepto iu-
dicis maritus reddere teneatur, & pos
sit debitum coniugale fœminę, quam
scit, vel credit eiꝰ vxorẽ nõ esse, ob ali-
quod impedimẽtum, quod ipse apud
iudicem probare nequit. In quo tria
diffinire oportet. Primum quidem id
manifestũ est, vxorem, seu maritum
certo scientem, matrimoniũ illud nul
lum esse, quocunq; iudicis præcepto,
nõ posse debitum alteri reddere: agit
enim cõtra consciẽtiam, hoc est equi-
dem, quod probat text. in cap. inqui-
sitioni. de sentent. excommuni. in eius
prima parte. & in cap. dominus. de se-
cund. nup. Nec in hoc quidquam re-
fert, sit impedimentum matrimonij
ex lege diuina, naturali, an humana,
vt probat Ioan. à Medina de restituti.
q. 19. aduersus Host. in cap. proposuit.
de coniug. seruorum.

Secundo, maritus, qui leui cõiectu-
ra, seu argumento dubitat de valore
coniugij: explosa dubitatione, credẽs

matrimonium legitimum esse: exige re, ac reddere potest cõiugale debitũ: text. in eod. cap. inquisitioni. 2. parte. quem præter alios ibi ita intellexit Hadria. quodlib. 2. articu. 1.

Tertium est, quod maius discrimen habet, an is, qui dubitat, matrimoniũ firmũ esse, ob aliquod impedimentũ, quod non potest corã iudice probare: 8 ex præcepto iudicis teneatur reddere vxori debitum. Et Romanus Pontifex in eo. c. inquisitioni. part. vlti. asserit, debere maritum, etiam dubitantẽ reddere debitum vxori: non tamen exigere. & idem in. d. c. dominus. statuitur. vbi vxor dubitans de morte prioris mariti tenetur reddere debitũ secundo: non tamen poterit exigere: & tamen vtroq; casu agit reddens debitum contra dictamen conscientiæ. Is etenim, qui dubius, an sibi liceat absque mortali crimine quidquã agere, id agit, exponit se periculo peccandi mortaliter: igitur mortaliter peccat. Nam qui amat periculum peribit in illo. Eccles. c. 3. c. literas. de rest. spolia. c. in præsentia. de spons. Verum Adria. in. d. quodlib. 2. artic. 3. sic interpretatur text. in. d. c. inquisitioni. vt 9 martius teneatur reddere debitũ: deposito tamen illo dubio, ex eo quod ab altero cõiuge illud exigatur: vnde priusquam ab altero cõiuge debitum exigatur, maritus dubius exigere non potest: cum illud dubium nõdum deposuerit: at sequuta exactione alteri⁹, iuste poterit illud dubium deponere, ac reddere, & demum exigere. Ex quibus id consequitur, nunquã licere dubitãti nec reddere, nec exigere, nisi dubium deposuerit. Sed hic intellectus optimo iure refellitur à viro doctissimo Marti. Nauarro. in. c. si quis autẽ. de pœnit. dist. 7. nu. 101. Sat enim est manifestum, Romanũ Pontificem in d. c. inquisitioni. part. vlti. loqui etiam dubio existente, & nondum exploso. Igitur idẽ Marti. Nauar. aliter arbitratur rẽ hãc diffiniendã fore dicẽs, posse quẽ in vna, & eadem re dubiũ esse quo ad vnũ effectũ, certum autẽ quo ad alium. Sic enim vir dubius esse potest, an matrimoniũ tenuit, ad effectũ exigẽdi debitũ: & demũ credere matrimoniũ valuisse: ad effectũ reddẽdi debitum exigenti. Quo fit, vt in. d. c. inquisitioni. vir dubius non exigat licite debitũ: at sine peccato reddat exigenti. Ad primum enim dubius est: cum in non exigendo nullum sit periculum, nec fiat alicui iniuria: quo ad secundum verò desinit esse dubius, quia si dubitaret, iniuriam faceret cõiugi. quod vberrime, ac pingui, quod aiunt. Minerua, ipse explicat.

Secundo potest etiã hic notari: periculo vtriq; imminẽti, non agere quẽ contra conscientiam, si ipse id eligat quod tutius est, ac certius, ex duob⁹, quorũ alterũ necessario agere debet. c. duo mala. 13. dist. c. iuuenis. de spõs. c. quãto. de cõsuetu. vbi tex. optimus. & in. c. nerui. 13. dist. vbi eleganter idẽ explicat Gregorius. & ita consulit Arist. lib. 2. Ethi. c. 9. nullum etenim tempus incidere potest, quo sit necesse cuipiam turpiter agere. Sic sane si duo præcepta in contentionem venerint, ex recta ratione vir prudens id aget, quo grauius malũ effugiat: quem admodum explicat Sepulueda in dialogo de ratione dicendi testimonium. capitu. 9. Vbicunque etenim duo præcepta contraria circa idem factum cõcurrunt, illi obtemperãdum est, quod arbitrio discreti viri potiorem obligãdi vim habet: tunc verò alterius suspenditur obligatio, secũdum Adria. quod lib. 1. arti. 3. ad nonũ. sensit Arist. dum lib. 5. Ethic. c. 3. scribit, minus malum boni vicem habere, si maiori cõparetur malo. Cui adde quæ hac in re scribit Sot. cap. 3. ad Roman. & lib. 6. de iustit. & iure. quæst. 1. artic. 5. ad finẽ. Vir autem qui de valore coniugij dubitat, anxius est: alterum enim oportet agere: vel denegare debitum vxori exigenti, ac iudici resistere, vel debitum reddere contra conscientiam. Ex quib⁹ tutius certe est reddere vxori debitum, & iudici obedire ne frangat coniugalis conuẽtionis legem, ac violet iura obedientiæ. Nec est securius hisce periculis irretito, velle a periculo fornicãdi abstinere. Hoc ipsum erit dicẽdum, nullo dato præcepto iudicis: sed coniuge ex iure coniugali debitũ exigente. iuxta. c. dominus. de secund. nupt. Cui tandem interpretationi subscribit Dominic⁹ à Soto huius Salmãticẽsis academię insignis Theologiæ professor: vir quidem, cum moribus & doctrina, tum Prioris mune- 11 re, quod in Diui Dominici conuentu iterũ meritissime obit, ornatissimus. Is inquam in relectione, de ratione tegendi, & detegendi secretum. membro tertio. quæstio. 2. sic hoc dubium miro, ac perspicaci, quod sortitur, ingenio explicat.

Sed & tertio ab huius rei cognitione minime abhorret, sæpissime euenire, quẽ esse in vna, & eadem re dubiũ 10 speculatione: certum verò in praxi. Id autem cõtingit, si quis dubitet, matrimonium, quod verbis contraxit ratum, ac legitimum fuisse: & tamẽ non dubitat, quin teneatur coniugi exigẽti debitũ reddere. Huic verò permissum est, hoc in dubio reddere debitũ. quia non agit contra conscientiã practicam, quę circa actus humanos versatur, ex dubio praxis: sed ex dubio speculationis, quæ nihil de opere dictat, nihilominus actionẽ exequitur. quod potest optime cõuenire. cap. dominus. de secund. nupti. & cap. inquisitioni. in fine. de senten. excõmunica. docet Ioann. à Medina, de restitutio. quæstio. 17. Vnde dubium practicum à dubio speculatiuo maxime differt. Nec libet in hoc vlterius insistere: cũ apud prædictos Doctor. longiorem, atque expressiorem huius dubij tractatum quis legere possit. Id enim tantum egimus, vt semotis his, quæ hanc rem obscurare poterant, ipsorum iurium distinctam interpretationem traderemus.

Hinc infero, non teneri contrahentem matrimonium cum ea, quam putauit liberam esse, reddere ei debitũ, etiam præcipiente iudice, si modo dubitat an serua sit secundum Thom. in quarto sententia. distinctio. 36. in fine. Ioan. Andre. Abb. & communem

in ca.propoſuit.de coniu.ſeruor.quin imo cum perplexus ſit, atq; dubius, & in periculo conſtitutus: id quod tutius eſt eligere debet. Si enim reddit debitum animo non maritali, fornicatur: ſi vero maritali, graue diſpendium incurrit, quippequi inuitus matrimonium cum ſerua contrahere cogitur: ſi non reddit, iudici reſiſtit, ac 1
ius coniugale violat. igitur in hoc dubio ſanius erit id eligere, ex quo minus malum & incõmodum naſcitur. quę notanda ſunt ad intellectum tex. in capitulo. ſi quis ingenuus. 29. quæſtio.2. nam & hæc aſſerit Ioan. à Medina. in dicta quæſtio.17.

EX §. SEQVENTI.

1 Plures vxores habere, an ſit iure naturali, vel diuino prohibitum?
2 Plures vxores habere qua ratione ſanctis patribus licuerit.
3 Vxor tenetur abſentem maritum omnino expectare.
4 Mors mariti abſentis, qualiter probetur.
5 Maritus, vel vxor, matrimonium ſecũdum contrahere nequeunt, etiam ſi primũ non ſit carnali copula conſummatum.
6 Secundas nuptias contrahens, viuente primo coniuge, qua pœna puniatur.
7 Lex Regia intelligitur, quæſt.6. eſt titul.15. lib.8. in Regijs ordinat.

§. TERTIVS.

EX vinculo coniugali conſtat fides, in qua hoc attendit, ne quis ad alterius coitũ accedat. Is enim coitus eſſet adulterinus, vt planè cõſtat. Sed & cauendum eſt ne quis eorum aliũ coniugem quærat priori viuente. Nã quatenus matrimonium ſacramenti bonum ſortitur, vinculum gignit huius ſocietatis, & id indiſſolubile: qua ratione paucis circa hoc vinculũ præ notatis, de matrimonij diſſolutione tractabimus.

Porrò ſi matrimoniũ id habet peculiare: vt alter ex coniugibus alium cõiugẽ minimè quærat, accipiat ve: cur aliquando licuit plures vxores habere? & id videtur ſanctis viris permiſſum fuiſſe? Imò, hoc ex more eis licuiſſe, probari conſtat in cap. obijciũtur. 32.quęſ.4.quod caput vulgati codices Ambroſio tribuunt, quibus deceptus idem fecit Virgili. Polydorus lib.5. de inuẽt.rer.cap.5. cum ſit deductum ab Auguſtino lib.22. cõtra Fauſtum. vbi cap.47. eſt ille text. à principio vſq; ad verſ. Sicut. qui quidẽ verſiculus deducitur à.c.48. Hinc & Magiſt. ſententiarum diſtin.33.q.4. illius canonis verba Auguſ. tribuit, qui lib.16. de ciui. Dei. c.38. ſcribit, eo tempore nulla lege prohibitũ fuiſſe, plures vxores accipere, multiplicandæ poſteritatis cauſa. Diuus verò Th. in. 4. ſentẽ. d.33.q.1. ad primũ. aſſerit, conſuetudinẽ potuiſſe inducere, vt liceret plures ſimul accipere vxores: cũ hęc permiſsio nõ ſit contraria primis iuris naturalis principijs: quãuis repugnet concluſionibus ferè deductis ab eiſdẽ iuris naturalis principijs. Hoc ipſum probare conat Coloniẽſ. conciliũ tract. de matrimo. c. incipienti. Cæterũ nec naturæ. dicẽs, occulta lege naturæ cõparatũ eſt, vt quæ principatur ſingularitatẽ ament: quæ autẽ ſubdita ſunt, non ſemper ſingula ſingulis: ſed ſi ratio naturalis, vel ſocialis admittat, etiam plura vni domino ſubdũtur. Vnus verò ſeruus pluribus dominis cõmode ſeruire nõ poteſt: at plures ſerui nõ ſine decore vni domino ſubduntur. Itaq; cũ in nuptijs vir principantis: mulier verò ſubditi vicẽ gerant: contra naturam nuptiarũ non eſt, vnum virum plures ducere: ſed vnam pluribus viris nubere plane cõtra naturalem rationem eſſe: quis nõ videt? Hactenus his verbis Thomæ ſententiam comprobat idẽ Colonienſe conciliũ: quæ quidẽ verba legi poſſunt & apud Auguſtin. lib.1. de nuptijs, & concupiſcenti. c.9. & in lib. de bono viduitatis. c.7. Vnde conſtat, nõ eſſe contra ius naturale proprium, plures vxores vnũ virum accipere. quod Magiſter profitetur in. 4. diſtin.33. poſt diuum Auguſti. & ibi Ioan. Maior. q.1. idem notat. Nam & Iulius Cæſar, authore Suetonio in eius vita. c.52. legẽ ferre Ælio Cinnæ Tribuno plebis iuſſit, qua vxores, quas, & quot quiſque vellet ducere, liberorum quærendorum cauſa liceret. Valentinianus etiã Imperator lege conceſsit, vt omnes, qui voluiſſent bina matrimonia ſuſciperent: addens populoſas diu fore gẽtes, quia hoc apud eas ſolenne fuerit. 2
Cuius rei teſtis eſt Paulus Diaconus lib.11. Eutropij libris addito in Valẽte. Socrates item in Hiſtoria Tripartita lib.8.c.11. pluraq; ad hanc rem adducit Tiraq.7.leg.connub. nu.15. Verũ id, quod Thomas opinatur, conſuetudine potuiſſe licere plures vxores accipere: non eſt admittendum. ex eodem Thoma in lib. contra Gentiles. & in d.diſtin.33.q.1.arti.2. vbi verſi. reſpondeo dicendum. ſe ipſum explicat apertius dicẽs, nec lege humana, nec conſuetudine pluralitatem vxorum permitti poſſe, nec vnquàm licere, aut licuiſſe. Nam & ſi legi naturali propriæ, habere plures vxores non refragetur, contrarium tamen eſt legi quaſi naturali, in qua ſolus Deus diſpẽſare poteſt. vt ipſe Thomas docet in d.arti.2. & pręterea aduerſatur hęc pluralitas vxorũ inſtitutioni diuinæ: ex qua matrimonio accipienda erat vna tantum vxor: nõ plures. Scriptũ enim eſt. Adhærebit vxori ſuæ. Item. Erunt duo in carne vna. Nam & Dominus noſter quoties de connubio loquitur, maritos, aut vxores nunquam nominat: ſemper autem vxorem: aut virũ. Et apoſtolus Paulus in remedium libidinis ſuadet, vt ſuam vnuſquiſq; habeat: nunquam ſuas dicit. quod pulchre diſſerit Innocen. tertius in. c. gaudemus. de diuort. Ideo ex communi interpretatione dicendum eſt ſanctis patribus ex reuelatione diuina id licuiſſe. quod probat text. in eo. c. gaudemus. §. nulli. Magiſt. & Thom. q.1. arti.1. & Ioan. Maior. quæſt.1. in. 4. ſenten. diſtinctio.33. & Florenti. 3. part. tit.14.cap.10.§.2. vbi poſt Paluda. hãc eſſe communem opinionẽ fatetur. & Ioan Dried. de libertate Chriſtiana. pagi.163. Ambroſi. item Cathari. lib. 5. contra Caiet. c. de ſacramen. matri. eandem comprobat. *hoc etenim permiſſum fuiſſe procuratione, ac diuina diſpenſatione aſſeuerat Iuſtinus martyr.

tyr. in Dialogo cum Tryphone Iudæo.* Id etiam confirmat Coloni. con
cilium, explicãs dispensationem hãc
à summo Deo concessam fuisse ad 3
prænunciandum vni viro, scilicet,
Christo: plures vxores scilicet synagogam, & Gentium multitudinem, veluti in vnum corpus esse iungẽdas. Atque ita factum est, vt hac præfigurata coniunctione, in Christo Iesu cõpleta, lege gratiæ vetitum sit plures vxores accipere. Matth. 19. Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, & aliam duxerit mœchatur. Igitur & qui ea retenta aliã duxerit mœchabitur. Cur enim si quis propria vxore viua, alteram duxisset, adulter esset: si multas simul habere ius fasq; esset? his omnibus compertum est, vni viro plures vxores adiungi: non esse contra prima principia iuris naturalis: nec contra ius naturale proprium: sicut esset vni fœminæ plures viros aptari. Quorum vltimũ aduersus Platonem damnat Lactan. lib. 3. diui. inst. c. 21. esset enim proles incerta omnino. Sed vtrunque institutioni matrimonij, iuri quasi naturali, ac legi Euangelicæ contrarium est. Atque hoc pacto defendi possunt Durand. in d. 33. Caietanus & alij, qui exi 4
stimant multitudinẽ vxorum iuri naturali minime repugnare. Sunt itidẽ, & ad hanc resolutionem intelligendi, qui opinantur esse naturæ contrarium, quod quis accipiat duas vxores: & idcirco Lamech primum contra naturalem institutionem duas vxores accepisse. Genes. 4. quam sententiam post alios defendere conatur Ioan. Arboreus. lib. 10. Theosophiæ. cap. 1.

Hinc apparet coniugem absentem expectandum fore, nec ex dierum longo interuallo, ante compertam absentis mortem, matrimoniũ cum alio contrahi posse. c. in præsentia. de sponsa. vbi Docto. hoc notant. Abb. Soci. & Barb. colum. antepe. in cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lite, non contestat. Ex quo probatur vxorem certam esse oportere de morte viri, priusquàm alteri nubat: alioqui etiam si mortuum esse virum, ex aliquot coniecturis opinetur, & matrimonium contrahat: nec à peccato, nec à pœna immunis, ac libera iudicabitur. secundum Abb. in d. c. in præsentia. post glos. finalem. ibi. & Regia lege idem probatur. l. 7. titu. 15. lib. 8. in Regijs ordi. quanuis glos. 2. in d. cap. in præsentia. Anto. & Præp. velint tenere vxorem à pœna liberam esse, si contrahat secundum matrimonium ex verisimili coniectura mortis prioris mariti: non tamen ex hoc posse ecclesiasticum iudicem licentiam ei exhibere, vt alteri nubat.

Mors autem viri qualiter probetur, vt inde possit certa reddi vxor: arbitrio iudicis relinquitur. secundũ Abb. 4
& Præp. in d. ca. in præsentia. & Aufreri. in cape. Tolosana. 316. Hoc tamen iudicis arbitrium instrui debet ex pluribus, quæ adducunt glo. Bart. & Saly. in l. siquidem. C. solu. matri. Corse. in singu. verb. mors. Corne. consi. 10. 1. vol. Alex. consi. 115. in. 4. vol. & consi. 4. nu. 15. in. 2. vol. & Chass. in consuet. Burgun. in proœ. fo. 10. & cape. Tolo.

312. optime Nicol. Boer. decis. 288. & Soci. Iuni. consi. 26. vol. 2. quibus adiungi merito potest. l. Reg. 14. tit. 14. par. 3. Hic tamen omittendum nõ est, ab ecclesia non esse dirimendum matrimoniũ contractum ab existimantibus, nullum ex primo coniugio impedimentum subesse: tamen absque probatione mortis prioris coniugis, seu absq; certitudine, quã canones exigunt. Potest enim esse hoc secundum matrimoniũ validũ: & ideo fieret iniuria huic secundo matrimonio: quod certius modo apparet ex ea, quæ versatur dubitatione. vt probat text. in. c. dominus. de secund. nupt. vbi glos. Hostien. Ioan. Andr. & Præp. hoc idẽ sentiunt.

Hoc autẽ vinculum coniugale etiã ante carnalem copulam vim propriã, 5
& indiuiduam habet connexionem, ex diuina institutione. Vnde fit, vt priori matrimonio nondum consummato, nec liceat posterius contrahere: nec si contractum fuerit, valeat, nec præferatur priori, etiam si posterius sit carnali copula consummatũ. c. fi. c. licet. de spons. duor. Nec refert à quibusdam Rom. Ponti. quandoq; iudicatum fuisse, posterius matrimoniũ consummatum carnali coniunctione esse priori nondum consummato preferendum. vti refert Alexan. Tertius. in d. c. licet. quia dicti Rom. Pontifi. non ita iudicarunt legem condendo. Nã & si Host. ac cæteri in. c. fi. de spõsa. duo. dixerint Papã posse condere legem, qua matrimoniũ primũ nondũ carnali copula consummatum, per secundũ, coitu accedente, dissoluatur: sicuti posset ipsi Rom. Pontif. dispensatione matrimoniũ ratũ nondũ consummatum dirimere. quorũ vltimũ Caieta. etiã comprobat: tamẽ Abb. in d. c. fi. prędicta Hosti. opinio displicet: nec defendi iure potest. ex his, quæ dicẽtur inferi?, hoc ipso. c. §. 4. nu. 13. Ex quo etiã potest perpẽdi intellectus ad tex. in. d. c. fi. an sit eius decisio seruãda in matrimonijs ante illã decretalẽ cõtractis. in quo cõmunis est Docto. ibi sentẽtia, quod matrimonia secũda carnali copula consummata ante illũ tex. præferẽda sint primis non cõsummatis. quibus accedit, quod cõsuetudo, cuius ille tex. meminit, honesta, ac iusta communiter credebatur: quo casu noua lex non vult præterita punire ex litera eiusdẽ text. dum dicit, de cętero. notat glos. in. d. c. licet, quam cõmendat post Docto. ibi Petrus de Rauena in allegationibus consuetudinis. fo. 5. dicens ex ea, consuetudinẽ, etiã circa ius diuinum, probabile dubium constituere posse, & excusare. idem notat Rochus in. c. fi. de cõsuet. fo. paruo. 15. col. 1. facit ad id decisio Bart. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de Ædilitio edicto. qui scribit contrahẽtes excusari à pœna, & à peccato, si cõtractus ab eis gestus ex consuetudine fiat, etiam si vere illicitus sit, & vsurarius, si cõmuniter existimatur ille contractus licitus. Nec faciens talem contractum erit iudicandus vsurarius. secundum eundẽ Bart. & Oldra. cõsil. 207. Abb. consi. 15. in. 1. vol. & Ias. in. l. 1. in. 1. lectio. C. de summa trini. nume.

62. Deti. cõs. 170. col. 3. & licet Anto. Burgẽs. in. c. ad nostram. nu. 20. de empti. & vẽdi. reprobet hanc Bar. opinionem. procedere tamẽ optimo iure potest, quãdo cõmuniter ille contractus censebatur licitus. vt ipse Barto. loquitur. Ex quibus videtur probari Doct. interpretatio ad tex. in. d. c. fi. quam ibi Abb. cõmunem esse fatetur; & Petrus de Rauena dicto fol. 5. expresse comprobat. Sed ipse prædictã opinionẽ cõmunem falsam esse existimans opinor, etiam ante illam decretalem vlti. de sponsi. duo. matrimoniũ secundũ copula consummatũ, nec primo non dum consummato præferendum fuisse mera iustitia, nec validum fuisse cẽsendũ. quod probatur: quia primum coniugium etiam ratum nondũ consummatum ex diuina lege, & naturali, præfertur secundo, etiam consummato: nec ex eo dissolui potest. vnde consuetudo parum hac in re prodesse potuit. Non enim potest consuetudo dissoluere matrimoniũ, quod ratum est, nec illegitimum cõiugium, legitimum efficere. Potuit autem illa consuetudo, si rationabilis à viris doctis censebatur, à peccato excusare, etiam in diuino iudicio, & sic in foro conscietiæ. Nam in iudiciali à pœna excusat consuetudo etiã irrationabilis. glos. in cap. cum venerabilis. de consuetudi. alia in cap. deniq;. 4. distin. quas Roma. commend. singul. 19. & Cremens. singu. 149. & late explicant Ias. in. l. singularia. ff. si cert. pet. Deti. in cap. nam concupiscentiam. de constit. 2. lectio. Hippo. in. l. 1. limit. 19. ff. de sicar. Præpo. in dicto. c. deniq;. Rochus Curti. in cap. fina. de consuetu. folio paruo. 14. Ex quib⁹ id notari potest, attenta ipsa consuetudine, quandoq; eam sequutos excusari, vel à tota pœna, vel à parte pœnæ. Id autẽ quod dicit text. in. d. c. licet à prędecessoribus nostris aliter quandoq; iudicatum, est referendum ad iudiciũ particulare ex propria opinione: sicut de Celestino refert tex. in c. quãdo. de diuor. nõ autẽ ad decisionem Romanorum Pontificum: atque ita illum text. intelligit Caieta. 2. parte apologię, de author. eccles. ca. 13. Nam tex. in. d. c. quanto. dum refert Celestinum dicentem matrimonium dissolui, si alter coniugum labatur in hæresim: est intelligendus ita, vt plane dicamus Celestinum id sensisse: non tamen legẽ sanxisse: neq; veluti certum diffinisse. Nec item oberit huic vinculo coniugali, quod scribit Grego. Tertius in epistola ad Bonifacium. 2. Tomo conciliorum. dicens licere viro dimissa vxore, quę ob ægritudinem reddere debitum non potest aliam vxorẽ accipere: quia Gregorius ibi nihil diffiniuit: sed cum barbaris illis nouiter ad fidem conuersis dissimulandũ esse rescripsit, vt si non possent continere potius nuberent, quàm absque matrimonij titulo fornicarentur: atque esset talis fornicatio propter prauum exemplum periculosa. Nec arbitror Gregorium secundum illud matrimonium approbasse. Nam & Gratianus profitetur illud esse aduersus sacram scripturam. in. c. proposuisti. 32. q. 7.

Ex

Ex quibus etiam constat puniri à iure eũ, qui viuente priori coniuge, aliã duxerit: pœna equidẽ infamiæ. c. nu.
6 per. de bigamis. l. eum, qui duas. C. de adult. qua quidem lege pœna stupri punitur. & probatur ibi iuncta gloss. versi. infertur. Pœna verò stupri est in personis honestis, amissio dimidiæ partis bonorum: in vilibus verberatio cum quinquennij relegatione. §. 2. instit. de pub. iudic. Hosti. in Summa. titul. de stupro. §. & qualiter. Regia. ll. 2. tit. 19. part. 7. optime Alexan. consi. 165. volum. 7. vbi legito Carol. Molin. in additionibus. Vnde non 7
recte dixit Roma. sing. 531. pœnã mortis imponi contrahentibus binas nuptias per. d. l. eum, qui duas. Ex quibus intelligendum est, quod notat Theophilus instit. de nup. §. affinitatis. dicens contrahentes secundas nuptias, primis nõ solutis, pœna capitali puniendos fore. Si tamen ipsa fœmina sit nupta priori viro, & scientẽr contraxit cum secundo, adulterij pœna damnatur, simul & cum ipso secundo marito, qui eam vxorem scienter acceperat. ex. d. l. eum qui duas. Punitur etiam secũdas nuptias, primis non solutis, cõtrahens, per ecclesiasticum iudicem publica ignominia. arg. c. de benedictio. 32. q. 1. notat Abb. in. c. cũ haberet. de eo, qui duxit in matri. col. 2. Suspectus etiam hæreseos censendus est, qui secundum matrimonium contrahit, primo durante, quasi non recte sentiat de sacramentis. ita Domi. & Franc. in. c. accusatus. §. sane. de hæret. in. 6. Ioan. Lupi. in. c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. §. 17. nume. 25. & Gonsalus de Villadiego. in tracta. de hęre. q. 9. Quinetiam excommunicatum esse ipso iure ita matrimoniũ contrahentem asserit Paul. Grillan. in tract. de pœnis omnifarium coitus. q. 14. Sed hoc vltimum falsum esse apparet ex glo. 1. quam ibi Card. Imol. & alij sequũtur in cle. vnica. de consang. & affinit. In his vero regnis variæ pœnæ hactenus fuere sancitæ aduersus committẽtes istud crimen: quas videre licet in. l. fin. titu. 17. part. 7. l. 2. tit. 7. lib. 4. Fori. l. 7. tit. 15. lib. 8. ordinat. l. 6. titu. 6. & l. 8. titu. fi. eodem lib. Verum praxis illam recepit pœnam, vt cõtrahentibus binas nuptias candenti ferro fronte imprimatur litera. q. l. 6. tit. 15. lib. 8. & l. 3. tit. 1. lib. 5. in Regijs ordinat. Cæterum quia. l. illa dixit signo. q. esse inurendum hunc delinquentẽ, opinãtur quidam de signo Crucis intelligendũ esse, eo quod male sentiat de fide: atque existimant legem illam vitio scriptorum esse deprauatam. Quod si in lege illa error forsan aliqs adest: is est in eo, quod erat statutum, vt contrahens binas nuptias signaretur hoc signo. ij. quasi duas habeat vxores, atque inde facilis fuit lapsus, vt ex illis characteribus dualem numerum designantibus. q. fieret. Vsus tamen obtinuit literam. q. imprimi. illud vero, quod de signo Crucis adnotauimus fateor plane me deprehẽdisse in huius regni cõstitutionum vetustissimo codice. vbi in l. penultim. Ioannis Primi Regis ex comitijs habitis Biruiescæ, expres-

ſim cautum erat, in pœnam huius criminis eſſe fronti imprimendum Crucis ſignum. Huius autem pœnæ ſtigmaticæ alia in ſpecie meminit tex.in l.vlt.c.de ſportu.ibi, maiores pœnas, & corporales maculas imponere. Et Gandinus in titu.de pœn.reor.nume. 59. Tametſi iure Codicis non debeat hominis faciei imprimi ſtigma. l. ſi quis in metallum.C. de pœn. tradidit Boerius deciſ. 82. Sed & fabricenſib⁹, vt latitantes agnoſcerentur, ſtigma ſolebat imprimi.l. ſtigmata.C.ne fabricenſ. li.11.cap.ſi iudex.de ſent.excommunic.lib.6. Eſt autem ſtigma, ſignũ, quod ferro candenti, vel aliter imprimitur.

EX §. SEQVENTI.

1 Diuortium duplex eſt.
2 Diuortium Romanorum legibus qua ratione fuerit permiſſum.
3 Repudij libellus apud Iudæos quo pacto dabatur.
4 Repudium an fuerit licitum apud Iudæos?
5 Apud infideles contracto matrimonio, ſi alter eorum Chriſti fidem profiteatur: an matrimonium diſſoluatur?
6 Religionis profeſsione matrimonij vinculum ante copulam diſſoluitur: ex authoritate diuina.
7 Votum ſolenne à ſimplici, ex ipſa actus natura differt.
8 Intellectus ad tex.in cap.1.de voto.in.6.
9 Matrimonium etiam non conſummatum: minime diſſoluitur per ſacri ordinis ſuſceptionem. Nec item per epiſcopi dignitatem.
10 Religionis profeſsione an matrimonium violenta copula conſummatum diſſoluatur.
11 Sponſus cognoſcens carnaliter per vim propriam ſponſam: an ſit puniendus?
12 Sponſa religionem profeſſa, an amittat ſponſalitiam donationem, quam propter oſculum lege Taurina adquirit?
13 Matrimonium non conſummatum, an poſsit diſſolui ex Romani Pontificis diſpenſatione?
14 Intellectus.c.cum ſocietas.27.q.2.
15 Matrimonium carnali copula conſummatũ non diſſoluitur à Romano Pontifice.

§. QVARTVS.

QVIBVS præmiſsis agendum erit de diuortio. Et triplex eſſe diuortium Bald. ſcribit in.c.ex parte.de conſuetud.quem refert Ioan. Lupi in rubri.de donatio.inter vir. & vxo. §. 34. Temerarium, Cauſarium, & Ignominioſum, quæ quidem diſtinctio minime conuenit huius rei mediocri cognitioni. Rectius denique erit iuxta
1 Abb.in rub. de diuort. duplex tantum diuortium in matrimonio conſtituere. Vnum quo ad vinculum: alterum quo ad cohabitationem. Quibus premitto apud Romanos paſsim vxores repudiari ſolitas miſſo libello repudij per nuncium, authore Plutarcho in problematis. c. 13. & Iuriſ-
2 conſulto. in.l. nullum. ff. de diuort. Ex qua illud Iuuenalis Satyra. 6. explicatur.

Collige ſarcinulas, clamat libertus, & exi: Iã grauis es nobis: ſiccoveniteltera naſo.

Vti tradunt Ludo. Cæli.lib. 15. lect. antiq.c.16. & Alciat.in.l.licet.§.paternos.ff.de verb.ſig. Pluribus enim cauſis, & quandoq; facilimis hic libellus repudij à Romanis mittebat. Anno etenim ab vrbe condita quingenteſimo vigeſimotertio Spurius Carbilius primus ab vxore diuertit, eo qd ſteri-

ſterilis eſſet. Cuius rei teſtis eſt Aulus Gelli.lib.4.cap.3.& lib.17. c.21. atq; ei hoc datum vitio fuit. vt ſcribit Valer. Maxi.lib.2.cap.1. Meminit & Plutarchus huius primi diuortij apud Romanos, non ſine eius increpatione: in Romuli & Theſei comparatione: vbi hunc apellat Seruilium Spurium. & idem Plutarch.in Numæ, & Lycurgi cõparatione Spurium Coruinum eũ nominans,* apud Latinum interpretem: cùm in græco Codice vbiq; Spurium Corbilium nominauerit Plutarchus:* qui in annorum numero plurimum differt ab Aulo Gellio: in quo nec ipſe Gellius ſibi conſtat, nec cum Henrico Glareano conuenit: quod ſatis erit obiter adnotaſſe. Scribit & ipſe Plutarch. in Problematis Romanis ca. 13. hæc de diuortijs Romanorum verba. Eſt enim proditum memoriæ Spurium Corbilium primum Romanorum omnium ſterilitatis cauſa vxorem repudiaſſe. Hunc ſequutus Sulpitius Gallus, idcirco vxori nuncium remiſit, quod eam in caput veſtem ducere animaduertiſſet. Idem fecit Publius Sempronius, quod eius vxor lutos funebres expectaſſet. Hæc Plutarchus. Diuortium autem illud Sulpitij Galli in hunc modum explicat Valerius Maximus lib.6.c.3: Horridum.C. quoque Sulpitij Galli maritale ſupplicium: nam vxorem dimiſit, quod eam capite aperto foris verſatam cognouerat: lex enim, inquit, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus & 3
formam tuam approbes, & placere deſideres.* Verum Dionyſius Halicar.libro.2. Primum illud diuortium, cuius ex Plutarcho, & alijs meminimus, ſcribit, non ſponte factum, ſed ipſum Spurium Corbilium ſterilitatis cauſa coactum à cenſoribus vxorem repudiaſſe, & nihilominus ea ratione populo inuiſum fuiſſe:* Ipſe etiam Iuſtinianus non recte diuortium permiſit tot expreſsis cauſis in .l. conſenſu. C. de repud. Tametſi Alciat. libro ſexto parerg. cap. 29. velit dictam Iuſtiniani audaciam tempori, non viro tribuere. ac deinde exiſtimet leges illas Iuſtiniani à Papa reſtitui poſſe, & licitas fieri. quod minime dicendum eſt, nec oportuit à viro vtriuſque conſultiſsimo aſſertionem hanc proponi: qua ratione optimo iure refellitur à Carolo Molinæo in tract. de contractib.q.2.nu. 70. Quantum etenim apud veteres Romanos fœdum viſum fuerit diuortium, præſefert ipſa Romuli lex: quæ viro vxorem repudiare permiſit, ſi in veneficio natorum, aut in adulterio deprehenſa foret, aut claues adulteraſſet: quod ſi aliter quis repudiaſſet, eius copiarum partem vxori dari, partem Cereri ſacram eſſe; idem Romulus iuſsit, authore Plutarch. in Romuli vita. Vltima tamen cauſa repudij, à Romulo expreſſa, ſatis fuit leuis. multa adhæc Coraſius libro. 5. Miſcellaneor. cap. 10. Sed & apud Iudæos libellus repudij pluribus ex cauſis mittebatur: ipſe enim maritus promittebat, nunquam ſe cum fœmina repudiata cohabitaturum, authore Ioſepho, lib.

lib.4.de antiquitate. c.6. Ab initio tamen Iudæus volens repudiare vxorẽ corã iudice causam diuortij iurabat, qua perspecta ipse iudex marito libellũ repudij dabat, quẽ vxori mitteret. vt explicat Ioã. Echius in Homilia de diuortio. nec me latet huius libelli formulam aliter adduci ab Osiandro in adnotationibus ad Harmoniam Euãgelicam lib. 3.c.23. malui tamen Iosephi testimoniũ probare. Qua in re est grauis controuersia, an Iudæis fuerit licitus libellus repudij. Quidam enim asserunt licuisse Iudæis libellum repudij mittere: ex dispensatione tamen diuina concessa Iudæis ob duriciam cordis. Scriptum enim est Malachiæ.2. si
4 odio habueris vxorem tuam, dimitte eam: dicit Dominus. Vnde licitũ fuit Iudęis vxores dimittere. Quod etiam comprobatur: quia si non esset licitus libellus repudij, nõ permitteret vetus lex, repudiatã alium virum accipere: hoc autem permisit Deuteronomio.c.24. igitur licitum fuit repudium. Cui sententiæ adhærent præter alios Palu. in 4.sent.dist.33.q.1.art.2.& ibi Ioan. Maior.q.2. Caie. Matth.c.19. & ibi Abulẽs.q.49. Ex aduerso sunt alij, qui existimant non licuisse Iudæis repudiare vxores: eis tamẽ permissum fuisse nõ quod liceret: sed ne maius malũ ex inuitis nuptijs cõtingeret ob duriciam cordis eorum: sicut nunc meretrices à principibus permittũtur. Ait etenim Iesus Mat.19. Quoniam Moyses ob
5 duriciã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autẽ nõ fuit sic. quo in loco Chrysostomus Homilia.33. hoc ipsum probat. Hue etiã tẽdit quod Seneca de Romanorũ diuortijs scribit lib.de remedijs fortuitorũ, in fine dicens. Nouimus veterũ matrimoniorũ repudia, & fœdiores diuortio male cohærentiũ rixas. Hãc vltimã opinionẽ D.Tho. asserit in.4. sentent.distin.33.q.2.ad.2.col.3.dicens frequẽtius hanc opinionẽ recipi: quæ quidẽ magis cõuenit verbis sacri Euãgelij. vt fatetur Palud. d. art. 2.& eam probat tex.in.c.gaudemus.de diuort. vbi Panorm. eãdẽ opinionẽ sequitur. Nã & Iudæus, qui ante susceptã Christi fidem repudiauit vxorem eam accipere, suscepta Christi fide, tenetur: etiam si ea cum alio viro post repudiũ contraxerit, si ipsa cohabitare cum eo velit absque contumelia Creatoris. vt probat text.in dicto cap. gaudemus. §. qui autem. Cuius verba transtulit Regia.l.8.titu.9.par.4. Sed si ante susceptam Christi fidem liceret Iudæo vxorem dimittere: suscepta Christiana fide non teneretur dimissam legitime, & ab alio forsan ductam, in vxorem accipere.c.de infidelibus. de consangui.& affi. Nec ista opinio vltima dimittenda est: imo eam oportet sequi authoritatibus & rationibus alijs, quas tradit Robertus Senalis Episcopus Abrincensis in peculiari huiusce quęstionis opusculo. Eandẽ probat Alfons. à Castro lib.2.de potest.leg. pœnal.cap.11.secũdo principali argumẽto. Quibus & illud addendum est, ex duobus infidelibus: alterum Christi fidem professum non teneri ad cohabitandum cum altero, etiã si velit infidelis cum fideli vitã agere absq; Dei cõtumelia: licet possit cohabitationem hanc fidelis admittere. Tho.in.4.sentent.distin.39.q.1.arti.3.& Sylvest.verbo.matrimonium.8.impedimẽto.10. idem probat ex. Augusti.& Chrysosto.Ioan. Arbore. libr.6.Theosoph.c.10. Sed si alter, qui infidelis est, vitam communem agere nolit absq; diuini numinis contumelia, Christi fidẽ professus poterit alium coniugem accipere: quo accepto primum coniugium dissoluitur: non prius. secundùm Sylvest. in dicto impediment.10.Paluda. in.4.sentent. distinct.39. articu.2. Florenti.3.part.titu.1. capitu.6.& Thom. in dict. quæst.articu. 5. Ex quibus est intelligẽdus text.in capit. quanto. de diuort. vbi ab Innocentio Tertio exponitur, ex duobus infidelibus, alterum, qui Christi fidẽ profitetur, posse alium coniugem accipere, si infidelis nolit cum eo vitam agere, sine Saluatoris iniuria. Quod authoritate Pauli suadetur.1.ad Corinth.c.7. dicentis. Quod si infidelis discedit, discedat. vbi Caieta. fatetur ita Pauli verba intelligi frequẽtissima Docto. interpre 7
tatione, & ab ecclesia hanc assertionẽ receptam esse: tametsi ei nõ omnino placeat huiusmodi sensus.

Ex his perspicuum erit, quandoq; etiam quo ad vinculum matrimonia dirimi. quod proximo casu cõtingit.
6 Sed & alio casu dirimuntur ex religionis, scilicet, professione, nondũ sequuta copula.cap.2. de conuers.coniug.c. ex publico.eo.tit. Scire tamen conuenit, hoc matrimonij diuortium ex diuina authoritate fieri: non humana. Sic enim intelligenda est regula illa. Quos Deus coniunxit homo non separet. Quod significare videtur tex.in d.c. ex publico. dicẽs hoc deduci à sacri eloquij interpretatione. optimus tex.in d.c.2.verbo.sanctis. adiũcta gl. ibi. Ex quo idem sensit Abb.in d.c.ex publico.in fin. exemplo etiam sanctorum patrũ apparet ca. scripsit.27.q.2. Quin & ipse summus Iesus Ioannem Euãgelistã à nuptijs ad castitatis professionem vocauit. testibus Hiero. in prologo Euangelij Ioãnis. & in prologo Apocalypsis. & Augustino in prologo operum in Ioannẽ. Quibus hoc probare conatur Natalis Beda in censura errorũ Fabri super Euangelium Ioannis. Eandem sententiam profitentur Palud.in.4.senten. distinct.27. quæst.2. ad finem. & Ioan.Maior. ibi. quęst.2.colum.2.& Iacob. Almain de potest.eccles. ca. 15. & tandem credendum est ecclesiæ in sacri Euangelij interpretatione.

Ex quo consequitur non ex humano iure, sed ex ipsa rei natura, & cõditione votum solenne matrimoniũ dissoluere, non ita simplex: quia votũ solenne est traditio realis: simplex verò ipsa promissio. quod docet Thom. in 4.sententia.distinctio.38. quæstione.1. articulo. 2. ad. 3. Sic etiam sponsalia ipsa à matrimonio distinguuntur. Quanuis equidem voto simplici ex sola promissione quis obligetur: hęc tamen promissio ad effectum non deducitur: donec datio succedat: datio verò fieri nequit, nisi quis recipiat. Ecclesia

clesia tandem constituit modum reci
8 piendi, & formam, qua traditio, & sic votum solēne fieret. Qua ratione posset credi, votum solēne ab ecclesia inductum fuisse: sicuti explicat Paluda. in. 4. dist. 38. q. 2. versi. 7. sic etiam est intelligendus tex in. c. 1. de voto. in. 6. quo probari videtur, votum solenne à simplici ex humana cōstitutione distingui. quanuis Caieta. ex illo tex. dixerit. 2. 2. q. 88. art. 7. votū solenne ex iure humano differre à simplici. Ex quibus concludi potest, matrimonium carnali copula cōsummatum non dissolui per votū solenne: cum in illo matrimonio iā fuerit præmissa realis traditio. capit. cum societas. 27. quæst. 2. Ante copulam tamen dirimitur fortiori actu: nempe professione solenni castitatis: & sic traditione reali ad spiritualia subsequuta. Hoc ipsum est notandum ex Thom. in. 4. senten. distin. 27. q. 2. ad fin. & ibi Palud. q. 3. Thom. distin. 38. q. 1. Fortu. in. c. 1. de pact. nume. 15. & Ambro. Catharinus li. 6. contra Caieta. cap. 3.

Hic vero aliqua notanda sunt, quæ ad hanc materiam spectant. primum
9 matrimoniū carnali copula non consummatū minime dirimi per sacri ordinis susceptionem. text. in extrauag. Antiquæ. Ioan. 22. titu. de voto. glos. communiter recepta in cap. vnico. de voto. libr. 6. Imo nec dissoluitur hoc matrimonium ratum: non consummatum per episcopalem dignitatem. quod probare videtur tex. vbi Anto. hoc notat in. c. ex parte. in. 2. de conuer. coniugat. Ioan. Andre. in. d. cap. vnico. Areti. consi. 59. colum. 2. Paluda. in. 4. sentent. distin. 27. quæst. 3. ad 3. Florenti. 3. part. titu. 1. ca. 21. §. 3. Quorum opinionem sequimur contra Hostien. in Summa titu. de conuersio. cōiugat. col. 4. & Ioā. Lupi Segobiēsem in tracta. de matrim. col. 10. & sequēti.

Item & illud notandum est, satis esse, ne matrimonium professione reli-
10 gionis dirimatur, sponsam à viro cognitam esse. etiam vi. Hostien. in dicto titu. de conuersio. coniug. §. & vtrum. versic. quid si virgo. Paluda. in 4. sentent. dist. 27. q. 3. col. 4. Florent. 3. part. tit. 6. ca. 21. §. 1. Bald. in. c. penul. de probat. col. fin. & Ægidius de Gindesbertis in. q. 3. post disputationes Pauli de Eleazar. & Durand. in. 4. sentent. distin. 27. q. 2. quanuis contrariū teneat Angel. in. l. 1. §. remouet. ff. de postulan. & Hippo. in. l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. nume. 15. Nec erit puniendus sponsus, qui per vim sponsam de præsenti cognouerit, & rapuerit: nisi sponsam hanc præmeditantem, atque tractantem ingressum religionis, fraude & dolo per
11 vim cognouerit. Bald. col. fi. Saly. nume. 9. in. l. vnica. C. de rapt. virg. Ana. in ca. fin. col. pen. de raptori. Quo quidem casu adhuc opinor non esse locū pœnæ illius. l. vnicæ. sed hic erit mitiori pœna arbitrio iudicis puniendus. ex his, quæ in dicta. l. vnica. notat Hippo. col. pen. Illa enim lex in sponsa de futuro loquitur. quod patet ex præmissis in. c. 1. huius operis. & fatentur Docto. ibi. atq; ita illam. l. interpretatur Regia. l. 3. titu. 20. part. 7.

Imo

Imo forsan dici posset, dict. l. vnicam. in sponso etiam de futuro non debere ita stricte seruari: propter præcedentem tractatum, & promissionem matrimonij contrahēdi. Nam ex illa præuia coniugalis cōsensus promissione temperādus est illius legis rigor, consideratis cęteris ipsius actus cōtingentis circunstantijs: arg. eorum, quæ notātur in. d. c. penul. de raptori. Ex quibus etiā intelligēdum est, quod notāt Imol. Alex. Iason, & Ripa. in. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. dicentes maritum non esse puniendum si vxorem iam ab eo cognitā matrimonio cōsummato per vim rapiat, & cognoscat carnaliter: prius tamen quam matrimonium consummetur, puniendū esse sponsum, si propriam sponsam per vim rapuerit. Nec enim ita indistincte id procedit: sed secundum præmissa erit intelligendum.

Rursus & aliud considerandum est Regia lege præmissa, quæst. 52. est in Taurinis legibus: qua cauetur, dona-
12 ta ab spōso spōsæ de præsenti, ante solennes nuptias, pro parte dimidia ratione osculi sponsæ adquiri: si casu matrimonium non fuerit consummatū: quod antea sancitum fuerat in sponsis de futuro in. l. si ab sponso. C. de donatio. ante nupt. l. 3. titu. 11. part. 4. Et tamen si osculo præcedenti, per professionem religionis, ab sponsa donatariam factam matrimoniū dirimatur, neque consummari possit, adhuc opinor apud sponsam sic profitentem religionem, vel apud monasterium manere dimidiam illam donatorum partem, religionis fauore. ex Corneo consi. 228. 1. volum. qui ita respondet post Baptistam de sancto Seuerino. Idem Ioan. Lupi in dicta. l. 52. nu. 3. licet ipse in hac quæst. dubius sit in rep. rub. de donatio. inter virum, & vxorem. §. 3. huic autem opinioni, quam probauimus, accedit tex. in cap. vltimo. 19. q. 3. vbi decisum est ingratitudinem, ex qua poterat filius à parente exhæredari, per professionem religionis abolerī, quod Gratianus deduxit à Iustiniani Nouella cōstitutione. 123. titulo de ecclesiasticis diuersis capitulis: sicuti palam est apud Græcas, & Latinas Iustiniani Nouellas, quas Gregori. Haloander magno reipublicæ literariæ commodo typis excusit: vt non parū sit succensendum vulgatæ Authentīcorum editionis authori: qui ita perperam paragraphum illius nouellæ constitutionis, in Latinam linguam traduxerit: vt plane ipsius Iustiniani Cæsaris sensus omnino lateat: quod patet in auth. de sanct. episcopis. §. nullam. qui quidem titulus idem est cum eo, quem paulo ante ex Græcis nouellis citauimus. vnde etiam aduersus Altiat. li. 4. pare. c. 23. defēditur authoritas Gratiani, quē & nos in. c. rainuncius. de testa. nu. 20. à mēdacij crimine liberū esse probauimus ex authoritate solius Constātini Harmenopuli: nec tamen prædictā Iustiniani nouellā eo loco adduximus, quippe qui eius immemores fuimus, existimātes paragraphum ab Harmenopulo relatū illius fuisse nouellæ, quæ causas ingratitudinis cōmemorat: cum tamen ipse Harmenopu-

menopulus eũ deduxerit ex. d. cõstit. 123. & simul adiunxerit pluribus decisionibus quas ex.d. nouella causas in gratitudinis tractante, referebat.

Sunt etiam ex nostratibus, qui coniugium ratum ex consensu, nondum
13 tamen ex copula perfectum, existiment Romani Pontificis dispensatione, etiam quo ad vinculũ dissolui posse. Quorum primas obtinet glo. in.c. ex publico. de conuers. coniu. communiter approbata. vt ibi asserit Panor. idem in disputatione. 1. col. 3. & Præp. in. c. fi. de spons. duo. in fi. Deti. cons. 112. Feli. in. c. quæ in ecclesiarum. de cõstit. nu. 20. Hiero. Grat. cons. 1. nu. 31. 2. vol. & Ferdi. Loazes in tract. de matri. 2. dubio. in. 2. argu. pro parte affirmatiua. idem in tracta. de noua conuer. pagano. co. 33. Nec desunt ex theologis, qui huic opinioni subscribant: siquidem Sylueſt. verb. diuortium. q. 4. eam sequitur: & defendit Caieta. in opere. 27. qq. q. 25. ex canone. Cũ societas. 27. q. 2. Cuius litera apud Gratianum, à quo Caiet. assumpsit, legitur. Cum societas nuptialis ita est à principio instituta, vt præter commixtionẽ sexuũ, nõ habeant in se nuptiæ Christi, & ecclesiæ sacramentum. Ex quo text. damnat ipse Caiet. communem theologorum sententiam, qui post Magist. in. 4. sent. dist. 26. tenent: matrimonium etiam ante carnalem copulam significare coniunctionem Christi, & ecclesiæ: atque ideo indiuiduum vinculum esse. Verba autem Leonis Papæ, cuius est caput illud. cum societas aliter legũtur in ipsis epistolis. Extat enim inter epistolas Leonis Papæ primi eius epistola nonagesima. ad Rusticum Narbonensem vbi cap. 4. 1. Tomo conciliorum ita legitur. Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum cõiunctionem haberet in se Christi, & ecclesiæ sacramentum: non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium: cum qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Hactenus Leo Papa. Sed si cõsideremus Gratiani disputationem, quæ illum sensum exigit: vt matrimonium ante carnalẽ copulam minime significet coniunctionem Christi, & ecclesiæ: vti etiam apparet ex ipso. c. cum societas. & ex c. non est dubium. ead. causa. & q. Cuius litera extat apud Aug. dicentem. Non est dubium illam mulierem nõ pertinere ad matrimonium: cum qua commistio sexus non docetur fuisse, fatendum erit elegantiorem multo esse ipsam orationem apud Leo. epistolam quam apud Gratianum: cum dictio, præter, sit in prædicto textu prædictione, vltra, assumenda. Verũ hæc non probant adhuc Caie. opinionẽ: quippe quæ sint intelligenda quo ad matrimonium repræsentans coniunctionem Christi, & ecclesiæ per carnis assumptionem: non tamen sequitur ex hoc coniugium ante copulam non significare coniunctionem Christi, & ecclesiæ per charitatem, & dilectionem: & sic coniunctionẽ Christi cũ anima iusta: authore Magist. in. d. distinct. 26. quod & nos notauimus cap. 1. huius. 2. partis. Ex quibus apparet

ret non omnino conuincere in prædicto dubio Caieta. probationem. Vnde tutior, ac verior est communis opinio Theologorum, quæ probat matrimonium ratum nondum sequuta commixtione carnis, & sic nõ cõsum
15 matum, minime posse dissolui Romani Pontificis dispensatione. Cui opinioni potius, quam contrariæ patrocinatur Panormit. in dicto cap. ex publico. col. fi. quam & Ioan. Lupi. Segobiensis sequitur in tract. de matrimonium. 30. & Iacob. Almain. de potest. eccles. c. 15. optimus tex. in. c. vltim. de transact. atq; esse hanc opinionem apud Theologos communem ipse Caieta. fatetur. Qua in re non possum non mirari Ambrosiũ Catharinum, qui Caietani scripta satis acriter insectatur in hac opinione Caietano subscripsisse: quod ex eo constat lib. 6. cõtra Caiet. cap. 3. Hæc sane in hac quæstione dixerim, vt si quando in praxin ea inciderit, illud sit constitutissimũ, non esse matrimonium ratum, copu-1 la tamen minime consummatum, 2 Pontificis Summi dispensatione, & 3 authoritate qualibet ex causa dirimendum. Quanuis etenim illa sit 4 admittenda sententia, quæ hisce dispensationibus patrocinatur, mihi 5 profectò dubia satis, non erit tuta, nec 6 licita huiusmodi dispensatio, nisi ea maxime ex causa fiat. Nec me latet, 7 Paulum quartum summum ecclesiæ 8 Pontificem, Anno. M. DI. LVIII. hac vsum fuisse dispensatione quibus 9 dam ex causis, quas iustas esse, idem summus ecclesiæ præsul existimauit. idem paulo ante Iulius Tertius fecerat in eodẽ matrimonio: cũ sedi Apostolicæ præsideret. Hinc proculdubio reprobanda est assertio Socini. cons. 28. 1. volu. col. penul. dicentis Papam posse dispensare, vt matrimoniũ ratum, & carnali copula consummatum dirimatur quo ad vinculum, quẽ sequuntur Deti. in. c. quæ in ecclesiarum. col. 5. de constitu. Hierony. Grat. consil. 1. 2. volum. nume. 31. Sigismundus Lofredus consil. 50. num. 41. quorum opinioni optimo iure aduersantur Abbas in dicto. c. ex publico. in fine. Bald. in cap. lator. de re iudicat. Felin. in dicto cap. quæ in ecclesiarũ. nume. 23. nulla enim causa constitui, aut reddi potest, ex qua id, quod iure diuino, ac naturali prohibitum est, Romanus Pontifex permittere valeat. Tam etsi legem diuinam, & naturalẽ posse interpretari.

EX. S. SEQVENTI.

1 Sæuitia causa potest quo ad thorum matrimonium separari.
2 Præparatio veneni ad cõnatum occidendi dedicta, erit iusta causa diuortij.
3 Furor alterius coniugis præbet diuortio causam.
4 Hæresis crimen quo ad thorum potest coniugium separare.
5 Dos vxoris hæreticæ cui sit adiudicanda marito ne: an fisco?
6 Sodomiæ crimen iustam causam præbet dissolutioni matrimonij quo ad thorum: atque ibi tractatur intellectus. c. omnes causationes. 32. q. 7.
7 Sodomia vxoris non iam cum feminis commiscitur: & tunc qualiter puniatur.
8 Fornicationis causa dimitti potest vxor & e-
9 contrario maritus.
Vxor notoriè adultera, & ob id à marito expulsa, non restituitur ex interdicto vnde vi.

10 Spoliatus beneficio an sit restituendus obiecto sibi notorio tituli defectu?

11 Spoliato à coniugali consortio an sit statim danda restitutio, si opponatur notorium matrimonij impedimentum?

12 Maritus licet posit vxori notoriæ adulteræ negare coniugale debitum propria authoritate: non tamen potest eam à domo expellere absq; sententia iudicis.

13 Maritus propria authoritate vxorem adulteram expellens à domo, an adquirat dotem vxoris.

§. QVINTVS.

HACTENVS egimus de matrimonij solutione quo ad vinculum ipsum coniugale: nunc verò illud agendum erit, an matrimonium manente vinculo dirimi posit quo 2 ad mutuam cohabitationem. Qua in re plures contingere possunt casus: quibus iure Pontificio ex legis diuinę interpretatione deductis sit licita hæc separatio. Et primo sæuitiæ causa potest petere vxor separationem à marito, quo ad cohabitationem, si maritus non reddat sufficientem cautionē de non offendenda vxore. c. 1. vt lit. nō contest. c. literas. de resti. spoliat. quē tex. dicit esse singul. Abb. ibi. idem & Præpo. in c. 1. de diuort. Ioan. Lupi in c. per vestras. 3. notab. col. pe. de donatio. inter vir. & vxo. Hippo. in l. fin. C. ad. l. Corne. de sicar. col. fin. explicat Alex. cons. 78. in. 5. vol. ad idem l. consensu. C. de repud. Nam & vxor acriter, & inique à marito verberata, licet actione iniuriarum agere contra maritum non posit: ne is infamis efficiatur: potest tamen agere actione in factum, vt maritus puniatur. Ioan. Andre. in additionib. ad Specul. tit. de iniur. Alexan. in l. diuortio. §. si vir. 3. col. ff. solut. matri. notat & Catelli. Cott. in vltimis memoralibus. verb. actio iniuriarum. & dictione, vxor. Nec tātum est consideranda in hac causa malæ tractationis præterita sæuitia, sed & timor futuræ est aduertendus, vt etiam separationi locus sit. ex notatis in. d. c. literas. & subijcit optimū exemplum Aymon Sauillianus. consil. 31. quando inter virum, & vxorem esset grauis lis super maiori parte bonorū: coniectura enim potest tunc pręsumi futura sæuitia: ipsa personarum qualitate perspecta. Vnde etiam erit iusta diuortij causa, si alter tentauerit veneno alterum cōiugem occidere. notat Gerard. sing. 65. sensit Abb. in. c. quēadmodū. in fin. de iureiur. & in locis paulo ante adductis. & Hip. in l. vnica. col. pen. C. de rap. virg. & in dicta l. fi. probat tex. in. d. l. cōsensu. Hinc dicebat Bald. in l. 1. 2. col. C. commu. de legat. his casibus maritum cogendū esse extra propriam domum in loco honesto vxorem alere. Ex quo etiam scripsit Ancharr. consi. 408. maritum non posse accusare vxorem, quo ad amissionem dotis, si vxor ipsa à marito ob eius sæuitiam fugiens, adulterium commiserit. Cui opinioni cōsentit Ioan. Lupi in rubr. de donatio. inter virum & vxorem. §. 20. colum. 2. & §. 64. col. 2. & in rep. c. per vestras. 3. notabi. ad finem ipsius principij. qui vbique hanc opinionem Ancharr. intelligit, quando maritus ciuiliter accusat vxorem ad dotis amissionem. quo fit, vt forsan aliud sit dicendum, si vxor criminaliter à viro accuset, quod longius cōprobare possemus, si huic 5 tractatui conueniret. Caute igitur, & comiter oportet maritos tractare vxores. si enim vt natura, & ratio, & diuina perhibent oracula, vir est mulieris animus, pater, & caput, talis erit inter illos societas, qualis inter patrē, & filium: non cuiusmodi inter mancipium, & herum. quod eleganti oratione admonet Ludouicus Viues in libro de officio mariti. c. de elegenda vxore. ad finem. Nam & existimare debet maritus se vxoris socium esse: non dominum. quæ autem dicatur hac in re cautio sufficiens discretus iudex arbitrabitur, vt probat Panormi. in dicto. c. litera. num. 7. cui accedit Parisi. cons. 54. vol. 4. num. 36.

Secunda causa dirimendi cōiugium 3 quo ad thorum erit furor. Iuxta communem sententiam, quā Alexan. refert in l. si. cum dotē. §. si maritus. ff. solut. matri. col. fin. ab hac tamē opinione ipse Alex. post. glos. & Cuma. ibi recedit. Ego vero priorem sententiam sequor, quādo furor esset ita ardēs, ac vehemens, vt periculum esset cohabitare cum coniuge furioso: alioqui Alexan. opinio. verior est.

Tertia causa ex fornicatione spiritua 4 li cōstituitur. Nam si alter ex coniugibus hæreticus sit, vel in hæresim labatur, separari potest. matrimoniū quo ad thorū. c. 2. de diuort. c. fi. de conuer. cōiug. Ex quo Abb. ibi post Ioan. Andre. & Anto. ibidē, & Brixiensi in q. Vener. 86. dicebat vxorē dotem amittere propter hanc fornicationem spiritualem. Non tamen intelligas hanc 5 dotem viro etiam catholico adiudicandam fore: sed fisco. ita Cardi. in. d. c. fina. & Gonsal. de Valladiego in tracta. de hæretic. q. 15. nu. 9. quod probatur arg. tex. in l. quinq; legibus. ff. de bonis damnati. vbi in crimine læsę maiestatis fisco adijcitur dos vxoris, illud crimen committentis: igitur idē erit in crimine hæresis conuergentis de hęreti. qua ratione hoc idem tenet Alberi. in. d. l. quinq; legibus. & Reperto. inquisitorum. verb. dotes. illud sane erit & hic adnotandum: matrimonio ex hac causa separato, minime esse cogendum catholicum coniugem ad cohabitandum cum altero in hæresim lapso, etiam si is pœnitentia ductus ad ecclesię gremiū redierit, sicuti aduersus gl. Abb. expresim notat in c. vlt. de conuers. cōiu. & in. c. de illa. de diuort. per tex. ibi. cuius opinioni optimis rationibus accedit Alfon. à Cast. de iusta hæret. punit. lib. 2. ca. 7. qui hoc ipsum intelligit, quādo catholicus ab hęretico discesit, pręmisso iudicio ecclesiæ, quę ipsum hæreticū esse declarauit: quod si propria authoritate catholicus ab hęretico diuerterit, cogendus erit alteri pœnitenti debitū reddere, ac cætera matrimonij iura: nec tamē est ad hoc necessaria peculiaris diuortij sententia per text. in. c. vlti. de hæret. & in. d. c. de illa. & c. vlt. de conuers. coniug. quæ quidem iuris canonici decisiones, vt præmissi intelligendæ sunt.

Quarta causa hęresis crimini non in iuria

iuria adiungi potest eo quod ex nefan
6 do crimine oriatur: cum propter scelus contra naturam, vitio Sodomitarum perpetrarunt, peti possit coniugij diuortium quo ad thorũ. c. omnes
7 causationes. 32. q. 7. qui tex. descriptus fuit per Gratianum à Hiero. in episto. ad Amandum. 3. epistolarum Tomo. vt obiter lectorem admoneam falso in vulgatis decretorum codicibus tribui dictum canonem Hieron. ad Damasum. Nec eius litera syncera est apud Gratia. siquidem dum ibi scribitur matris præstationem: in emendatis Hiero. epistolis legitur. matris persuasionem. ex quo tollitur glo. ibidẽ inconcinna expositio. Sed hanc quartam diuortij causam legitimam esse asserunt Cald. Ant. Abb. & Ana. in c. maritis. de adul. Sylvest. verbo, diuortium. q. 7. quorum opinio communis est. vt fatetur Abb. in. d. c. maritis. & Barb. cons. 64. in. 1. vol. & Lamber. de iure patrona. 1. part. 2. lib. q. 9. ar. 18. in fin. Cui opinioni etiam adhæret Chassane. in consuet. Burg. rub. 7. §. 3. vers. primo quæro. nume. 6. licet Innoc. in. c. 1. de adult. & gloss. in. d. cap.
8 omnes. & Aluarus Pelagius de planctu eccles. li. 2. arti. 2. col. 5. dissentiant: contra quos adest Hierony. recte intellectus in. d. episto. & apertissime Diuus Ambro. 1. ad Corinth. capit. 7. dum dicit, aut vsum quærat vxoris inuertere: quibus verbis innuit posse vxorem petere separationem matrimonij, quo ad thorum, si fuerit à viro tentata ad vsum contra naturam. quod etiam Barba. asserit in. d. consil. 64. 1. volumi. quẽ sequitur Deti. in. l. 1. nu. 8. C. de secund. nupt. Nam & illud cõstat, crimen Sodomiæ, etiã cum fœminis, & flagitiose committi, quem-
7 admodũ probat Hieron. Paulus in practica Cãcellariẹ. fol. 40. probat tex. in ca. vsus. 32. quæst. 7. notat optime Cardi. in Clement. vnica. quæst. 13. de consang. & affi. Deti. in. d. l. 1. C. de secun. nupt. & Altia. lib. 10. parg. c. 11. addit tamen hoc crimen non puniri pœna ordinaria, qua cõmissum cum viris puniretur. quod ipse falsum esse censeo. quando crimen hoc nefandũ vir cum fœmina eo cõmiserit modo, quo cũ viris solet à Sodomitis perpetrari: nec enim minus est scelus istud: imo vera Sodomia. Quod si fœmina viri officio fungẽs aliam subegerit fœminam admitti sane poterit Altiat. & Mariani, quem ipse refert, opinio: tametsi Saly. in. l. fœdissimam. C. de adult. & Boerius decisi. 316. col. vlti. existiment hoc crimen vti propriam Sodomiam puniendum esse.

Quinto huic diuortio causam præbet fornicatio carnalis, ex Dei optimi
8 maximi elogio Matthæ. 19. dicentis. Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. ergo licet vxorem dimittere causa fornicationis, & id iura canonica passim referũt. ca. ex parte. C. de sponsal. cap. significasti. cap. ex literis. cap. gaudemus. de diuort. cap. intelleximus. cap. fina. de adult. cap. tuę. de procurat. l. consensu. C. de repud. Est tamen necessarium iudiciũ ecclesiæ ad hanc separationem constituendam.

dam. cap. plerunq;. de donat. inter vir. & vxor. cap. porro. de diuort. quibus uribus probatur maritũ propria authoritate vxorem adulteram dimittere non posse. Si tamen adulteriũ esset
9 notorium, posset vir propria authoritate ita expellere à se vxorem, vt expulsæ nequaquam competat interdictum vnde vi, nec recuperandæ possessionis. capit. significasti. de diuort. gloss. in cap. fi. de adulte. Regia. l. 8. tit. 2. part. 4. quod cõprobari potest ex eo quod agẽti interdicto vnde vi in matrimonio, & sic petenti se spoliatũ restitui, obstat exceptio deficientis iuris, si notoria sit. vt notat Præp. in capit. 2. 3. quæstio. 1. Imol in capit. ex conquæstione. de restitu. spoliat. & Guil. Cassador. deci. 3. tit. de rest. spoliat. tex. optimus in cap. literas. eodem titu. ex quo Abb. ibi notat vxorem spoliatã minime esse restituendã si probatio cõsanguinitatis in continenti offeratur. Si enim fieret restitutio, & sequeretur carnalis copula, mortaliter peccaret is, qui sciens matrimonium non valuisse, debitum redderet. Ob euitandum ergo hoc mortale peccatum non est restitutio cõcedenda quo ad carnale commerciũ, si impedimenti probatio in continenti offeratur. quod Alexãd. notat in. in. l. naturaliter. §. nihil. 5. fallẽ. ff. de adquirẽda possessiõe.

10 Nec mirum, nam spoliatus ecclesiastico beneficio nequaquam est restituẽdus, si aduersus eum notorius defectus tituli objiciatur. ex cap. ad decimas. de restitutio. spoliato. in. 6. notat Innocentius in cap. constitutus. de filijs presbyte. Abb. & Aretin. in cap. si cõstiterit. de accusat. Anto. & Franc. in cap. bonæ. de appellatio. 7. differentia. Præpo. in dicto capit. 2. 3. quæstio. 1. Imol. & Abb. in cap. in literis. de restitutio. spoliato. nume. 11. & 28. idem Abb. in cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propriet. colum. 5. & Henric. in ca. cum venissent. de institutio. quorum opinionem asserit esse communẽ Cassador. dicta decis. 3. qui eam sequitur, & notat Ludo. Gomez in regu. de annali. poss. quæ. 58. Nec me latet eundem Gomez in reg. de non iudican. iuxta form. q. 5. asserere, quandoq; in prætorio Rotæ hanc Inno. sententiam reprobatã fuisse. Nec desunt iura, quibus reprobari possit. Nam & in beneficio ecclesiastico prædo est restituendus. c. in literis. de restitu. spoliato. Cui tamen respõderi potest, nõ procedere quando in iudicio constaret spoliatum esse prædonem: tũc etenim restitutio omnino negari debet. secundũ Innocẽ. & Imol. ibi. & Corsi. in tract. de excellẽtia Regis. q. 72. Nec oberit Abb. interpretatio, dum illum text. intelligit: etiam si constet in iudicio spoliatum esse prædonem: quia id locum habet in cæteris rebus: non tamẽ in ecclesiasticis beneficijs. vt ibi notat Ioan. de Imola. & sensit optime Oldra. consi. 1. quamuis & in cæteris rebus temporalibus quarum restitutionem spoliatus petit, fit restitutio denegandã, si constet notorie in iudicio: si mul spoliantẽ in eis ius habere: ad spoliatum vero minime eas pertinere. ex eodem Imol. in. d. c. in literis. post Anto. &

to.& Abb.ibi col.4. gl.& cõmunem in.d.c.ad decimas.in quo non ſatis mihi placet Panormi.in.d.c.in literis.nu. 28. dicens reſtitutionem beneficij eccleſiaſtici impediri,etiam in cauſa ſpoliationis, ſi confeſtim offerantur paratæ probationes defectus tituli in ipſo petente reſtitutionẽ.citat text.in dict. cap.literas.quem ego intelligo, quando ex reſtitutione immineret mortale peccatũ ipſi reo,ne quis à iudice cogatur mortale crimẽ cõmittere: vt in cauſa matrimoniali.Vnde Anto.in.d. c.in literis.conſtanter aſſeruit,reſtitutionem in beneficijs minime negandã,ſi notorius defectus non opponatur,etiam ſi in continenti, atq; ſtatim offerantur probationes paratæ.

His tamen, quæ de matrimonio dixi-
11 mus obeſt inſignis text. in.c.porro. de diuor.Ex quo gloſ.in.c.ex conquæſtione.de reſtit.ſpoliat.dicebat, coniugem ſpoliatum reſtituendum eſſe ad coniugale conſortium, etiam ſi opponatur exceptio conſanguinitatis notoriæ.Cui obiectioni reſpondent Abb. in.d.c.porro.& Imo.in.d.c.ex cõquęſtione.atq; Lanfranc. in rubr. de cauſ. poſſ.& propri.colũ.5. non eſſe in cap. porro.ſtatutum reſtitutionẽ, data notoria conſanguinitate, concedendam fore:ſed id tantum prohiberi,ne mari-
12 tus propria autoritate vxorem à ſe expellat, etiam ſi notoria ſit conſanguinitas.Sed hoc non conuenit: quia maritus poteſt vxorẽ expellere propria autoritate propter notoriam fornicationem.ſicuti cenſet gloſ.in dict.cap. fin.de adulter. quam modo probauimus.Hinc Iaſ.in dict.§. nihil commune. nume.46. nouiter,vt is exiſtimat, conatur interpretari prædictum text. in cap.porro.dicens exceptionem notoriam non eſſe cõtra agentem ratione ſpoliationis,admittendam,ſi concernat ipſam proprietatem: ſed tunc demum vere obſtare,quando concernit ipſam poſſeſsionem,vt in.c.ſignificaſti.eod.tit. quod de exceptione fornicationis loquitur, quæ ipſam cohabitationem thori impedit: & ſic poſſeſsionem coniugij.Verum ſi Iaſ.optime penſaret, quæ paulo ante tradidimus,aperte vidiſſet,etiam conniuentibus oculis,exceptionem notorij defectus in ipſa proprietate,obeſſe agẽti interdicto vnde vi: maxime in his ſpiritualibus. Nec Iaſ.fuit huius concordiæ primus autor:ſiquidem & Prepo.in Summa.3.quæſt.1. ante ipſum Iaſ. aperte ita prædicta iura intellexit. Quo fit, vt Abb.& Imol. ratio mihi potius arrideat,quo ad ipſa mutua obſequia coniugalia:non enim abſq; iudicio eccleſiæ debet quis vxorem ab eius conſortio expellere,etiam ob notoriam conſanguinitatem,ſeu notoriam fornicationem: licet poſsit coniugale debitum ei negare: quod etiã liceret propter occultum adulteriũ, vt docet Abb.in.c.fi.de adult. & in.c. ex parte.C.de ſponſa.Thom.in.4.ſenten.diſtin.35.arti.3.& Palud.in.4.ſenten.diſtinct.27.q.4.arti.2. & diſtin.35. queſ.1.art.4. Qua in re mihi diſplicet Abba.opinio,qui poſt gloſ.in dict.c. fi.& alios,quos ipſe allegat, aſſerit,ob notoriam fornicationem vxoris licere

re

re marito propria autoritate expellere à domo vxorem.Nec enim conſtat ex iuribꝰ ab eo adductis id licere: imo contrarium notat Anto. in. d. c. fi. & gloſ. in.c.1.32. q.1. Nam & Thom. d. art.3. ſcribit maritum nõ poſſe ſibi ius dicere, quo ad ſeparationem cohabitationis:& idem aſſerit Sylueſt. verb. diuortium. q.8. Poteſt autem opinio Abb.& gloſſ. procedere, quando vel vxor eſſet in iudicio crimen confeſſa, vel publice cũ adultero cohabitaret. ex gloſ. in dict.c.1.32.q.1. Non tamen ſequitur ex his reſtitutionem omnino concedendam eſſe,data cõſanguinitate,vel fornicatione notoria,etiam ſi maritus temere,& abſq; iudicio eccleſię expellat vxorem à ſe.Nec dictis iuribus conuenit alter Panorm.intel-
13 lectus, dum fatetur reſtitutionem faciendam quo ad mutua obſequia: nõ tamen quo ad carnalem copulã, quia ex cap.ſignificaſti.conſtat, nec ad obſequia reſtituendum eſſe ſpoliatũ coniugem, exiſtente notorio iuris defectu. licet Franciſ. à Ripa in dict. §. nihil.nume.34.ad hunc vltimum Abb. intellectũ declinet. Hinc apparet minime admittendum eſſe,quod nouiſſime Coraſi.ſcripſit in.§.nihil commune.num.10.& in lib.2.Miſcel.cap.2. dicens etiam in matrimonio reſtituendum eſſe coniugem ſpoliatum: non obſtante notoria cõſanguinitate:non enim licet tunc marito propria autoritate vxorem à ſe abijcere: denegandã tamen eſſe reſtitutionẽ,ſi notoria fornicatio opponatur:quia propter eam marito licet propria autoritate vxorẽ expellere à domo, quo caſu ſpoliatio ſit iuris autoritate, & ideo non datur reſtitutio. hic etenim intellectus ex prædictis improbatur. Quibus & illud addendum eſt non eſſe vxori agẽti ex ſpoliatione negandam reſtitutionem,etiam ſi maritus fornicationem objiciat,& offerat eius probationes ſtatim paratas. Quamuis etenim tũc fiat reſtitutio, non ſubit ipſe maritus periculum mortalis peccati, ex carnali coniunctione. vt ſuperius docuimus ex Caieta. Tametſi Diuus Thomas in.4.ſententia.diſtinctio.35.articu.3.teneat reſtitutionem in hoc caſu negandam eſſe.

Cæterum etiam ſi maritus vxorem adulteram, nec tamen manifeſti facinoris ream, propria autoritate expu-
13 lerit, dotem amittit vxor: & eam ex adulterio vxoris lucratur maritus: agenti enim vxori ad dotem obijcere poterit vir fornicationem ab ea ante expulſionem commiſſam. quamuis Abb.in cap.plerunq;. de donat. inter vir.& vxor.hoc intelligat,quãdo maritus ob notoriã fornicationem vxorem eieciſſet: non tamen video, quo ad dotem exceptione fornicationis defendendam congruam differentię rationem.Nam maritus excipiendo, fornicationem vxori obijciens conſequi debet dotem, & alia ſimilia,vt notant Anania in dicto capit. intelleximus.Præpo.in cap.ſignificaſti.in fine. de diuort.& Pariſi. conſil.54. volumi. 4.colum.vlti.

EX §. SEQUENTI.

1 Vxor etiam putatiua propter adulterium dotem amittit.
2 Vxor propter adulterium perdit arras atque paraphernaꝰ
3 Osculum alijquè tactus impudici an inducant adulterij probationem?
4 Dos vxore adulterium committente, cui adiudicanda sit.
5 In accusatione ciuili adulterij, pariter iudicantur vir & vxor.
6 Lite etiam contestata vxor potest obijcere viro, accusanti eam ciuiliter, exceptionem paris criminis.
7 Maritus an possit accusare vxorem de adulterio, si illius criminis conscius eam cãnaliter cognouerit.
8 Iudex ecclesiasticus solus est competens in lite, super diuortio etiã ratione adulterij, tractanda.
9 Hæredes mariti, an possint accusare vxorem de adulterio?
10 Vidua stuprum committens, an pœna adulterij punienda sit?
11 Intellectus ad. l. si vxor. vers. quamuis. ff. de adulter.
12 Vidua stuprum committens amittit ex Regia lege dimidiam lucrorum partem.
13 Vxore à viro dimissa ex causa fornicationis, an possit vir aliam priori viuente, vxorem accipere.

§. SEXTVS.

1 VXOR vero adulterium cõmittens dotem amittit, & ea viro lege adiudicatur sententia iudicis sequuta. tex. in. c. plerunq;. de donat. inter vir. & vxor. l. cõsensu. C. de repud. etiam si vxor sit putatiua: non tãtum vera. glos. in dict. cap. plerunq;. quam ibi esse singul. scrisit Abb. & eam sequuntur Henric. Collect. & alij communiter. vt ipse Abb. Anto. & Præp. fatentur. idem asserit Bald. Nouell. in tract. de dote. par. 11. §. hactenus. num. 36. dicens hãc opinionem cõmunem, quam Bart. probat in. l. si vxor. §. plane. ff. de adult. Paul. consil. 147. in. 2. volumi. & probatur Regia. l. 81. Tauri. licet glos. in dict. l. consensu. contrariũ teneat, quam putat esse singul. Barb. in cap. 1. vt lit. non contest. nume. 63. eam sequutus propter tex. egregium. in dict. l. si vxor. vers. sed si ea. quo tex. vxorem putatiuã maritus iure extranei accusat non iure mariti: igitur nõ consequitur dotem. Hæc tamen argumentatio non satis applaudet: quia & si iure extranei accuset, quia maritus est, dotem sibi vendicat ex lege.

Amittit deinde vxor adultera arras, atq; paraphernaꝰ glos. in dict. cap. plerunq;. quam dicit singu. Roma. singu. 311. Ias. in. l. 2. ff. solu. matrimo. & idem in rubri. C. de iudic. Hippo. in. l. pater marito. num. 3. ff. de quæstio. & sequitur eam Gerard. singul. 48. quamuis Abb. & Præpo. in dict. cap. plerunq;. contendant, hanc opinionem iure nõ probari. Sed communi opinioni accedit, quod adquisita matrimonio constante, quæ Regio iure cõmunia sunt viro & vxori, amittit ipsa vxor propter adulterium. l. 4. titu. 4. lib. 5. in ordinat. reg. Ioan. Lupi. in repeti. rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 10. col. 1. aduersus vero opi. communem obstat fortis tex. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas. collatio. 8. vbi non existentibus filijs, propter adulterium ex bonis, quæ præter dotẽ & donationem ante nuptias, vxor habet, vir adquirit quantum æquiualet tertiæ parti dotis, quem text. Roma. notat in. l. Lucius. ff. solut. matrimo. & Guiliel. Mayne. in. l. in ambiguis pro dote.

3 dote. ff. de regul. iur. num. 205. Nec illud omittendum est, non tantum ob adulterium vxorem dotem amittere, & priuari consortio coniugali: sed & propter osculum. Bald. in cap. tuæ. de procurator. glos. in. l. 1. ff. de vari. & extraordi. crimi. & in cap. non oportet. 81. distin. & in cap. nec aliqua. 27. quæstio. 1. text. in cap. 1. quibus mod. feud. amitt. Ioan. Lupi in rubr. de donatio. §. 78. num. 10. Ripa. in rub. de iudic. colum. 3. Curti. Iunii. in rubr. C. de eden. Egõ vero id expeditum habeo, feudatarium beneficio priuari, si per lasciuiam ausus fuerit osculari vxorem dõmini, quod in dicto. c. 1. probatur. alijs vero casibus Bald. sententiam probarem ad effectum, vt ex osculo coniectura sit assumenda adulterij, sicuti Altiat. explicat. lib. 4. pareg. c. 10. Deti. in rub. de iudic. col. 1. dicens ipsam vxorem ab hisce adulterij pœnis immunem fore censendam, si probauerit intra osculi fines stetisse, neq; vltra progressam fuisse. Nec ab hac opinione dissentiunt glos. prædictæ: cum dixerint, oscula esse argumenta adulterij: idem probat glo. per tex. ibi. in. c. dixit dominus. 32. q. 1. & ita intelligendus est tex. in. c. maritis. de adult. ex mente Ananiæ & Docto. ibi. non enim potest vere dici, fœminam adulterij reã esse ex sola suspicione, ita vt suspicio illa pro crimine adsumatur: bene tamen pro iudicio, & argumento adulterij, ex quo vehementer suspecta sit: eaq; suspicio violenta arbitrio boni viri, vel indubitata existimetur. Iuxta tex. in. c. ex literis. & c. sequenti. de præsumpt. Feli. in. c. afferte. eod. tit. Aret. Alexan. Soci. & Ias. in. l. 1. num. 12. ff. si cert. peta. Hippo. in rubr. C. de probatio. num. 238. text. ad id, in cap. præterea. de testib. Ex his vero præsumptionibus quãdoq; fertur in ciuilibus diffinitiua, & ordinaria sententia: quandoq; etiam in criminalibus. arg. l. vlt. C. de probationib. quæ de indicijs indubitatis loquitur. Vnde in hac quæstione licet Nicolaus Bellonus in rub. C. de edendo. num. 81. scribat opinionem Bald. communem esse: addit tamen, ex amplexibus, & osculis tantũ, non posse fœminã conuinci de adulterio, etiam ad effectum, vt dote priuetur: quamuis ex his actibus grauis deducatur adulterij præsumptio: qd ipse late ibi disputat. nu. 62. Cæterum hac in re libenter adnotabo, impudicam vitam agere eam fœminam, quę amplexibus, osculisq; virorum vtitur, aut inhonestos tactus sponte patitur: eaq; ratione subinferam, legatũ amittere sibi relictum sub cõditione, si pudice ac honeste vixerit: quod Bald. respondet cons. 207. vol. 4.

Sed & hæc quæ de amittenda dote diximus, ita accipiẽda sunt, vt locum habeant, quando maritus vxorẽ accu
4 sat ciuiliter: nam si criminaliter, aliter dos diuiditur à lege, authẽ. sed hodie. C. de adulter. nec viro applicatur. Iuxta opinionem, quam Imo. & Alex. fi. col. post alios sequuntur in. l. cum mulier. in. 1. ff. solut. matrimo. Lege vero Regia. 15. tit. 17. par. 7. etiam si maritus criminaliter accuset, dotem, & arras, consequitur, non extantibus liberis.

Cæterum ſiue maritus accuſet criminaliter, ſiue ciuiliter, ſi ex eo matrimonio liberi extiterint, bona adulterę cõſequuntur poſt obitum illius cõiugis, cui à iure dantur. tex. in authen. vt liceat matri & aui. §. ſi vir de adulterio. &. §. quia vero plurimas. gloſ. inſignis in. c. 1. vt lit. non conteſta. Regia. l. 1. ti. 7. libr. 4. fori. Nec imputantur filijs in legitimam, quam ex bonis ipſius qui bona illa propter adulterium adquiſiuit, habituri ſunt. Bald. & Barb. in dicto. c. 1. num. 64. ex prædictis iuribus. Nec maritus illa libere capiet niſi proportione, quæ cuilibet filio prioris matrimonij obuenerit. Bald. in. l. hac edictali. col. 2. C. de ſecun. nupt. & ibi Stepha. Bertr. nume. 36. Cremenſ. ſingul. 86. ac Ioan. Lupi in dict. rub. de donat. §. 20. In hac tamen accuſatione adulterij quo ad ſeparationẽ tori, & amiſſionem dotis ita pares exiſtimantur à iure vir & vxor, vt vir repellatur ab accuſatione, ſi ei obijciat vxor fidem cõiugij fornicatione violaſſe. ca. intelligimus. de adult. c. 1. vt lit. non conteſt. vbi Abb. dicit, ſecus eſſe ſi marit' vxorem accuſet criminaliter. l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter. Paul. conſ. 402. 1. vol. Ange. de malefic. verb. che may adulterato. Ioã. Lupi in. d. rub. de donatio. §. 20. ſenſit Abb. in. c. 1. de iureiu. Vxor tamen non poteſt maritum ob adulterium accuſare criminaliter. l. 1. C. de adulte. & ibi gloſ. & Saly. Ioan. Lupi in dict. §. 20. Hipp. in. l. patre vel marito. ff. de quæſtio. num. 11. Ex quibus cõſtanter aſſerit Paul. dict. conſ. 402. 1. volu. vxorẽ excuſari ab accuſatione adulterij ciuili, ex eo q̃ maritus concubinam habuit. idem notat Hippo. in dicta. l. patre. nu. 14. Imo lata ſententia diuortij ob adulterium vxoris, ſi ipſe vir fornicetur, cogitur vxorem in conſortium coniugale admittere. text. ſingu. ſecundum Abb. ibi in. c. ex literis. de diuor. glo. Anch. Anto. & Anania. in. c. fin. de adulte. vbi Abb. & in dict. cap. ex literis. dicit hanc opinionẽ eſſe communem. Brixi. idem probat in q. dominicali. 34. & Præpo. in dict. c. ex literis. fi. col. quorum opi. communis eſt, vt aſſerit Feli. in. c. lator. nu. 9. de re iud. eam ſequutus. contra glo. in cap. apoſtolus. 32. q. 7. & Abb. in dict. c. fi. qui voluit, primam opi. procedere ex officio iudicis non ipſa vxore petẽte. Sed æquiorem eſſe communem aſſertionem notat Guili. Maynerius. in. l. in ambiguis pro dote. ff. de regul. iur. num. 207. Ex quo deducitur, vxorem poſſe poſt litem conteſtatam viro accuſanti obijcere exceptionẽ patris criminis, etiam ante litem cõteſtatam commiſsi. Abb. in dict. cap. fi. & ſi Ioan. Lupi. in dict. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. col. 2. contrarium teneat, quem refert, & ſequitur Andreas ab Exea in rub. ff. de pact. nume. 377. per. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adult. qui tex. hac in re minime concludit: ſicuti nec. l. 7. tit. 17. par. 7. quia loquuntur quo ad repellendũ maritũ ab accuſatione criminali. quo caſu exceptio vxori cõpetens ad maritum excludendũ à iudicio, eſt opponenda ante litem cõteſtatam. Imo poterit vxor ob fornicationẽ mariti agere ad tori ſeparationem: & ad dotis reſtitutionem. cap. 1. & ibi Abb. Imol. & Barb. in cap. 1. vt lit. non conteſt. tradit late Soci. Iunior conſil. 32. vol. 2. col. 1. quin & poterit libellus ille admitti, quo vxor agit contra maritum ad reſtitutionem dotis ob adulteriũ, & inopiam ipſius viri. De ti. conſil. 212. Duramque nimis eſſe legem: quæ fornicationis cauſa virum & vxorem diſpares fecerit: conquéritur feſtiue Syra Anus apud Plaut. in Mercatore.

Verum ſi maritus ſciens vxorẽ eſſe adulteram cum ea carnaliter coierit, mores tuus approbare videtur, atq; ei ignoſcere. gloſſ. ab omnibus recepta. in capitu. fina. de adult. eſt tamẽ intelligendi quo ad cõmiſſa crimina: non quo ad committenda. gloſ. & Præp. in dict. cap. plerumque. Ioan. Lupi. in. c. per veſtras. §. 9. num. 18. Regia lege. 9. tit. 17. part. 7. In quo duo fugienda, ac reprobanda ſunt. Primum quod Saly cet. in. l. quoniam Alexandrum. C. de adulter. ſcribit, in dicto caſu, nec commiſſa crimina poſt primi adulterij indulgentiam, à marito accuſari poſſe. pro quo adduci ſolet tex. in cap. de Benedicto. 32. quæſtio. 1. ibi. Nullum eidunt axat ſimile committenti periculum allaturus. Is enim text. iudici eccleſiaſtico conſulit, vt à viro, qui adulteram vxorẽ denuo receptat, cautionẽ exigat, ne eam occidat, ſi forſan in adulterium relabatur. Vnde non negat viro ius accuſandi crimẽ, poſt prioris adulterij remiſsionem cõmiſſum. Cui interpretationi mire ſuffragatur Triburienſe Conciliũ. cap. 46. Cuius verba ſunt. Si cuius vxor conſtuprata fuerit, & ꝓpterea maritus capitali ſententia delere illam machinauerit: ipſa vero vrgente mortis periculo, ad epiſcopum confugerit, & auxilium quęſierit, operoſiori, ſi poteſt, epiſcopus labore deſudet, ne occidatur. Si vero nõ poteſt, nullo modo liceat ei requirenti eam reddere viro ad occidendum, quæ ſe ei obtulit ad defendẽdum: ſed ſolerti cura trãſmittet eam ad locum, quem ipſa delegerit, vt ſecura viuere poſsit. Si vero interdum maritus eam inuenerit, & repetierit, ſecundum ſeculum poteſtatem habuerit, quid agere ei velit: ſed audiat ſanctũ Auguſt. dicentem. Cum enim vir à virtute nomẽ accipit, & mulier à mollicie, ideſt fragilitate, quare contra crudeliſsimã libidinis beſtiam vult vnuſquiſq; vxorem ſuam eſſe victricem: cum ipſe ad primum libidinis ictum victus cadit? Nam quicquid contra fidem catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si eadem mulier timore perterrita à loco, vbi eam epiſcopus deſtinauit, aufugerit, & vir eius ab epiſcopo ſemel aut bis, vel ſæpius repetierit, ſi vitam ei obtinere poſsit, perquirat, & reddat: ſin autem omnino nõ reddat. Hactenus Triburienſis Synodus. Secundum, quod in prædicta quæſtione eſt improbandum, à Ioan. Lupi. aſſertum reperio. in dict. §. 9. nempe maritum poſſe primum delictũ ad iudicium deducere, ſi vxor ſibi reconciliata, in crimẽ adulterij incidat. Id enim falſum eſt, ſiquidem primum crimen deferri non poteſt ad iudicium: ſed tãtum

tum istud nouũ delictum. Nam illud primum iam est extinctũ remissione, & indulgentia mariti. cap. de his. vbi not. de accusat. & in. l. transigere. C. de transactio. quibus locis traditur, crimen semel transactione, vel remissione accusantis extinctum, non posse ab eodem ad iudicium adduci.

Huius autem controuersiæ, qua inter cõiugatos agitur de diuortio, quo
8 ad thorũ propter fornicationẽ, solus ecclesiasticus iudex legitimus est, iuxta communem nostratũ opinionẽ, quam refert Deti. cons. 212. licet ipse hanc causam ad vtrunq; forum mistim pertinere credat. quod ego non admiserim: cum hic tractetur de coniugali cohabitatione dissoluenda. Sic sane, etiam si Ioannes Rupellanus lib. 1. Forens. instit. Galliæ cap. 25. communem sequatur hoc adijciens, posse iudicem secularem tractare ac definire litem, vbi vxor agit aduersus virum, vt propter lepram, qualis sit percussus: ab illo liceat ad tempus diuertere. Ego existimo, & de hac controuersia iudicem ecclesiasticum cogniturum esse. Igitur laicus iudex minime tractabit causam matrimonialem, quanuis ad thori separationem ob adulterium agatur. Nec decet secularem iudicem hac in lite ius dicere. vt probat distinctio tex. in. c. accedens. de procurat. & Reg. l. 2. titu. 9. par. 4. Cæterum hoc in loco dubium egregium se offert, an vidua committens stuprum
10 dotem amittat, aliaq; bona, quæ proculdubio amitteret, si viuente marito fornicaretur. Qua in re, quo facilius, percipiatur, tria notanda sunt.

Primum, vxor, quæ marito viuente adulterium commisit, quo ad viri notitiã peruenit, ab eius hęredibus accu
9 sari non potest, ad amissionem dotis. text. in. l. rei iudicatæ. vers. hęredi. ff. solut. matrim. vbi Bart. hoc notat, & dicit ibi esse cõmunem opinionem Alexand. col. 1. idem Anto. Abb. & Præp. in. d. cap. plerũq;. & Ias. in. l. sororem. C. de his qui. vt indig. in fine.

Secundum, vxor viuẽte marito, eo tamen ignoraute adulteriũ cõmittens ab eius hęredibus ad amissionẽ dotis accusari potest. ita Cinus in. l. fi. C. de reuocan. donatio. Roma. in. d. l. Rei iudicatæ. §. hæredi. vbi Areti. col. fina. Hippo. in. l. vnica. C. de rap. virgi. nu. 67. Præp. in. d. c. plerunq;. col. 2. Andre. Tiraquel. in. l. si vnquã. C. de reuocã. donat. vers. susceperit. nu. 176. Abba. in. c. vlti. 3. col. de donat. post. Ancha. ibi qui cõmuniter recepti quo ad illius capitis decisionem hanc opinionem asserunt: quibus & Ripa accedit dicens eorum sentẽtiam communem esse in. l. fina. C. de reuo. donat. quæst. 61. Et quanuis Bald. & Imola. in dicta l. rei iudicatæ. idem Bald. cons. 182. 3. vol. contrarium teneant. prior tamen opinio in praxi seruabitur ex Alexan. in dict. l. rei iudicatæ.

Tertium, vidua marito mortuo stuprum cõmittens perinde dotem amittit, ac si marito viuẽte adulterium cõ-
10 misisset. ita Paul. Castrens. notat in. l. fideicõmissum. C. de fideicõmis. idem cons. 147. 1. vol. Præpo. in. d. cap. plerunq;. 3. col. Ias. in. l. 2. num. 6. ff. solut. matrimo.

matrimo. idem Paul. Castrensis in. l. sororem. C. de his qui. vt indig. Hipp. in dict. l. vnica. nu. 53. Feli. in. c. pastoralis. de iudic. Gerar. singul. 48. Ioan. Lupi. in rub. de donatio. §. 67. num. 6. Hipp. singul. 416. Maritus enim sicut offenditur ex adulterio matrimonio constante cõmisso: ita ex fornicatione eo mortuo ab vxore perpetrata, iniuriam patitur. Barto. in. l. penulti. C. de adult. Sed Paulo Castrens. refragatur Alexand. in dict. l. sororem. dicens, viduam ex hac fornicatione dotem non amittere, nec accusari posse, quia id nullo iure est statutum. idem notant Ias. in dicta. l. fideicõmisum. Guiliel. Mayne. in. l. in ambiguis pro dote. nu.
11 208. ff. de regu. iur. & Deti. in. d. c. pastoralis. pro hac opinione adducẽtes tex. in. l. si vxor. vers. quanuis. ff. de adult. vbi Iuriscõsultus, in vidua, censet, stuprum impune committi: loquitur tamen in vidua meretrice, & quo ad impunitatem illius, qui cum ea fornicatur: non quo ad ipsam viduam: ex notatis per Hippo. in sing. 150. Tametsi aliter illam legem intelligat And. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 40. nam in dicta l. vulgarem vxorem interpretatur ex his authoribus, quos ipse adducit nõ meretricem: vt Accurs. & Doctor. in-
12 telligunt, sed ex aduentitio vulgo: nõ ciuem Romanam. eiusdem sententię est Catelli. Cotta. in vltimis memora. dictione, meretrix. quin & Bud. in. d. l. si vxor. vulgarem vxorẽ plebeiam interpretatur. quorum interpretatio licet congrua sit: non tamen omnino Accursianam tollit: quia vxor vulgaris etiam dici potest meretrix. Ex Ouidio. lib. 4. Fastorum.

Numina vulgares Veneris celebrare puellæ

Eo quòd corpus vulgauerit, vel ex more, quo meretrices apud Ædiles licentiã stupri vulgarẽt. authore Tacito lib. 2. cuius Alciat. meminit. d. c. 40. Hinc & Valerius Maximus libertinã quandam meretricem, vulgarem appellat li. 6. c. 3. Nec aliter, inquit, Quintus Antistius vetus repudiando vxorẽ quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentẽ viderat. Verum opi. Alex. probat tex. in authen. de restitu. & ea, quæ parit in vnd. mense. §. fina. vbi vidua post annum luctus fornicaria, non est puniẽda pœnis à lege statutis contra secundo nubentes fœminas: ergo & dotem non amittit. l. 1. C. de secund. nupt. vnde in vidua intra annum luctus fornicante, probarem opinionem Pauli. quam Alciat. sequitur. reg. 2. de præsump. præsump. 9. ex dict. §. fi. Et intra luctus annum eam veram esse censet Ioan. à Garronibus in auth. eisdẽ pœnis. C. de secund. nup. num. 18. alio qui Alexan. opinio verior, ac benignior est, quam in lite cõtrouersa, sententia lata comprobauit Chassa. in cõ-
12 suetu. Burgũ. rub. 4. §. 6. versi. mulier. num. 24. & eandem approbat Carol. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. q. 38. ampliat. 6. Et fortassis in praxi potius admittetur Alexan. opinio, etiã intra annum luctus: atq; ita scio, non semel pronuntiatum fuisse, eandemq; sentẽtiã ipse proprio suffragio probaui: & si sciam rem esse dubiã, ac posse defendi,

di, quod modo asseuerauimus de vidua fornicãte intra annum luctus. Et tamen nihilominus ęqui tali cõuenit Alex. sentẽtiam probari: quod admonet Bermõdus Choueronius in tract. de concubin. Rubri. de adulterio. nu. 63. & eam late defendit Aymon Sauillianus consi. 205. num. 24. In his vero regnis vidua vtcunq; stuprum cõmittens amittit partem bonorum adquisitorum matrimonio constante, quę l. Reg. ad eam pertinet. l. 4. tit. 4. lib. 5. in ord. Reg. quã citat Ioan. Lupi in rubri. de dona. §. vlti. col. 2.

Superest vt, priusquã istum tractatum de diuortio egrediamur, inquiramus an marito repudiata ex iudicis sentẽtia vxore ob fornicationẽ liceat aliam vxorem accipere viuẽte prima. Et Diuus Ambrosius. 1. ad Corin. c. 7. id licere marito existimat: non tamen vxori, etiam quę fornicarium virum, & adulterum iudicio ecclesiæ dimisit. Cuius sentẽtiam Grati. retulit. 32. q. 7. cap. vxor à viro. dicens. c. seq. eam falso adiectam Ambrosio, vel intelligendam vxore mortua: quorũ vltimum repugnat manifeste Ambrosio: primum vero non cõstat: licet Ioan. Arbor. lib. 1. Theosoph. cap. 35. Gratianum sequutus illa verba ab Ambrosio euellere contendat. Nam & Ambrosij opinionem asseruit Lactantius Firmia. libro. 6. diui. institu. cap. 23. & Caieta. Matthæ. cap. 19. dicens; non conuinci Ambrosij sentẽtiam aliqua ecclesiæ authoritate, quę hãc diffiniat quęstionem, & decretales in ea loquẽtes decisas fuisse in causis iudicialib?

Constat etiam hãc quęstionem valde dubiã fuisse, & in ipsis diuinis scripturis obscuram esse. authore Augusti. li. vni. de fide & operi. c. 19. Sed ex aduerso Hierony. contrariam opi. probat, quem Gratia. retulit cap. dixit dominus. 32. q. 1. dicens; non licere viro dimittẽti vxorẽ causa fornicationis aliã vxorẽ accipere. Cuius opinionẽ probat text. in cap. gaudemus. de diuort. sic intelligens locũ illum Matth. c. 19. Quicunq; dimiserit vxorem suam ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur: idem apertius profitetur eiusd. de cretal. autho. Innocen. tertius lib. 1. de contemp. mundi. c. 16. tex. etiam in. c. ex parte. C. de spõs. dum dicit: aut ipsa dimissa, fornicationis causa, viuente, continere. text optimus in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. dum inibi respondet summus Pontifex, cũ & si fides thori sit vnum de tribus bonis coniugij, non tamen ipsius violatio cõiugale vinculum violasset. quo in loco de adulterio vxoris intellexit. eandem opinionem probat authoritas Innocentij Papæ primi in epistola ad Exuperium, Tholosanum episcopum. cap. 6. Idetiam diffinitum est in Cõcilio Florẽtino sub Eugenio quarto in fine. Cõprobat Augustinus lib. 1. de adulterinis coniug. ad Pollentiũ. cap. 8. & 9. & in lib. 1. de bono cõiug. cap. 7. à Gratiano relatus in cap. 1. & 2. & c. quemadmodũ. 32. q. 7. & Colonien. conci. vbi de matrimonio agit. c. incipienti. Hanc itaq;. Natalis Beda in cẽsura Erasmi. Matt. c. 5. Ioã. Echius homilia. 74. de sacramentis. Diuus Tho.

Tho. in. 4. sent. dist. 35. art. 5. & optimẽ Robertus Senalis episcopus Abrincensis in quodam peculiari huiusce dubitationis opusculo, & satis diligenter Ioan. Arb. in dicto. c. 35. Nec defuit Regi. l. 7. titu. 2. part. 4. & idem profitetur Abulens. Matth. 19. q. 76. Nec plurimum abest ab opinione Hierony. & Augustini concilium Africanum cap. 69. seu Mileuitanum. c. 17. quod Gratian° assumpsit in. c. placuit. 32. q. 7. sic scribẽs. Placuit, vt secundũ euangelicam, & apostolicam disciplinam, nec dimissus ab vxore, nec dimissa à marito, alteri coniugantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Cõcilium item Triburiense. cap. 46. hoc ipsum palam probat: siquidem agens de vxore adultera à marito accusata: ita scribit. Maritus verò quandiu ipsa viuat nullo modo alteram ducat. Vnde canones plures in. d. q. 7. à Gratiano pro Ambrosio adducti, sunt intelligenda mortua vxore adultera, sicuti Grati. ipse intellexit in cap. quod proposuisti. & gl. in c. concubuisti. ea. q. Ecce igitur qualiter par ius viro & vxori competit: non dispar, in hac separatione coniugij ex causa fornicationis à Sũmo Deo permissa. Ex quo etiam constat Ambrosium in hoc, nec ab ecclesia, nec à summis, doctisque viris receptum fuisse: tametsi Caiet. refragetur. quem & Diui Ambrosij sententiam ex professo defendit Catharinus. lib. 5. contra Caiet. c. vltimo. addens non tantum viro licere aliam ducere vxorem, propria vxore dimissa ex causa fornicationis: sed

& ipsi vxori alteri nubere, viro proprio ob eandẽ causam dimisso. Vtrũque tamen falsissimum est. sicuti post alios ostẽdit Albertus Pyghius in. q. vltima controuersiarum. & idem probatur in. c. literis. de præsump. ibi mortua illa: igitur adultera viuẽte marito non licet, etiam lata sententia diuortij aliam vxorẽ accipere. Eandẽ sententiam docet veram esse Ioã. Driedon. de dogmatibus lib. 2. c. 3. dicens Christum Iesum respondisse iuxta vniuersalem sententiam: non licere vxorem dimittere: atq; ab ea regula ita excepisse fornicationis causam: vt & simul ostenderet per illam vinculum matrimonij non dissolui. In hoc etiam sensu accepit euangelij testimoniũ Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatũ, qui cum huius loci mentionem fecisset, inquit: adulterium autem existimat, coniungi matrimonio viuo altero ex separatis. Eandem opinionem probare videtur idem author libr. 3. eiusdem operis. Cæterum post huius epitomes tertiam editionem Tridentina synodus sess. 24. anno sexagesimo tertio me præsente cum alijs reuerendissimis patribus, anathemate damnauit dicentes, ecclesiam errare cum docuit, & docet iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinã propter adulterium alterius coniugũ matrimonij vinculum non dissolui, neq; posse alterũ, etiã innocentẽ altero cõiuge viuente aliud matrimonium cõtrahere.

EX §. SEQUENTI.

Ante legem Iuliam de adulterijs, an licuerit marito vxorem & adulterum in crimine

mine deprehensos occidere?

2 Lege Iulia de adulterijs, patri licet filiam & adulterum quencunq; occidere: marito autem tantum permissum est vilem adulterum occidere.

3 Intellectus ad.l. quod ait lex. ff. ad legem Iuliam.de adult.

4 Regiæ Partitarum leges hac in re quid præter ius Cæsareum statuerint.

5 Pater, vel maritus, an possint licentiam propria authoritate occidendi adulteros, alteri committere.

6 Regia lege licet marito quemcunq; adulterum cum vxore deprehensum occidere, simul & ipsam vxorem propria authoritate.

7 Maritus occidens propria authoritate vxorẽ non adquirit dotem, nec arras, quæ propter adulterium ei lege adiudicantur

8 Vxorem, filiam, & adulterũ propria authoritate occidere an liceat in foro conscientiæ?

9 Lex ciuilis in iudicio interiori animæ ligat atque seruanda est.

10 Intellectus.c. si vero.in.1.de senten. excomm.

11 Pœna legis partim remittitur propter iustum dolorem delinquentis.

12 Intellectus alter ad cap. si vero. de senten. excommunica.in primo.

13 Lex ciuilis permittens patri, & marito adulteros occidere propria authoritate, ipsam occisionem non approbat.

14 Lex ciuilis permittens patri, & marito adulteros occidere propria authoritate, hanc ipsam occisionem approbans, est nulla.

15 Occidens adulteros propria authoritate in locis quo ad temporalia ecclesiæ subditis, puniendus est.

16 Quo iure adulterium pœna mortis puniatur; atq; inibi pœna adulterij explicatur.

17 Pœna mortis pro adulterio an iuste à lege inferri possit?

18 Maritus occidens adulteros, lege Regia sibi à iudice traditos, an peccet mortaliter?

19 Adulter clericus qua pœna iure Pontificio sit puniendus.

20 Adulter laicus an per iudicem ecclesiasticum puniri possit.

§. SEPTIMVS.

HACTENVS tandem egimus de adulterij pœna, quã ciuilem Doct. appellant: modo vero opus est, vt tractemus criminalem pœnam huius sceleris, quòd matrimonio grauẽ contumeliam irrogat. Nec diffinitionem adulterij præmittere necesse est, quia eam obiter tradidimus in.1. huius operis parte.cap.1. num.8. Constat igitur ex lege duodecim tabularum, ipsum adulterum in crimine deprehensum occidere deprehendenti licuisse. verba autem legis hæc sunt. Mœchum in adulterio deprehensum necato. vti sunt apud Aymarum Riuallium, & Oldendorpium. Quę quidem lex Athenis à Dracone, & Solone lata fuit.authore Plutarcho in Solonis vita. Draco etenim eam legem ante Solonem tulerat imitatus Hyettum Argiuum, qui post Moluri cædẽ, in vxoris adulterio deprehensi, ab Orchomeno receptus parte etiam regionis ex Orchomeni beneficio accepta, primus omnium legem illam sanxerat.teste Ludo.Cælio.li.11.lect. antiq. c.25. Postea vero & maritis licuit vxores in adulterio deprehensas sine iudicio impune necare; quod ex oratione Marci Catonis Aulus Gelli. refert lib.noct. Attic.10.c.23 meminit. & Iulius Paulus.lib.2. sententi.tit.27. Demum lege Iulia de adulterijs ab Augusto lata, sicuti Iurisconsultus Vlpianus in.l.1.ff.de adult. testatur; & Sueto.in Augusto.c.34. adempta fuit maritis potestas occidendi vxores adulteras: neque eis licuit adulterum occidere quemcunq;, nisi vilem, aut infamẽ, eumq; domi suæ cum vxore deprehensum.l.maritoque.ff.de adult. Regi.l.13.tit.17.par.7. Patri autem permissum fuit occidere adulterum quemcunq;, cum filia etiam in domo mariti deprehẽsum, modo & ipsam filiam occideret simul. Eaq; ratione maritis idẽ ius minime concessum fuit, quod plerũq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: mariti vero & calor, & impetus facile sęuientis refrenandus fuit.l.patri.&.l.nec in ea.in fine.ff.de adulteri.l. Grachus. C.eo.tit. Regia.l.14.tit.17.part.7. Licuit etiam marito authenticorum & constitutionum nouellarum iure quemcunque adulterum occidere, si eum in suspecto loco cum vxore colloquentẽ deprehenderet: cum prius eundem propter suspicionem ter per scripta admonuisset, ne cũ vxore in secreto, aut suspecto loco confabularetur.text.in authen.vt liceat matri & auiæ.§.his quoque.collatio.8.authen. si quis ei.C.de adult.Regia.l.12.tit.17.part.7.

His igitur constat, iure Cæsareo maritis non licere vxores, etiam in crimine deprehẽsas occidere: adulteros vero non quoscunq;, sed vel viles, vel infames, aut eos, quos ex suspicione ter per scripta admonitos, cum vxoribus in secreto, & suspecto loco colloquentes deprehenderint, necare maritis licuisse. Patri autem permitti, filiã adulteram, simul & adulterum, in crimine deprehẽsos impune occidere. Qua in re aliquot sunt omnino adnotãda: siquidem res ista ex legum inconstantia perplexitatem habet.

Primum etenim occidere adulterũ patri, & marito ita permissum iure est, si ipsum in turpitudine ipsa deprehendant.tex.in.l.quod ait lex.ff.de adult. vbi Iurisconsultus refert Draconis, & Solonis legem hoc dicentem sermone Græco, qui hactenus ibi desiderabatur. Donec Budæus verba Græca ita restituit. ἀρθρα ἐν ἀρθροις ἔχοντα. quæ latine hunc sensum reddunt: obscœna in obscœnis habentem. Alciat. vero lib.4.de verborum significatio. & Holoander, castigatiorem lectionem esse existimant, si locus ille sic legatur. ἀνῆρω .idest, in ipso opere. quibus adstipulatur sæpissime Lucianus, & maxime in dialogo Appollinis, & Mercurij commemorans qualiter Vulcanus Martẽ, & Venerem in adulterio deprehenderit.agnoscit & eandem lectionem Constantinus Harm.lib.6.titu.2.eamq; probat autoritas Pandectarum Florentinarũ. Sed ipse potius accedo priori lectioni, quippe qui viderim apud Lucianum in Eunucho: illa met verba, quę Budę.restituit, ex ipsis legum tabulis referri.

Secundo est notandum, patri licuisse filiam & adulterum occidere, si filiam haberet in potestate.d.l. patri. & quanuis Regia.l.14.tit.17.part.7. permittat patri occidere filiam, & adulterum, nec addiderit patriam potestatem: opinor eam esse illi legi adijciendam ex iure communi: Leges etenim illæ, quas Partitarum appellamus, ius commune imitantur omnino: & nisi manifeste, & directo sensu illud corrigat, ex obliquo sensu, aut tacito nõ est adnotanda iuris communis abrogatio. Ex quo verius mihi videtur, patri non licere, etiam iure Regio, occide-

re filiam liberã ab eius poteſtate. Nec leges Fori, quæ etiam fratri hoc homicidium permiſerunt, huic ſententiæ oberunt: quia Fori leges, niſi vſu vel poſterioribus legibus fuerint cõprobatæ, nullã vim nec poteſtatẽ habẽt.

Præterea & illud eſt aduertendum, Regia partitarum lege marito licere adulterum vilem deprehenſum cum vxore occidere, non ſolum ſi deprehẽdat eum maritus cũ vxore in propria domo, ſed alibi quocunq; in loco. l. 13. tit. 17. par. 7. vbi id expreſſe cauetur: licet iure Pandectarum id liceret tãtũ, quãdo maritus in domo propria adulterum deprehendiſſet. l. marito quoque. ff. de adult.

Poteſt etiam pater, vel maritus, qui hanc licentiam occidẽdi adulteros habet, committere prędictam occiſionẽ
5 proprio filio. tex. in. d. l. Gracchus. vbi ita notant per illum tex. Bald. & Saly. Bar. etiam. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 5. ff. de iniu. vſus dictione, forte. idem Iaſ. in. l. 1. §. fi. ff. de noui. oper. nũci. nu. 5. Ioan. Baptiſta de S. Seuerino in tracta. de debito. ſuſp. & fugit. q. 4. col. final. Felin. in. c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtit. nu. 13. Hippo. in. l. vnica. nu. 4. C. de rap. virg. & Andre. Tiraq. in. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. in princ. nu. 16. & Paul. Pariſ. conſ. 154. nu. 10. & 15. vol. 4. Nec libet hac in re vti ampliori Docto. catalogo: cum ſit ſatis apud eos hãc opinionem frequentiſsimam eſſe, quam Fortun. Garſi. in tractat. de vlti. fine. illat. 11. col. 7. verſi. 5. infertur. reprobat ex eo, quod leges omnes, quæ patri, & marito tribuunt facultatem hanc occidẽdi adulteros, ſint iniuſtæ, & nullæ. Ego tamen & ſi prædictæ leges iuſtiſsimæ ſint, quod ſtatim tractabo, credo hãc opinionem cõmunem falſam eſſe. Nam. l. Gracchus. minime eam probat: cũ loquatur de filijs, qui ipſi Numerio eorum patri, adulterum occidenti, auxilium præſtiterũt, veluti ſocij, cauſa coadiuuandi patrẽ: quo caſu diuerſum cẽſeri debet: ſiquidem Bald. in. l. 1. C. vnde vi. nu. 47. Cępola. conſi. criminali. 4. fina. col. Paul. in. l. refectionis. ff. commu. præd. per tex. ibi Iaſ. Feli. & Hipp. in dictis locis. idem Hippo. ſing. 175. & Pariſi. d. conſ. 154. fatentur, eum, cui licet alium occidere, poſſe ad id facinus ſocios, & amicos aſſumere: & ſic intelligunt gloſ. in l. cum fundũ. ff. de vi, & vi armat. quã dicit ibi Paul. eſſe ſingul. Iaſ. in dict. §. final. nu. 5. Bald. & Feli. col. 1. in cap. ad noſtram. de proba. Hippol. in. d. l. vnica. nu. 11. & in dict. ſingul. 175. qua quidem gloſſ. probatur, non licere alicui cõmittere alter ius, qd̃ ipſe habet, propria autoritate ſe ipſum vlciſcendi, & aſſumendi vindictam. Quod ſi propriam matrem filius, etiam patri auxilium præſtans, occidiſſet, res eſſet crudelis, atq; nefandi exempli, neq; iure eſſet omnino defendenda: imo acriter punienda. Nam & liberto patronũ in adulterio deprehẽſum occidere nõ licet, etiam ſi ipſe patronus ſit ex eorũ numero, qui alioqui occidi à marito poſſent. l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adulterijs. vbi Angel. notat, non licere cuiquam patrem bannitũ, vt recentiores loquũtur, occidere: licet ipſe pa

ter

ter ab alijs impune occidi poſſet. quã opinionem Angeli defendit optime Deti. in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. nu. 14. contra Bar. in dict. §. liberto. quia tex. in dict. §. liberto. aduerſus Bart. vrget. Nec. l. minime. ff. de religio. & ſumptib. fune. quam pro ſe citat Bart. quidquã probat: cum loquatur in patre, qui in patriam irruit: licet enim tunc filio pro defenſione patrię, patrẽ occidere: vnde & contra Bar. tenet Fortu. in. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. col. 9. verſ. tu conſidera. Tametſi Plutarchus in Parallelis. cap. 71. meminerit cuiuſdam Fabriciani, qui matrẽ & eius adulterũ Petronium occidit: quẽ Senatũ abſoluiſſe ſcribit, eo quod ma
8 ter & adulter patrem eius Fabium Fabricianum, virum de Republica, ex victoria aduerſus Samnites parta, bene meritiſsimum, obtruncauerant.

Cæterũ poſt veteres Partitarũ leges Reg. lege maritis permiſſum eſt, vxorem & adulterum in crimine ipſo de-
6 prehenſos impune, & propria autoritate occidere: nulla diſtinctione præmiſſa, vilis, an honeſtus ſit ipſe adult. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordi. modo vtrunq; occidat, ſi potuerit: vt ibi inquit lex: quæ in hoc vltimo deducitur ex. l. nihil intereſt. & l. quod ait lex. §. final. ff. de adult. Amittit tamen occidens vxorẽ, etiam adulteram, propria autoritate, dotem & illa bona, quæ ob adulteriũ
7 vxoris lege marito adiudicãtur. quod notãt Bal. Paul. Imol. Roma. & Alex. in. l. ſi ab hoſtibus. col. pe. ff. ſolut. matri. quorũ opinio Regia lege. 82. Tauri cõprobatur. Qui etenim ius propria autoritate ſibi dixerit, etiam lege permittente, legale cõmodum non cõſequitur. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. Quanuis ſi dos marito ex alia cauſa deferatur à lege, non amittit eã, etiam ſi vxorem adulterã occidat propria autoritate. vt Alexan. in dict. col. penul. tradit. Scribit tamen Hipp. in. l. patre vel marito. nu. 14. ff. de quæſtioni. maritum fornicarium, & habẽtem concubinam, minime habere ex lege licentiam occidendi vxorem in adulterio deprehenſam propria autoritate. in quo cogitandum eſt.

Egregia tamen hic ſolet tractari dubitatio, an maritus occidens propria
8 autoritate vxorem & adulterũ in crimine deprehenſos, peccet mortaliter: atq; idem dubium erit de patre. Et videtur eos mortaliter non peccare. ex tex. in cap. ſi vero. in. 1. de ſenten. excõmu. vbi maritus percutiens clericum in vxoris adulterio deprehenſum, nõ eſt excõmunicatus: nec tenetur à Roma. Põtifice abſolutionis beneficium exigere: licet cęteri clericorũ percuſſores teneantur id agere. ex cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Vnde leges permittẽtes marito adulterum occidere. in. d. c. ſi vero. comprobari videntur. Secũdo eandem opinionẽ probat tex. in. c. interfectores. 33. q. 2. vbi interfectores vxorum homicidæ appellantur quando vxores non erant adulterę: igitur ſi adulteræ eſſent, non dicerentur mariti homicidæ. Tertio facit text. in. c. inter hæc. ea. cauſ. & q. vbi mũdana lex refertur, ex qua liceat vxorem adulteram occidere. idem in. c. quicunq;. &

c.admonere.eadem.q.dum tex.ille dicit.Et tunc ſi ita fuiſſet inuenta, ſecundum legis tramitem debuit accipere vltionis vindictam:igitur canõ ille leges hoc crimen adulterij puniẽtes, ratas eſſe cẽſet.Quarto lex ciuilis etiam in interiori conſcientiæ foro eſt ſeruãda.glo.inſignis.in.c que in eccleſiarũ. de conſti.quam dicũt ſingu.eſſe Bald. & Barb. & ſequuntur eam cæteri Docto.ibi dicit ordina.Iaſ.in.l.nemo poteſt.ff.de legat.1. num 106.idem notat Abb.in proœmio.Rex pacificus.col. 4. idem Abb. Feli.& Deti.late.nu.18. c.1.de conſtit.Inno. & Abb.in.c. quia pleriq;.de immunit.eccleſ.Florenti.1. part. titu.18.c. vnico.§.2. Diuus Tho. 1.2.q.96.arti.4.Bald. in proœmio Feudo.num.6.dicens,legem ciuilem eſſe partem legis Diuinæ.& probatur præfata opinio ea ratione,quod lex ciuilis condita eſt autoritate diuina.c.8. prouerbio. per me inquit Sapiens, reges regnant, & conditores legum decernunt iuſtitiam.c.quo iure.8.diſtin.c.2. de maiorit. c. quod præcipitur.14.q.1. & ad Roma.c.13.Lex etenim ciuilis ſi prohibet,ligat in foro conſcientiæ, & obligat eam violantem ad peccatum: ſi permittit, excuſat agentem modo lex iuſta ſit:quod præcitati autores tradiderunt:& Dominicus Sot.libr.1. de Iuſtit.& iur.q.6.art.4.Igitur occidens adulteram permittente lege,etiam ciuili,in cõſcientiæ foro eſt omnino immunis à peccato.

Quinto,illud quod legi licet,licet ei cui lex committit: ſed legi licet occidere adulteram,aut quemlibet alium nocentẽ, & criminoſum:igitur & maritus cui lex commiſit poterit vxorem adulteram occidere. Lex autem hanc licentiam præbuit marito & patri, vt ſuperius probauimus.

In contrariam ſententiam,imo q; viris nõ liceat abſq; mortali peccato vxores etiam in adulterio deprehenſas occidere:plurima inducunt. Primũ tex. in.c. inter hæc.33. q.2. dicens, eccleſiã mundanis hiſce legibus minime conſtringi:atq; in.c.ſeq. interfectoribus vxorum pœnitentiam irrogat. Secundo optimus tex.eſt in cap.admonere. ea.q.ſic dicens.& tunc ſi ita inuenta eſſet ſecundum legis tramitem debuit accipere vltionis vindictã. Nam ſi verum,quod abſit,fuiſſet ſicut ille adulter mentitus eſt:poſt ſeptẽ annos pœnitentia peracta dimittere eam per approbatam cauſam poteras ſi voluiſſes: occidere tamen eam nullatenus debuiſti. Ecce ergo qualiter Stephanus Papa aperte ſcribit,non licere abſque peccato mortali marito vxorem etiã vere adulteram occidere.Tertio,hæc licẽtia,quæ maritis ex legibus permiſſa eſt,occidẽdi vxores:eis prębet quãdoq; cauſam calumniandi vxores: ergo non eſt permittẽdum maritis vxores occidere,etiam adulteras.Quarto accedit autoritas gloſ.in.d.c.iter hæc quæ aſſerit,mortaliter peccare maritũ vxorem propria autoritate occidentem, etiam ſi eam in crimine ipſo deprehenderit.quam dicunt ſingul.eſſe Abb.Ana.& Feli.col.2.in.c. interfeciſti.de homicid.Iaſ.in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.col.5.idem.in.l. vbi pactum.

nu.16.

nu.16. C. de tranſactio. Abb. in repe. c.cum eſſes.de teſtamen.5.col.cõmendant & ſequuntur plures quos Feli.refert in.c.quæ in eccleſiarum.de cõſtit. col. 4. eandem opinionẽ approbans. Abb.in.c.ſi vero.in.1.de ſen.excõmu. Abb.& Præpo.in cap.veniens.c.2. de ſponſa.idem Feli.in dict.c.ſi vero.late Fortuni.in tracta. de vltimo fine.illat. 11.Tho.in.4.ſen.diſt.37.q.2.ad primũ. Palud.ibi ac cæteri Theologi. idẽ notat Sylueſt.in ſumm.verb.homicidiũ 1.q.2.verſi.ſextũ.Ioã.Faber.in.l.Gracchus. C. de adulte. & plures alij quos Tiraq.citat in libro de iure mariti.l.8. ex quibus conſtat hanc opinionẽ cõmunem eſſe: quam & veriorem eſſe exiſtimo, & ideo neceſſe eſt rationibus priùs adductis reſpondere.

Non obſtat text.in.c. ſi vero in.1. de ſent.excõm.quia ibi non iudicatur licitum percutere adulterum cum vxore deprehenſum: ſed remiſit canon excõmunicationis pœnam:propter illum dolorem iuſtum,quem facile nõ poteſt quis temperare. quod ex eodẽ text. manifeſte apparet:ſiquidẽ frater percutiens clericũ cum ſorore deprehenſum,per eundem tex.ab excõmunicatione iudicatur liber: & tamẽ nec vlla lege ciuili,nec canonica,fratribus licet fornicãtes cum ſororibus, etiam in crimine deprehẽſos,percutere.Prę terea nec marito lege ipſa ciuili licebat quemcũq; adulterũ occidere, aut percutere:ſed tantũ vilem:igitur clericum deprehenſum cum vxore:nec lege ciuili licebat percutere: cũ vilis nõ ſit:& tamen in eo.cap.ſi vero. excommunicationis pœna in prædictis caſibus remittitur,quibus nec iure Cæſareo licebat occidere, aut percutere quemquam: ergo in prædicto capite Romanus Pontifex minime licitũ cẽſet homicidium vxoris, aut filiæ, aut adulteri.Cui interpretationi ſuffragatur tex. egregius in.l.ſi adulteriũ cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulter. vbi marito occidenti vxorẽ deprehenſam in adulterio,quã eo iure minime licebat occidere, pœna legis Corneliæ de Sicarijs, & ſic pœna homicidij, partim remittitur:propter iuſtum dolorem,quem facile quis tẽperare non valet.quem text.vltra Docto.ibi commend.Abb.in cap.1.de iniur. idem in cap.olim.in.1.col.ſeptim.de reſtit.ſpoliato.dicit ſing.Areti. conſil.43. col.3. Ioan. Baptiſt. de Sancto Seuerino in tracta.de debitori.ſuſp. & fugit. col.1. Iaſ.l.vt vim.col.3. de iuſti. & iure.late Hippoly. in.l.2.nu.15. C.ad.l. Cornel. de Sicar. eſt etiam optimus text. in. l. Gracchus. de adulter. ex quibus conſtat,homicidæ pœnam pro ipſo crimine ſtatutam à lege, minuendam eſſe per iudicem, ſi iuſto dolore cõmotus illud homicidium cõmiſerit. probat idem tex.in.c.ſignificauit. de pœnitẽ. & remiſsio.quem Feli.notat in cap.dilecti.col.penult.de except.tex. etiam eſt memorabilis.in.c.ſignificaſti.in.2. de homici.vbi Feli.col fina. quẽ text. ad id notauit & Bologni.cõſ.37.2.col. Ex quo poteſt probari glo.in cap.1.23. quæſt.1. quæ aſſerit, non eſſe puniendum eum, qui percuſſorem inſequitur,& excedens moderamẽ defenſionis

nis percusserit.idem Regia.l.Styli.58. tametsi.l.59.approbauerit glo. in cap. 3.de homi.contrariũ volentem.Potest tamen prior gloss. procedere quo ad ipsam delicti pœnam legibus diffinitam:illa etenim locũ non habet:poste rior autem glo.erit intelligẽda quo ad aliquam punitionem extra ordinem: hæc enim nullo pacto est omittenda.

Secundo potest text. in. d.c. si vero. procedere quo ad percusionem,non
12 tamen quo ad occisionem:percutiens enim clericum cum sorore,vxore,vel filia deprehẽsum liber est ab excõmu nicatione: non tamen occidens: cum ille canon de occidente non loquatur. ita notat Fortuni.in.d.illatione.11.Sed & Sylvest.verb.excõmunicatio.6.ca-
13 su. 10. illius cap. intellectum tractans scribit,occidentem clericũ cum sorore,filia,aut vxore deprehẽsum animo deliberato,in illam canonis excõmunicationẽ incidere: iustus etenim dolor potuit tũc tẽperari:alioqui si absq; deliberatione occiderit,locũ esse illius c.decisioni.Ipse tamen considerata illius canonis ratione credere, occidentem etiam absq; deliberatione excommunicatum esse, non tamen esse necessario à Romano Pontifice absoluẽdum,sed posse ab episcopo absolui:sicuti in ipso titu.de senten.excommu. sæpissime ab hac excommunicatione ex iustis quibusdam causis episcopus absoluit.Nec text.in dict. cap.si vero. huic opinioni aduersatur. Quod si in eadẽ specie & casu,deliberato animo clericus occidatur,impetrandam esse à Romano Pontifice absolutionem, cum Sylvestro existimo.

Item non obstat cap. interfectores. cum argumento assumpto à cõtrario sensu id probet:qui tamen sensus admittendus non est aduersus tot canones qui opinionẽ cõmunem probant.

Multo minus oberit text.in.c. inter hæc.& in.c.quicunq;.&.c.admonere. quia in ipsis canonibus mundana lex quo ad ecclesiæ iudicium reprobatur. Nec in.c.admonere.vltionis vindicta marito permittitur propria autoritate:sed illa vltio ei cõcessa est,quæ à iudice cõuicta in ipso iudicio vxore,inferenda est autoritate legum.

Quarta ratio duplici respõsione tollitur:lex enim ciuilis in conscientiæ foro est seruanda,& excusat, quãdo lex
13 ipsa permittit actum aliquem eum approbans: siquidem tunc autoritatem præbet:qua tutissimus est, qui legem sequitur: quod omnium consensu cõstat.Secus vero dicendum erit,quando lex permittit actũ,omittendo eius punitionem ex aliqua causa,quam esse iustam censet ad pœnã hanc remittendam.Sic etiam leges tolerãt impune meretrices:quod superius probauimus part.1.cap.4.num.9.atq; ita huic obiectioni respondent Tho. Paluda. & Theolog. in.4.sentent. dist.37. q.2. Sylvest.verb.homicidiũ.1.quæst. 2.& Feli.in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit.nu.42.dicentes leges non permittere patri,aut marito adulteros occidere hoc homicidium approbãtes: sed pœnam propter iustum dolorem remittentes.arg.l.si adulterium.§.imperatores.ff. de adult. &.l. Gracchus.

C.eo.

C.eo.tit. Hæc tamen cõmunis responsio apparet admodum dubia: quia. l. Gracchus.dicit legitime occisum fuisse adulterum à marito: & præterea in l.marito.ff.eo.dicitur.Nam lege caue tur vt liceat marito occidere lenonẽ. Lex item duodecim tabularũ ita hanc licentiam tribuit, mœchum necãto: & passim. in.l.patri. & alibi videtur à legibus hoc permissum fuisse ad vindictam,& autoritatem ipsis occisoribus præstando. Vnde non admodum congruit prædicta solutio.

Ideo Fortuni.in dict.illatione.11. aliter præfatam obiectionem soluit dicens,leges Cæsareas permittentes patri, & marito adulteros occidere ab
14 ipsa iustitia deuiare, atq; ex eo nullas esse.c.erit autem lex.4. dist. c.final. de præscripti. cap. quæ contra mores. 8. distin. Nam legum latores potestatẽ habent leges cõdendi,modo iusta decernant.Prouerb.cap.8.Notat Adria. quodlibet.6.q.1. idem Fortuni. de vlt. fine.in princip. & illatio.16. Vnde lex Cæsarea in foro conscientiæ ligat si iusta sit. vti fatẽtur omnes hi, quos in.4. ratione pro prima opinione citauimus: hæc autem lex, de qua tractamus, iusta non est:igitur nequaquam in consciẽtię iudicio excusat occidentẽ adulteros.quo fit,vt nec in foro seculari sit prædicta lex seruanda imo cõmittens homicidium puniẽdus est:quod Fortu.ipse fatetur dicens,propter iustum dolorem pœnam minuendã esse.Ipse vero eius opinionẽ in hoc vltimo ad-
15 mitterem in locis ecclesiæ subiectis quo ad temporalia, quia in illis leges non sunt etiam inter laicos seruandæ: sed canones: cap.si duobus.§. final. de appellat.singu.secundum Abb.ibi.& Feli.in cap. ecclesia.de cõstitu.nu.44. notat gl.in.c.2.verbo. lex ciuilis. de arbitr.in.6.idem Feli.in.c.1. de cõsti. nu. 28. And. Alcia.in cap.cum contingat. de iureiur.nu.50. & Domini.in.c.2.in princ. de hæret.in.6. & ita expressim Ioan.de Anania in cap.interfecisti.de homi.notat,in locis ecclesiæ subiectis etiam quo ad temporalem iurisdictionem, occidentem adulteros non esse liberum à pœna,neq; ex ipsis legibus tutum esse in foro exteriori.In prouincijs vero principibus secularibus subditis,quanuis fateamur leges approbare hoc homicidium, & ideo nullas esse, non tamen erit necessario dicẽdũ, ipsum occisorem debere puniri, quia lex ciuilis non tenetur omnia peccata exteriori pœna punire:sat enim est punire ea, quæ maxime reipublicæ nocent, & hominũ conuictũ destruunt: aliqua vero etiam illicita potest nõ punire ex aliqua causa.vt in alia.q. notat Thom.2.2.q.77.ar.1.ad primũ. ex his ergo tollitur quarta ratio primæ opinionis:tametsi ego potius eligerẽ præcedentem responsionem.

Quinta ratio etiã deficit ex eo,quod nec lex commisit marito, aut patri potestatem,quam habet ipsa lex occidẽdi adulteros:nec reipublicæ conueniret hãc potestatem committi marito, aut patri:quia sine iudicio & absq; iure defensionis occiderentur adulteri.

Verum præmissa omnia eo tendũt, an liceat, vel vnquã licuerit patri, vel

16 marito adulteros occidere propria au toritate. Nec de pœna eis à iudice per sententiam irroganda diximus. vnde sciendum est, iure ciuili pandectarum nullibi statutam fuisse pœnam mortis pro adulterij crimine, nec pœnam de portationis, nec damnationis ad bestias, seu in metallum. quod probatur in.l.Claudius.ff. de his quib. vt indig. vbi damnatus adulterij testamentum facere potest: quod minime posset si aliqua ex prædictis pœnis esset condemnatus. l. eius qui. §.1. ff. de testament. Est etiam optimus text. in.l. qui cum vno.§.adulterij.ff. de re milita. & in.l.2. §.miles.ff. de his q̃ not. infamia. &.l. miles. ff. de adulterijs. & in.l. si quis viduam.ff. de quæstio. notat glos. in dict.l. Claudius. & in.§. miles. & in §.adulterij. Bartol. in.l. inter liberas.ff. de adulter. Ioan. Faber in. §. item lex Iulia. insti. de publi. iudic. optime Tiraquel. in legibus connubia. l.12. quibus omnibus obstat text. in.l. castitati. C. de adulte. quam glos. allegat in capit. tuæ. de procurator. ex qua pœna capitalis censetur contra adulteros statuta: sed ei inductioni glo. satisfacit, quę in.l. vnica. C. ne Christi. mancip. capitalem pœnam in exilio perpetuo interpretatur. post Azonem ibi in Summa. quam gloss. dicit singula. Imol. in l.2. colum.3. ff. de pub. iudic. Ias. in.l. transigere. num.9. C. de transactio. Felin. post Anani. ibi. in.c. qualiter. in.2. §.licet. num.52. de accusat. Hippoly. in practica crimi. §. opportune. num. 40. vbi hanc opinionem communem esse existimat. Sic ergo in dict.l. castitati. pœna capitalis in pœna exilij perpetui intelligi potest: nec est necessario in alia pœna maiori intelligenda. Sed si Accursius & eum sequuti intelligũt sub capitali pœna, deportationem ex qua ciuitas amittitur, aut damnationẽ in metallum, ex qua perditur libertas, aut mortem naturalem, optime, & proprie loquuntur: si vero exilium aliquod interpretantur, ex quo ciuitas minime amittitur: falsa est communis opinio. Nam pœna capitalis est, quæ vel mortẽ, vel damnationem ad bestias seu in metallum, vel deportationem irrogat: vti idem Accurs. explicat. in.l. transigere. C. de transf. text. apertus in.§.1. insti. de public. iudic. & in.l.2. in princip. & in.l. capitalium. ff. de pœnis, & in.l. publicorũ. ff. de pub. iudic. & in.l. licet capitalis. & ibi Alciat. ff. de verborum significationib. notat Ioan. Igne. in.l.1. §. vltimo itaque supplicium. ff. ad Syllani. ex quibus constat, pœnam exilij etiam perpetui, non dici capitalem, nisi deportatio sit. Vnde ad. l. castitati. dicendum erit, eam loqui attento iure Codicis. & licet dicta constitutio facta fuerit ab Alexandro Augusto multo ante Cõstantinum conditorem. l. quamuis. nihil vetat asserere ab ipso Alexandro, gladij vltionem in adulteros statutam fuisse. Pœnam autẽ à lege Iulia adulteris indictam ideo Iustinianus omisit in digestis consarcinandis: quod gladij pœnam ex Alexandro, & Constãtino in Codicem suum retulisset.

Sed q̃ ante iura Codicis tẽpore pandectarum mortis pœna esset pro adulterio

terio statuta, probat insignis text. in.§. itẽ lex Iulia. inst. de pub. iudic. dicens, Lex Iulia de adulterijs coercendis temeratores aliarum nuptiarum gladio punit. Ergo lege Iulia ab Augusto lata pœna mortis fuit contra adulteros statuta. qui text. dubiam reddit hanc disputationem: nec tamen verebor illum tex. ita interpretari, vt de lege Iulia, vti lata ab Augusto fuit, minime intelligatur, etiam refragante Coras. lib. miscell. 2. c. 1. Nam in toto titulo. ff. ad.l. Iuliam de adul. nullibi huius pœnæ mortis mentio fit, quæ, si in lege Iulia statuta fuisset, non foret à tot iuri- 17
sconsultis omissa: cum esset res præcipue memoranda in illo de adulterijs tractatu: atq; alicubi in iure de mortis condemnatione mentio fieret, sicuti fit in legib⁹ paulo antea adductis aliarum damnationum: intelligo ergo in dict.§. legem Iuliam quæ cum lata foret ab Augusto contra adulteros, ab alijs Cæsaribus ita aucta fuit, vt pœna mortis adulteri puniantur. quod augmentum expresse in.l. quamuis. C. ad l. Iuliam de adult. reperitur statutum. Nec inconuenit eam legem Iuliam dicere: cũ omnia, quę sub illo titulo continentur, tendant ad legis Iuliæ extensionem, & interpretationem. & ita Raphael Cuma. consi. 154. intellexit verba illius. §. item lex Iulia. vbi Ioan. Faber. idem sensit. quod cõprobatur ex eo, quod in eodem. §. dictum sit, lege Iulia gladio puniri stuprantes pueros: & tamen ante. l. Cũ vir. C. de adult. & authen. vt non luxurientur contra natur. nullibi pœna mortis pro prædicto crimine sancita reperit. vt & ipse Raphael Cuma. existimat. Sic idem Iustinianus in.§. alia deinde lex. inst. de publi. iudic. legi Pompeiæ tribuit, quod à Constantino circa id argumenti cõstitutum fuerat. in.l.1. C. de his qui parentes. nempe, vt eandem pœnam patiatur qui liberos, atq; is, qui parentes occiderit. ex quo maxime verus est cõmunis sensus. quãquis huic intellectui minime consentiat Tiraquel. in dict. l. connubiali. 12.

Mortis ergo pœna adulteri puniuntur sententia iudicis. ex.l. quamuis. C. de adulte. Nec dicta lex censeri debet iniqua: siquidẽ respublica potest hoc crimen cõmittentes morte punire: cũ ei liceat nocentes occidere. Nam si aliquis homo sit periculosus in congregatione politica, propter aliquod peccatum iuste occiditur: vt cõmune bonũ conseruetur. Tho. in.2.2.q.64.art. 2. & in specie de lege lata contra adulteros notat idem Caiet. ibi, Thom. & Palud. in.4. sentent. dist.37. q.2. artic.1. & Ioan. Maior. in.4. sentent. distin.35. q.1. atq; ita in lege Mosayca eadẽ pœna mortis erat statuta contra adulteros. Leuit.20. iure tamen authenticorum in fœminis adulteris pœna mortis mutata fuit in aliam leuiorem: nẽpe vt adultera verberata in monasteriũ includatur. Iuxta authẽ. sed hodie. C. de adulte. Regia. l. 15. tit. 17. parti. 7. Apud Cumæos si qua mulier in adulterio deprehensa fuisset, hanc in forũ deductã, & saxo impositam spectandam omnibus proponebant. Inde super asinum collatam, & circum vrbẽ

peruectam in eundem locum restitui oportebat, ex illo infamia notatā onobatin appellandam censerunt: lapidē vero tanquam impurum ac detestabilem vitabāt, autore Plutarcho in Problematis cap.115.* Idem Ioan. Stobęus Sermone.42. refert ex Nicolai scriptis de moribus omnium gētium: Pisidis tamen hoc tribuit non Cumæis.* Sed & varias adulterij pœnas apud plæraſque gētes omniū diligentissime tradit Andr. Tiraquel. in.d.l. connubialis.10.

Cæterum iure Regio, vxor adultera & adulter in iudicio conuicti marito accusante, per sententiam iudicis ipsi marito tradūtur cum bonis suis, vt faciat quicquid libuerit, etiam vt eos occidat. l.1. titu. de adulter. lib.4. Fori. l.2. titu.15. libr.8. in ordina. qua lege poterat maritus vnum tantum ex adulteris accusare: quod lege.80. Tauri abrogatum est. Nam ex ea non licet marito alterum accusare: sed necesse est, vt vel vtrunq; adulterū accuset, vel nullum eorum. In quo illud notandū est,
18 maritum adulteros occidentē ex sentētia iudicis sibi traditos, minime peccare mortaliter: quia sicut iudex poterat carnifici propriæ sentētiæ exequutionem committere: nec carnifex peccaret exequendo sententiam iudicis: ita iudex poterit ex ipsa lege hoc marito delegare. Si enim lex mortis pœnam adulteris inferens iusta est: quid refert carnifex, an maritus eos occidat: imo benignior est lex quę marito eos tradit, vt si velit, eis ignoscat. Alioqui si diceremus maritum mortaliter in hoc homicidio peccare, proculdubio iudex tradens marito ipsos adulteros mortaliter peccaret: atq; etiam lex foret iniqua censenda, quæ autoritatē huic homicidio prębet. Nec princeps tutus esset à mortali crimine, qui hāc legem seruari permitteret. Vnde dicēdum est, maritum non peccare mortaliter, & hoc ipsum probat Ioan. à Medina de restitu. q.3. caus.4. quod confirmatur ex Alberico, qui.4. parte statu. q.19. scribit, bannitum in foro conscię tiæ posse à priuato tute occidi. idē notat Ias. in l. vbi pactum. C. de transact. num.16. & Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. num.14. de const. & probatur ex his, quæ tradit Nellus de sancto Geminiano in tract. de bannitis. 1. part. 2. temporis. q.1. quia ipse bannitus absens legitime vocatus ad iudicium, atque cōtumax, propter aliquod crimē cōdemnatur mortis pœna, & ne ipse illudat Reipublicę, dat iudex liberam licentiam cuilibet ad illum occidēdū. Sic ergo adulterum occidens erit tutus in conscientiæ iudicio.

Clericus vero adulter depositus ab officio & beneficio in monasteriū detruditur. tex. in cap. si quis clericus.81.
19 dist. glos. in c. lator. 2. q.7. Ioan. Andr. Abb. & Imol. in c. vt clericorū. de vit. & honest. cleri. & est communis opinio: vt testatur Ioan. Bernar. Calagurrita. præsul in practi. crimi.79. vbi addit, clericum adulterum esse infamē. quod notauit Abb. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. col.5. de iudic. ex cap. infamis.6. quæstio.1.

In quo & illud notandum est laicos adulteros posse per iudicē ecclesiasticum

cum excommunicari. tex. in c. intelle
20 ximus de adul. sing. secundum Abb. ibi. probat text. in c. consuluit. in.1. de appella. c.1. & ibi Abb. de offi. ordina. idem Abb. in c. tuæ. de procur. Bal. in auth. clericus. C. de episco. & cleri. Ludo. Roma. singu.667. Felin. in c. cum sit. nu.11. de foro comp. Stephanus Aufrerius in cle.1. de offi. ord. reg.4. fall.2. Anto. Burgens. in c.1. de empt. & vendit. optimus tex. in c. seculares.33. q.2. & etiam puniri detrusione in monasterium secundum communem: vt fatetur Alciat. in c.1. de offi. ordina.5. notab. vbi disputat contra hanc commu 1
nem, quam tamen præ cæteris tenet Abb. in dict. c. tuę. & in. c. gaudemus. de diuort. Datur etiam his grauis pœnitentia. c. de Benedicto. vbi glo.32. q.1. & Roma. sing.531.

EX CAP. SEQUENTI.

1 Liberorum procreationem præmia in republica habuisse.
2 Legis Iuliæ Popææ caput vnum ex Gellio: atquè item alterum. num.5.
3 Lex Papia Popæa à quo lata fuerit.
4 Isidori verba in cap. quædam. secunda dist. aliter quū ab Alciato perpensa, atque emēdata.
5 Locus Sozomeni in Historia Tripartita, vera traductione illustratus.
6 Locus Iuuenalis ex Satyra nona explicatus.
7 Cœlibatum apud veteres probrosum fuisse.

Caput octauum.

SVBSEQVITVR huius secundæ partis caput octauum: in quo tractādum est de prole, quę inter maxima & tria matrimonij bona sine iniuria non inferiorem locum obtinet, quippe quæ ipsum mutuum amorem coniugalem mire conciliet, atq; ipsos coniugij sodales deuinctos teneat, rēpublicam ipsam liberis hominibus repleat, ac tandem genus humanum varia generatione conseruet. l.1. ff. solut. matrimo. l.2. C. de indict. viduit. toll. Nam & Paulus Iurisconsultus Adrianum Cæsarem respondisse refert se malle ampliari imperium hominum adiectione potius quā pecuniarum copia. l. fina. §. fraudis. ff. de bonis damnat. Is enim, qui Spartis leges dedit, cum cuperet quamplurimos Spartas esse ciues adhortatus est, vt quam maximum liberorum numerū procrearent, præmia constituens his, qui procreandis liberis operam darēt: vnde ex lege apud eos constituta is, qui tres filios suscepisset pręsidij, & stationis, qui quatuor omnium munerū vacationem habebat. autore Aristo. lib.1. politi. c.7. Apud Romanos constitutum deniq; fuit, numerum duodecim liberorum ab oneribus, etiam patrimonialibus excusare, vt quidam opinantur autoritate constitutionis Cæsarææ in. l. si quis decurio.2. C. de decurion. libro.10. ad cuius veram interpretationem adnotandum est, idē esse in quocunque duodecim liberorum parente, licet is decurio non sit, secundum Bart. in dict. l. si quis decurio. vbi idem senserunt Platea. & Luc. de Penna. Tenet idem Bart. in. l. semper. §.1. ff. de iur. immunit. Anchara. in cap. licet. de censib. Guido Papæ. q.401. Chassa. in consuet. Burgun. rubr.

1 §.4.

1.§.4.verb.aduerte.nu.55.Angel.Are. in princip.inst.de excusat.tut. num.4. vbi asserit,sic in practica obtinuisse:& seruandam esse hanc Bar.opinionem quam communem esse fatetur Ioan. Mauricius in.l.1. in repe. C. mulieres quo loco mun. sub.fol. pag.142. eandem opinionem sequuntur & expressim asseuerant communem esse Ana. cons.vlt.col.1.&.2.& illic Bologninus in additionibus. Tandem hæc cõmunis opinio in hoc tendit,vt licet à muneribus personalib⁹ excuset alioquin numerus quinq; liberorum in prouincijs Romæ trium, in Italia quatuor. l. 1.C.qui num.lib.se excus.&.l. penult. C.de ijs,qui numer.lib.se excus.Hinc illud ius trium liberorum cuius meminere Suetonius,Appianus,Martialis,& alij:attamen à muneribus patrimonialibus non excusat minor numerus, quam duodecim liberorũ: & hic excusat etiam eum, qui decurio non sit.Hæc etenim est Bart.& aliorũ cõmunis interpretatio. Sed contra communem istam sententiam quidam tenuerunt existimantes,duodecim liberorum numerum excusare à muneribus patrimonialibus eum, qui decurio sit, alios vero numerum decem & sex liberorum.l.semper.§. demonstratio.ff.de iure immunit. Quemadmodum visum est Bald.& Rebuffo in.d. l.si quis decurio. in quam sententiam declinare videntur Alber.in rub.ff.de munerib.& honorib.nu.88. Ioan. Andre. in reg.decet. de regul. iuris. in.6. Ioan. Mauricius in dict.pagi.142.Sed & Guido Papæ in.d.q.401.scribit,consuetudine, & moribus non esse receptam opinionem, quæ deducitur ex. d.l.si qs decurio.quę in Codice Theodosiano lib.12.tit.1.l.55.ita legitur.

Idem Aug.nempe Iulianus.

Leontio consuli Palestinæ.

Qui pater sit.xiij.liberorũ,non modo ad curiam nõ vocetur, verũ etiam si sit decurio,honoratissima quiete donetur.Dat.Calẽd.Martij Antiochi & Iuliano A.IIII.& Salustio Consu.

At in vulgatis Codicibus Iustiniani ita transcripta fuit,si quis decurio pater sit duodecim liberorum honoratissima munerũ quiete donetur. Fateor sane aliquãdo etiã in praxi me sequutum fuisse hanc cõmunem opinionẽ, quam modo falsam esse opinor,existimans,etiã numerũ duodecim liberorũ aut sedecim nõ excusare quenquã à muneribus patrimonialibus,nec ab his exactionibus, quas vulgo pechos appellant. Nam cõmunis sentẽtia minime probatur.in. d.l. si quis decurio. quę vere loquitur in decurionibus,in quo distinguitur à Iurisconf.responso in.d.§.demõstratur. vbi requiritur numerus sedecim liberorũ:& tamẽ vtraque responsio, vt palam est, non agit de muneribus patrimonialibus,sed in muneribus personalibus& municipalibus: quod apertius constat ex illa cõstitutione,quam ex Theodosiano Codice modo adduximus. Sic & nostra hæc opinio potissimũ instruitur autoritate iurisc.in.l. in omnibus.ff.de vacat.muner.Quæ patrimoniorum,inquit,sunt onera, filiorum numero nõ excusantur. idẽ probat text. optimus in.l.

in.l.neq;.& in.l.qui immunitatem.C. de muneri.patrimo.lib.10. hocipsum & Ioã.Mauricius asserere conatus est in dict. l.1. pagin.141. cui libentissime accedam, ex his vtranq; veterum opinionem improbans. Nec enim in decurione,nec in priuatis, iure verũ est, numerum duodecim liberorũ à muneribus patrimonialib⁹ excusare. Accursius vero in dict. §. demonstratur. non satis suffragatur Bart. quippequi etsi fateatur numerũ sedecim & duodecim liberorum excusare à muneribus patrimonialibus, non tamen concedit,decisionem.l.si quis decurio.esse intelligendã in eo,qui decurio non sit: nec in hoc propriam explicat sententiam. & ideo sanior est interpretatio, vt & ipse eam constitutionem intellexerit in specie per eam tradita. Quæ vero statuta sunt de tribus,quatuor, & quinque liberis in dict. l.1. C. qui nume.lib.se excus. pertinere videtur ad munera personalia,quæ ad priuatam vtilitatem spectant, absq; vllo publico honore:vt in tutela, a qua excusat Romę trium,in Italia,quatuor, in prouincijs quinque liberorum numerus dict.l.1.l.amicissimos. §.vlti. ff. De excusat.tuto.§.1. institu.eod. titul. Regia lex,quæ numerum quinq; liberorum elegit.2.titul.17.parti.6. Quod si communis interpretatio ad dict.l.si quis decurio.alicui placuerit.vel in decurione, vel in priuato,is poterit plures eiusdẽ opinionis intellectus quo ad praxim petere ab his,quos paulo ante citauimus, præsertim Ioan. Andr.Chassan.Anan.Bolognino,&Ioã. Mauricio.quæ tamen longius repetere minime vacat, nec operis titulo cõuenit:sat enim sit prædicta à iurisconsultis mutuasse, quibus probaremus præmia constituta fuisse his, qui liberis procreãdis operam darent. Si quis vero in laudem prolis nosse plura cupiat, Ioan. Stobæum legat sermone. 73.*Multa etiam de iure trium liberorum apud Franciscum Duarenum.li. pri.disput.cap.40. sed & de eodem iure legem Spartanorum tradit Aelianus lib.6.de Varia Historia. & Romanorũ Plutarchus in Numa.* Quibus adiungere libet verba Auli Gellij libro.2.ca.15. qui caput legis Papię Poppęæ refert.Is inquit, postquam soboles ciuitati necessaria visa est,& ad populi prolem frequentandam pręmijs, atque inuitamentis vsus fuit, tum antelati quibusdam in rebus qui vxorẽ, quique liberos haberẽt senioribus,neque liberos,nec vxores habentibus:sicuti.cap.7.legis Iuliæ priori ex consulibus fasces sumendi potestas sit, non qui plures annos nactus est: sed qui plures liberos, quã collega, aut in sua potestate habet,aut bello amisit. Hactenus Gellius: apud quem dicta lex, Iulia appellatur,ab ipso Augusto,qui cum antea diceretur Caius Octauius, deinde Caius Iulius Cæsar Octauianus dictus est.ex Dione libr.45.notat. Anto.August.libr.3. emendationum capitul.8. Ipse vero senior Augustus post Iulias rogationes eam legem incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario sanxerat.autore Cornelio Tacito libro tertio, quod ante nos admonuit

nuit And. Altia. libro tertio. dispunc. capitul. 3. qui scribit dictam legem latam fuisse à Papio Poppæo: atque ita passim ab autoribus dicitur lex Papia
3 Poppæa: vnde errorem Isidori notat in cap. quædam. 2. distinct. vbi scribit hanc legẽ tulisse sub Octauiano Augusto Papium, & Pompeium consules, quem Aymarus sequitur lib. 2. Historiæ iuris ciuilis. Nec mirũ: cum tot mendis à Plinio euulsis, etiam nunc apud eum libro septimo, capit. 48. legatur. Gneo Pompeo. Q. Sulpicio cõsulibus, cum legendum sit. Caio Poppæo. Q. Sulpitio consulibus: ex Suetonio in Vespasiano. cap. 2. autore Henrico Glareano in Titi Liuij chronologia. Hinc etiam quibusdam videri potest Ioan. Ferrari. in titu. de success. libert. §. postea. lapsum esse dum dixit legem hanc latam fuisse diui August. temporibus a Papio, & Poppæo consulibus: cum Poppæi fuerit collega Q. Sulpitius Camerinus. ex Sueto. in præfato cap. Ego vero nil temere mutandum censeo, nec in Plinio, nec in Suetonio: cum constet ex Dione lib. 43. & 48. Cæsarum imperio consules ab initio creatos per totum annũ magistratum minime gessisse: sed vel per duos menses vel vnum mutari solitos, vt sors ferebat. quod & Altiat. ad-
4 notauit libro quinto parerg. cap. 10. & sequenti. Id tamen ex eodem Dione constat lib. 56. legem hanc latam fuisse sub Augusto à Marco Papio, & Quinto Poppæo ea parte anni consulibus, qui & vxoribus, & liberis carebant. Vnde apud Isidorum ipse liben ter ita legerem. Nam sub Octauiano Cæsare Papius, & Poppæus suffecti consules legem tulerunt, quæ ab eorũ nominibus appellatur Papia Poppæa, continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Erat & aliud huiusce legis Papiæ caput, vt si vir, & vxor
5 filios non haberent, quod alter alteri reliquisset decima parte fisco adiudicaretur: qua in parte dicta lex sublata fuit in. l. final. C. de infirmand. pœnis cœliba. Scribit & ad hæc Tertulianus in Apologetico. capit. 4. Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogũt, quam Iuliæ matrimonium contrahi, vanissimas esse, atque à Seuero ob id exclusas fuisse. Erat præterea sancitum ad puniendos cœlibes, vt qui à vicesimo quinto anno vxorem non haberent, nihil ex testamento lucrarentur, nisi ipsi testanti genere proximi forẽt: qui vero filios non habuisset, medietatem relictorum sibimet amittebat, vt scribit Sozomenus lib. 1. Historiæ Tripar ti. capitulo. 10. dicens à Constantino has cœlibatus pœnas sublatas fuisse. quod & apud ipsum Sozomenum ex tat in eius Græca historia libr. 1. cap. 9. Obiter tamen admonẽdus est lector, Sozomenum, vel ab Epiphanio eius interprete perperam traductum, vel scriptoris vitio deprauatum fuisse: cũ hactenus apud eum legatur. licet generis proximitate consisterent: Græco Sozomeni codice refragante. * Et Nicephoro libr. 7. Histo. Eccles. cap. 46. Qui hæc de Constantino scribit. Absurdas etiam illas apud Romanos leges, ne Cœlibes in adeunda hæreditate

ditate coniugibus æquarentur, neue præterquàm genere propinqui quidquam ex testamento lucrarentur: præterea, vt qui liberos non procreassent, dimidia bonorum parte multarẽtur, abrogauit.* Ex quibus omnibus integer constat sensus Iuuenalis Satyra Nona, apertior saltem, quam sit ab alijs traditus.

Iam pater es, dedimus quod famæ opponere possis.

Iura parentis habes, propter me scriberis hæres.

Legatum omne capis: necnon & dulce caducum.

Commoda præterea iunguntur multa caducis.

Si numerum, si tres impleuero.

Constat enim partẽ illam, quæ fisco adiudicabatur, & à legato, vel hæreditate detrahebatur, caducũ dici. Huius l. Iuliẹ meminit & Tertullianus in lib. de monogamia. aliud, inquit, est, si apud Christum etiam legibus Iulijs agi credunt, & existimant, cœlibes & orbos ex testamento Dei solidum nõ posse capere. His etiàm suffragatur, qd ex Lycurgi legibus Plutarchus in Laconicis refert scribens, Lycurgum ciuibus, qui à nuptijs abhorrerent, suis legibus ignominias plures addidisse. Item apud Romanos probrosus erat cœlibatus, vt cõstat ex legibus duodecim tabularum. titu. de censori. Testis etiam est Valerius Maximus li. 2. c. 4. idq; ex Platone & alijs penes alias gẽtes vitio, & ignominiæ datum fuisse, adnotauit Crinit. de honesta discipli. lib. 14. c. 15. de prole igitur acturus tria expediam breuiter. Primum de prole ex copula coniugali suscepta, seu ratione matrimonij legitima tractabo. Secũdum de prole illegitima. Tertiũ de legitimatione filiorum.

EX. §. SEQVENTI.

1 Filij nati ex matrimonio ab infidelibus contracto, iure tamen humano inualido, sunt legitimi, si eorum parentes Christi fidem profiteantur.

2 Filij ex matrimonio nullo concepti, legitimi quo ad omnia censentur, propter bonam fidem vtriusque, vel alterius parentis,

3 Filius ex bona fide parentis legitimus, vere & non ficte legitimus est, & ad feuda admittendus.

4 Bona fides præsumitur in matrimonio.

5 Bona fides in matrimonio præsumitur, etiam lite pendente.

6 Filij concepti ex matrimonio, etiam lite pendente, sunt legitimi ex bona fide parentum. quanuis parentes fuerint a iudice ob contumaciam excommunicati.

7 Filij nati appellatione pendente super matrimonio legitimi sunt, propter bonam fidem parentum.

8 Matrimonium contractum lite pendente super primo, an censeatur bona fide contractum, saltem ex præsumptione?

9 Error iuris an bonam fidem inducat in matrimonio quo ad legitimationem prolis?

10 Sententia in matrimonio an tribuat iustã causam præsumendi bonam fidem? & num. 8.

§. *PRIMVS.*

1 PRIMVM omniũ id cõstat filios susceptos ex matrimonio vero legitimos esse. c. quod nobis. c. causamq;. in. 2. capi. lator. qui filij sint leg. cap. tuam. de ord. cogni. tex. in princi. institu. de patria potest. Vnde si matrimonium contractum inter infideles, iuxta propriam eorum legem valuit

luit,etiam ſi iure canonico nõ teneat, filij ex eo nati legitimi ſunt,ſi illi cõiuges ad fidem catholicam conuertantur.capit.final.qui filij ſint legitim. Illud enim matrimoniũ adhuc aſſumpta fide Chriſtiana nõ dirimitur. cap. de infidelibus.de conſang.Ex quibus non placet gloſ.in dict.c.fin.dicens filios ſuſceptos ab illis, qui ex Moſaica lege repudiatis prioribus vxoribus,& eis viuentibus, ſecunda matrimonia contraxerunt,legitimos eſſe iudicandos,etiam ſi parentes Chriſti fidẽ profiteãtur: niſi dixerimus eos legitimos
2 eſſe ex benigna eccleſiæ cõſtitutione, ne auertantur parentes à fide catholica ſuſcipienda: & ex eo, quod Moſes permiſit illa matrimonia ob duriciam cordis Iudæorũ. ita Abb. & Anchar. in dict.cap.fina.idem Anchar.in cap. gaudemus.de diuort.col.pe. Imo filij procreati ex matrimonio nullo quandoq; legitimi cenſentur, nempe propter bonam fidem alterius tantum ex cõiugibus.c.ex tenore.qui filij ſint legit.c.peruenit.eod.tit.

Duo tamen ſunt neceſſaria. Primũ, quod matrimonium fuerit bona fide contractum. ſecundum quod ſit in fa
2 cie eccleſiæ celebratum.c.cum inhibitio.§.1.de clandeſt.deſponſ.c.2. qui filij ſint legit.& ibi Doct.communiter: quibus conuenit Regia.l.2.tit.15.part. 4.Ideo dicti filij integre,& omnino legitimi cenſentur, quo ad omnia, non ex parte.glo.in.d.c.cum inhibitio.§.1. quam comméd. Georgi. Natan.in.c. quamuis pactum.de pact. in.6. 2.col. Iaſ.in.l.ex facto. col.5.ff. de vulga. idẽ Iaſ.dicens hanc opinionem eſſe communem in conſil.156.col.2. volu.4.& conſil.168.colũ.3. eod.volu. ſimilis eſt gloſſ.in. c.cum in captiuitate.34. q.1. quia vere ſunt legitimi iſti filij. quod in dict.cap.ex tenore probatur.& Regia.l.3.tit.3.part.4.&.l.1.tit.13.ead.parti.notat Bald.in.l.qui contra. C.de incẽ.nupti.Si vere legitimi ſunt,pro parte legitimum eſſe,& pro parte illegitimum,non conuenit.

Hinc infertur falſum eſſe quod Benedict. à Plũbino adnotauit in diſpu-
3 tatione incipienti. ſtatuto Piſano. col. 3.dicens dictos filios eſſe ficte, & non vere legitimos. conſtat enim ratione matrimonij legitimos eſſe,& à radice copulę coniugalis tales cenſeri:igitur vere legitimi ſunt,non ficte. Cui opinioni contra Plumbinum aſtipulatur Regia.l. 1. titul.13. Partita.4. vbi dicit hos filios eſſe legitimos:igitur vere, non ficte ſunt legitimi, quia verbum, eſſe, veritatem inducit: vt ſtatim probabimus.§.ſequen.num.26.

Secundo infertur hoſce filios legitimos eſſe quo ad feuda.Bald. in. c.1.§. naturales.ſi de feud.fuer.contro.inter domi.& agnat. vaſ. & excludere ſubſtitutum ſub illa conditione,ſi inſtitutus deceſſerit abſq; filijs legitimis, & naturalibus.Curti.Iunior.cõſ.52.col.1. & conſi.27.vtrobiq; Bald.ſequutus.

Tertio,infertur eoſdem filios excludere ſubſtitutum ſub illa conditione, ſi inſtitutus deceſſerit abſq; filijs legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio. Hoc enim matrimoniũ legitimum cenſetur ex bona fide alterius:

rius:atque ita Deti.reſpondit conſ.153. quẽ ſequitur Carol. Molinæ.in Alex. conſi.5.vol.7.Cui tamen ſubtiliter reſiſtit Curt.Iun.cõſ.27.longius.cõſ.64.

Et hæc procedunt ita late,vt bona fides preſumatur interim dum nõ probatur mala fides.Bald.in.d.l.qui contra.Hippo.in.l.qui ignorans.nu.19.ff.
4 ad.l. Cornel. de falſis. ſiquidem & ad præſcribendum bona fides præſumitur.glo.in.c.fi.& in.c.ſanctorum.& in c.ſi diligenti. de præſcript. Bart. & ibi Balbus in. l. Celſus. ff. de vſucapio. 3. par.repetitio.Iaſ.in.§.ſed iſtæ.inſti. de actioni.nu.99.Curti.Senior conſil.71. col.4.Curti. Iunior conſil. 28.col.2. & Alcia.reg.3.de præſump.5.prę.Imo & in cauſa matrimoniali præſumitur bona fides,etiam lite pendente ſuper matrimonio.text. optimus in.c.2.qui filij ſint legit.vbi Doct.ex eo hanc aſſertionẽ colligunt.Cui tamen obſtat, quod lite pendente, & conteſtata præſumitur mala fides.l. ſed ſi lege.§. ſi ante.& ibi.gloſſ.ff.de petit.hæred.etiam præſumptione iuris, & de iure, ſecũdum Bart. ibi. quem ſequuntur Ant.& alij in.c. conſultationibus. de iure pat. Ex quo tenetur victus fructus rei petitæ poſt litem conteſtatam perceptos reſtituere.gloſſ. communiter recepta in l.ex diuerſo.ff.de rei vendi.& in.c.grauis.de reſt.ſpol.l.certum.C.de rei vendi.etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigãdi & eam habuiſſe probare velit.
6 Rota in nouis deci.182.ſenſit Bal. poſt gloſ.ibi in.d.§. ſi ante. Verum lite etiã cõteſtata pręſumitur bona fides in matrimonio.ita Ancha; & ibi Præp. expreſſe notant in.d.c.2.qui filij ſint leg. pro quibus eſt text.in.c.2.vt lite pend. ex quo pendente lite permittitur litigantibus ſuper matrimonio carnalis copula, quã minime eccleſia permitteret,ſi mala fides præſumeretur. c.inquiſitioni.de ſenten.ex com.Nec faciliter dari debet præſumptio delicti. l. merito. ff. pro ſocio. quam rationem Hoſti.& Abb. ſentiunt: ſed nimis negligenter eam expediunt in dict. c. 2. Quod ſi victus fructus reddere tenetur,quos ex repetita lite cõteſtata percepit:ideo contingit:quia ex re aliena eos percepit,ac lite conteſtata tenetur eos diligẽtius quam antea cuſtodire, &conſeruare:ita vt ad hunc effectũ reſtituendi fructus, victus poſſeſſor malæ fidei præſumatur:ſiquidem quo ad alia:bona fides in eo præſumitur: fructus enim illos facit ſuos,quos non feciſſet ſi eſſet prædo,& malæ fidei poſſeſſor.Nec ſequitur,tenetur fructus reſtituere:igitur deliquit eos percipiendo:mirum ergo non erit, ſi præſumatur malę fidei poſſeſſor quo ad effectũ reſtituendi fructus:cum tunc nulla ſit præſumptio delicti ad hoc neceſſaria: nõ tamen præſumitur malæ fidei poſſeſſor lite cõteſtata ipſe litigans ſuper matrimonio, ſi eo vtatur cum delictũ omnino præſumeretur.

Ex quo deducitur recte hãc rem perpendiſſe Bar.Brixi.q.Dominicali.64.
6 quem cõprobat Præpo.in.d. c.2.col.2. per tex.ibi dicens filios natos, ſeu conceptos ante ſententiam pendente lite legitimos eſſe, quamuis eorum parẽtes ante cõceptionem à iudice eſſent

excommunicati propter contumaciã in non comparendo cõmissam. Quibus tamen postea litem prosequutis 8 pronũciatum fuit matrimonium minime valuisse.

Secundo, ex præmissis etiam cõstat appellatione pendente à sententia lata contra matrimonium filios conceptos legitimos esse. Ioan. Andre. Præpo. & Cardi. in. d. c. 2. & Henri. in. c. ex tenore. qui filij sint legi. argumento tex. in. l. 1. ad finẽ. ff. ad Turpili. capi. venientes. de iureiurãd. c. nõ solũ. de appella. in. 6. vbi probatur sentẽtiã appellatione suspendi quo ad eius effectus.

Tertio idem esse dicendũ videtur de filijs conceptis post hanc sententiam pendente termino decem dierum dato à iure ad appellandum. c. nõ solum in princ. de appella. in. 6. his tamẽ duobus casibus proximis nõ est præsumẽda bona fides, sed mala: propter autoritatem sententiæ. cap. in pręsentia. de renuntiat. clement. 1. de sequestr. poss. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testam. Ex quibus appellatione pendente adhuc sententia habet maximã autoritatem, licet nondum sit sortita effectum rei iudicatæ: sic pro ea sentẽtia præsumitur, quamuis nõ operetur translationem oneris probandi in aduersarium, ex traditis per Deti. in rubo de appe. col. 4. eundẽ in. c. quoniã contra. de probatio. nu. 32. & ibi Fel. nu. 31. & Alcia. de pręsumpt. reg. 3. pręsump. 9. non tamen est ita plane recedẽdum à prædictis duabus cõclusionibus propter possessionem cohabitationis coniugalis: tametsi apud me sint dubiæ.

CAP. VIII.

Hinc infertur non optime respondisse Paul. de Castro consi. 354. 1. vol. matrimoniũ secundum bona fide censeri contractum pendente lite, & appellatione à sententia lata contra primũ. Hoc etenim Feli. reprobat in. c. lator. nu. 11. de re iud. & merito, ob primum matrimonium super quo lis pendet. arg. c. cum apostolica. de sponsa. aliud enim est præsumere bonam fidem in coniugibus pendẽte lite super eodem matrimonio: aliud in his, qui secundum matrimonium contrahunt in iniuriam primi matrimonij, quod adhuc in lite versatur. notant Imola consi. 125. glo. fi. & ibi Abb. in. c. tenor. paulo ante citato. & Domin. cons. 79. Imo ipse Feli. amplius asseuerat idem esse quo ad malam fidem præsumendam, si secundum matrimonium contractum esset pendente lite super primo, quod fuerat dissolutũ sententia, à qua non fuit appellatum: nec tamen transierat in rem iudicatam: quia in matrimoniali causa lata fuerat. Nã ex quo fuit iam cœpta lis super prioris sententiæ rescissione satis coadiuuatur præsumptio malæ fidei. & idem Abb. notat in dict. c. tenor. num. 9.

Hinc etiam apertissimum est sententiam latam pro ipso coniugio bonæ fidei absq; dubio pręsumptionem inducere. Nam si pendente lite ante sentẽtiam, tẽpore quo expectatur dubius euentus litis præsumitur bona fides: igitur lata sententia pro matrimonio, fortiori ratione, & coniectura præsumetur, etiam si sit lata per falsos testes etiam corruptos pecunia, ipso tamen coniuge

coniuge ignorãte: quod eleganter notat Ancharra. in. c. perlatum. qui filij sint legitimi. dicens sententiam diuortij in primo matrimonio constituere pręsumptionem bonæ fidei in eo, qui cum soluta à lege prioris coniugij, ex ratione illius sentẽtiæ, matrimonium contrahit, etiam si sententia sit lata ex falsis testibus, & pecunia corruptis.

Ex his & illud explicari potest, an ex errore iuris matrimoniũ contractum hunc operetur effectum. & Abb. in. c. referente. qui filij sint legit. hoc dubiũ 9 reliquit indecisum: quibusdam tamẽ videtur filios conceptos ex tali matrimonio legitimos esse. per tex. in. l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. §. 1. vbi à iure prædicti filij legitimi efficiuntur, accedente etiam longo tempore, quo matrimonium stetit copulatũ, & ita Bald. Nouell. illũ text. intelligit in tracta. de dote part. 11. col. fi. Verum quia ipse exigit iustum errorem, adhuc ego vlterius considerandum cẽseo. Nam si iuris error ita iustus sit, vt bonam fidem producat, nõ dubito ex matrimonio illo, etiam absq; longi tẽporis cursu, filios legitimos esse: cum & legitimi sint ex alterius coniugis bona fide. per text. in allegato. c. ex tenore. quæ bona fides ex iuris iusto errore adest 1 in matrimonio. Potest etenim iuris error bonam fidem producere, quando 2 erratur in dubia iuris decisione: in qua intelligenda, etiam ipsi Docto. varias professi sunt opiniones: aut quando 3 aliqua dictio in iure ambiguam habet interpretationem, etiam apud ipsos iu 4 risconsultos: is enim error iustus existimari debet. text. vbi Abb. & Imola c. cum dilectus. de cõsuetu. idẽ Abb. illum tex. dicens notabilem in cap. de quarta. de præscriptio. col. 3. & sing. Feli. ibi. & Bald. in. l. Celsus. ff. de vsucap. 4. notab. Curti. Iunior consil. 6. nume. 22. idem consil. 28. col. 3.

Ex quibus infertur intellectus & defensio glos. in. c. perlatum. qui filij sint legit. quam Abb. & Cardi. dicunt sin- 10 gul. ex ea notantes, sententiam diuortij prioris matrimonij iustam causam ignorantiæ exhibere, vt secundũ matrimonium contrahatur: quamuis illa sententia nulla sit. Id enim procedit, quando prædicta sententia nõ est manifeste nulla: sed si esset manifeste nulla, ex ea non posset iusta ignorantia iuris prætendi per tex. vbi glos. verb. cõprobata. hoc not. in. c. per venerabilẽ. qui filij sint legit. ita illũ tex. intelligẽs, qui potest & aliter intelligi, si dicamus ibidẽ à prima sentẽtia diuortij appellatum fuisse, & secũdum matrimoniũ cõtractum lite, & appellatione super primo pẽdente: quo quidem casu mala fides in contrahentibus præsumenda est, vt paulo ante dicebam num. 8.

EX. §. SEQUENTI.

1 Filij nati ex coitu fornicario, qui poterat coniugalis esse, si consensus accessisset: per subsequens matrimonium efficiuntur legitimi.

2 Filij prædicti legitimi fiunt per matrimonium subsequens, siue natiuitatis, siue conceptionis tempore potuissent parentes matrimonium contrahere.

3 AEtas an sit à die conceptionis, vel natiuitatis computanda?

4 Filij nati ex concubina, etiam non retenta domi efficiuntur legitimi, ratione sequẽtis matrimonij.

5 Filij nati ex concubina clerici in minoribus ordinibus constituti, etiam beneficium ecclesiasticum habentis legitimi fiunt per matrimonium subsequens.
6 Filij nati ex concubina Iudæa, vel Sarracena, non efficiuntur legitimi ratione matrimonij legitime subsequentis.
7 Filij per coniugium subsequens, legitimi efficiuntur, etiam si nati fuerint ante matrimonij contractum.
8 Filij efficiuntur legitimi subsequuto inter parentes matrimonio, etiam si non intercesserint nuptialia instrumenta.
9 Filij matrimonio sequuto legitimi efficiuntur, etiam si parentes sint genere, vel fortuna dispares.
10 Filij matrimonio sequuto inter eorum parentes, etiam senes, & in mortis extremo tempore constitutos, legitimi censentur.
11 Infirmus prope ipsam mortem existens matrimonium iure optimo contrahere potest.
12 Filij legitimi fiunt per matrimonium subsequens, etiam sine parentum consensu, imo ipsis contradicentibus, & repugnantibus.
13 Legitimatio filiorum exigit parentum consensum, ipsorumquè filiorum.
14 Ingratitudinis ratione minime reuocatur filiorum legitimatio: quæ ratione sequuti coniugij à iure facta fuit.
15 Filij legitimi censentur ex matrimonio sequuto inter eorum parẽtes, etiam si post eorum natiuitatem aliud matrimonium contractũ fuerit.
16 Filij concepti ex coniugato, ipsa matre soluta, & ignorante, an legitimi fiant per matrimonium postea legitime subsequutum.
17 Bona fides parentis in concubinatu an reddat ipsam prolem naturalem?
18 Legitimatio ratione subsequentis matrimonij est tantum iure humano inducta.
19 Nepos ex filio præmortuo an fiat legitimus, ex matrimonio inter auum, & auiam contracto?
20 Nepos rescripto principis auo legitimus efficitur, etiam post patris mortem.
21 Filius ex subsequẽti matrimonio ita legitimus efficitur, vt quo ad omnia legitimus sit censendus.
22 Legitimatus per subsequens matrimonium, ad retractum admittendus est.
23 Legitimatus per subsequens matrimonium, admittitur ad ecclesiasticam emphyteusim.
24 Legitimatus per subsequens matrimonium, in Episcopum eligi potest.
25 Legitimatus per subsequens matrimonium etiam iuribus municipalibus legitimus censetur.
26 Legitimatus per matrimonium subsequens vere non ficte legitimus est.
27 Legitimatus per matrimonium subsequens ad feuda admittendus est.
28 Legitimatus per matrimonium subsequens, an sit primogenitus censendus, excluso fratre postea ex matrimonio legitimo ante secundum coniugium nato?
29 Legitimatio per subsequens matrimonium, reuocat donationem ex constitutione. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio.
30 Legitimatus per subsequens matrimonium an sit dicendus natus ex matrimo. legiti.

§. SECVNDVS.

NEC tantũ illa proles censet legitima, quæ ex matrimonio concepta fuit: sed & ratione matrimonij subsequẽtis filij antea ex coitu fornicario nati, efficiuntur legitimi. c. tanta. qui filij sint legit. l. cum quis. C. de natur. liber. quibus conuenit Regia. l. 1. tit. 13. part. 4. Est tamen hic fauor à iure Pontificio matrimonio impensus, pluribus ornandus, atq; explicandus interpretationibus. Primo enim est intelligenda dicta constitutio in filijs natis ex coitu, qui poterat esse coniugalis inter parentes, si consensus ab eis præstitus foret. quod probatur in. d. c. tanta. in. 2. part. vbi Docto. id asserunt communiter, & pulchre Theophilus in. §. fi. inst. de nup. Sed est in hoc egregia dubitatio, vtrũ sit satis, quod tempore natiuitatis coitus potuerit esse coniugalis, an precise exigatur conceptionis tempore coniugium potuisse contrahi inter parentes. Et Saly. in. l. filium. C. de suis, & legit. hæred. conceptionis tempore matrimonium cõtrahi potuisse præcise exigit. & Ant. Rosellus de legitimat. col. 8. & 9. quibus adiungenda est Cini, ac Pauli Castren. sententia in. l. ex libera. C. de suis, & legit. hęred. qui tenent, filios conceptos ex matrimonio nullo: cuius est postmodum dispensatio sequuta, non esse legitimos, etiam si nascantur post obtentam dispensationem. His etiã suffragat. l. Paulus. ff. de statu homi. vbi tempus conceptionis est considerandum, quo ad filiorum statum, etiam si eis hoc non sit vtile: quod cõstat, quia tempore natiuitatis ibi ex iure ciuili matrimonium erat legitimum: nõ tamen tempore conceptionis: & subdit iurisconsultus iustos non esse liberos: ergo in hac nostra controuersia ex illa lege dicendum erit: attendi debere tẽpus conceptionis, ita vt tunc potuerit matrimonium cõtrahi, nec satis esse, quod potuerit cõtingere tempore natiuitatis. Quo fit, vt gloss. in. c. 2. qui filij sint legitim. egregie in illius. l. Paulus. inductione errauerit, ex ea colligens, tempus conceptionis attendendum esse, cum de commodo alicuius tractatur. Probatur etiã prædicta principalis opinio in. l. & si contra. vbi glo. C. de nupt. & in. l. ex libera. C. de suis, & legiti. hæredib. optimus text. in. l. 8. tit. 13. part. 6. ibi genuerit.

Contrariam sententiam, imo quod sit satis, vel tempore conceptionis, vel natiuitatis, matrimonium inter parentes contrahi potuisse, suadet. l. qui in vtero. ff. de stat. homi. vbi iurisconsultus fœtum existẽtem in vtero, natum existimat, si fœtui hoc sit vtile, alioqui non existimari natum, constat. idem probat glos. quam Docto. ibi sequuntur in dict. c. 2. igitur filij nati, vel concepti tẽpore, quo pater, & mater matrimonium contrahere legitime potuissent ex matrimonio sequuto legitimi efficiuntur. ita Hostien. Ioan. Andre. Anto. nume. 17. & Cardi. in dicto cap. tanta. Saly. in. l. nuper. C. de natural. liber. vbi tex. hanc opinionem probat: quam communem esse existimo, cui & Henric. adhæret in. c. ex tenore. qui filij sint legiti. optimus tex. in. l. seruorum. §. fi. ff. de statu. homi. & §. sufficit. instit. de ingenuis. quibus constat, quo ad filiorum libertatẽ, statum matris, tempore conceptionis, vel natiuitatis attendi. & l. Regia. 11. in Taurinis sanctionibus, hęc ipsa opinio in matrimonio cõprobatur. Nec obstat. l. Paulus. quia in eo casu, nec tempore natiuitatis matrimonium erat legitimum. Nam & si potuit tunc contrahi legitime, tamen contractum prius eo tempore, quo minime licebat, non fuit nouo consensu, legitimo tempore confirmatum. atq; item Regia. l. 8. est ita intelligenda, vt alternatim, vel cõceptionem, vel natiuitatem expectemus, ex aliarum legum additione, qua lex illa supplenda est, coadiuuante dicta. l. nuper. Cætera autẽ, quæ pro prima opinione adduximus, parum obstant: siquidem illa iura hanc quæstionem directe non attingũt. Docto. vero autoritates negari possunt. Nec est admittenda in hoc dubio distinctio Alberi.

in dicta.l.Paulus. quia nec iure proba
tur:neq; ab alijs recepta fuit.

Non tamen omiserim ex vsu loquẽ
di,vel loquentis mente quandoq; cõ-
3 siderandam esse natiuitatem,non cõ-
ceptionem. ex quo falsa est opinio gl.
in reg.Cancel.17.dicentis, annos ætatis esse à die conceptionis computandos,si id vtile sit ei, de cuius ætate tractatur. Ego enim hanc sententiam adeo à vero deuiare existimo, vt nihil hac in re falsius dici posse libenter asseram.Frequentissimũ quidem est, ętatis annos à natiuitate, non à conceptione connumerari.

Secundo intelligenda est cap.tanta. decisio, etiam si filij sint nati ex coitu fornicario, domi minime cohabitan-
4 te concubina. cum inter hanc concubinam, & virum matrimonium legitime contrahi posit.gloss.quæ expressim hoc ipsum notat in cap. innotuit. de electio.& ibi Abb.idẽ Abb.& Doctor.in dict.cap.tanta.Ioan.Andre. in regu.sine culpa.de regul.iur.in.6.col. 7. quod alibi à suis principijs deducemus: nempe hoc eodem cap.§.4. nume.2.& sequenti.

Tertio est idem intelligendũ,etiam si filij nascantur ex carnali copula,quã cum eorum matre clericus in minori
5 bus ordinibus cõstitutus habuit, etiã si is eo tempore ecclesiasticum beneficium obtineret ex Ioan.Andre.in dicta reg. sine culpa. col.8. Bald. in cap. 1.§.naturales.si de feud. fuerit contro. inter domi.& agnat. vas.Præpo.in dicto.c.tanta.9.col.glo.in Pragmat.Sanctio.tit. de cõcubinarijs.§.ipsas. verb. arcere.Nicola.de Vbaldis in tracta.de success.ab intesta.col.20. licet in clerico in minoribus constituto, ecclesiasticum beneficium habente cõtrariũ asserat Bartol.in.l.penul.ff. de concubi.Ludoui.de Sardis in tract. de legitimatio.2.parte.§.de legitim. per subseq. matrimo.q.3. Anto.Rosellus lib. 1.legitimationum. colũ.4. Ioan.Lupi in.l.9. Tauri. nume.39. idem in.c. per vestras.3. notab.§. 21. nu.21. de donat. inter vir.& vxor.vbi hanc Bartol.opinionem falso tribuit Ioan. Andre. in dicta reg.sine culpa.

Quarto ex his constat filios susceptos à monacho,vel moniali intra annum probationis per matrimonium subsequens legitimos effici, quia tempore conceptionis parentes coniugiũ contrahere poterant.quod Præp. fatetur in dict.c.tanta.col.10. & Ioan. Lupi in.l.9. Tauri.num.41.

Quinto, intellige dictam legitimationem ex præmissis induci quando
6 concubina,ex qua genuit filium Christianus,erat tempore cõceptionis, vel natiuitatis catholica, seu Christi fidẽ professa: secus si esset Sarracena, Iudæa, vel aliàs infidelis.Nam quamuis postea fidem Christi suscipiat,non efficitur filius legitimus,ex matrimonio subsequenti.Hosti.Ioan.Andre. Anto.Card.& Abb.in dict.c.tanta.quorum opinio probatur ex eo,quod nec tempore conceptionis,nec natiuitatis poterat inter parẽtes legitime contrahi coniugium,quod alibi diximus:tametsi ab hac quinta interpretatione recedant Calde.in dict.c.tanta. & Anto.

to.Rosell.lib.1.de legitimat.col.9.

Sexto, subinfertur ex his, filios effici legitimos per subsequens matrimonium, siue sint nati matrimonio ipso
7 nondum contracto, siue eis cõcepti, & adhuc in vtero existentibus,matrimonium contrahatur. ita Ioan. And. in dict.c. tanta. cui cæteri assentiũtur: & probatur in.l.nuper. C.de natur.liber.& in.§. sufficit. instit.de ingenu.Id enim tantum aduertendũ erit,potuisse parẽtes ex cõsensu dictã conceptionis copulam,vel ex ea sequutam natiuitatem,proprio cõiugio honestare.

Septimo,intellige id procedere etiã si in matrimonio subsequuto,non in-
8 terueniant nuptialia instrumẽta, quæ quamuis iure ciuili exigantur, iure tamen Pontificio, cui standum est, non sunt necessaria,vt matrimoniũ valeat. glos.in.c.1.30. q.5. Abb. & alij in.d.c. tanta. Angel.Areti.in.§.final.insti.de nuptijs.Ias.cons.168.nu.7.vol.4.Deti.
9 cons.155.col.2.dicens hanc opinio.esse cõmunem.idem asserit Præp.col.15.in d.c.tanta.addit tamen hanc opinionẽ cõmunẽ procedere, quo ad matrimonij vim,& valorẽ,atq; filiorũ legitimationem simplicem,& canonicã,nõ tamen quo ad filiorum successionẽ,quę in locis imperiali ditioni subiectis filijs nõ defertur.nisi in matrimonio nuptialia instrumenta confecta fuerint, idẽ voluit Angel.Perusinus consil.29. Bald. in.l.si qua illustris. C.ad Orfic. vers.item notat.Lucas de Pẽna in.l.4. col.2. C. de his qui spon.mun.subien lib.10.Soci.Iunior cõsil.52.col.2.vol.1. & Curti.Iunior consil.136.col.2.1.vol. cõs.vbi profitetur hoc esse cõmuniter receptũ.Verum ego non arbitror hãc Angeli sententiã ita frequenter receptam esse,vt eam seruandam fore existimem: vix enim eam procedere cõpertum habeo: siquidem ratione matrimonij filij censendi sunt legitimi, etiã in foro Cæsaris: at matrimonium iure Põtificio iudicatur,non Cæsareo vt constat:ideo Angeli opinionem reprobãt Alex.in.l.ex facto.§.si quis rogatus.num.19.ff.ad Trebel.& Ias.in.l. generaliter.§. où autem pe. col. C. de instit.& subst.quorũ opinionem communem esse fatetur Carol.Rui.consi. 211.col.2.vol.1.eam etiam sequitur Parisi.cons.13.nu.49.vol.2. dicens non esse ab ea recedẽdum.nec ab hoc dissentiunt Angel.Aret.& Deti. paulo antecitati:imo idem probare videntur.

Octauo,principaliter hoc intellige procedere,etiam si parentes sint dispa
9 res genere,& diuitijs:nihil enim hoc refert ad cõiugium,cuius ratione filij legitimi efficiuntur ex sentẽtia Nicol. de Vbald.in tracta. de success.ab intestat.col.16.Ias.cõs.234.2.vol.Ioan. Lupi in.c.per vestras.3. notab.§.21.nu.17. de donatio.inter vir.& vxo. Licet Ange.per tex.ibi cõtrarium teneat in authen.quib.mod.natur.effici.leg.§.sed aliud.cui accedunt Paul. de Monte Pico in.l.Titia cum testamento.in.§.Titia cum nuberet.nu.52.ff.de legat.2.& Curti.Iunior cõs.136.Carol.Ruin.cõs. 211.vol.1.nu.5.Soci.Iunior cons.52.col. 2.vol.1.dicens Ange.opinionẽ cõmunem esse.nu.10.tex:tamẽ in dict.§.sed aliud.in meretrice loquitur, quo casu

non est certum, ex quo viro sit susceptа proles. vt illum text. Ias. intellexit in dicto cons.234. Sed aptius eiusdem tex. intepretationem exponens Angeli sententiam refellit Emanuel à Costa Lusitanus, q; ius ciuile apud Coimbricam magno cum nomine publice docet in.§.& quid si tantum.2.par.nu. 98.ff.de lib.& posthu.

Nono prædictam legitimationē intellige à iure cōcedi ratione matrimo
10 nij, etiam contracti ab infirmo prope ipsam mortem, vel à sene decrepito, cum concubina. Hoc enim coniugiū validū est: igitur eius causa proles suscepta erit legitima. quod Ioānes Andre. notat in regu. sine culpa. de regul. iur.3.col. Abb. in.c.2.de fri. Ioan. Andre. Anto. & Præpo. in. d.c. tanta. Alber. in.l. cum quis. C. de natur. liber. Cinus in.l. nuper. C. eod. tit. Ludo. de Sardis in tracta. de legitimatio. prima legitimati. in princip. quam opinionē dicit esse cōmunē Alexan. in.l. si quis posthumos.1.col.ff.de liber. & posthu. & Iaso. in.l. sed est quæsitum.ff.eod.ti. Paul. Parisi. consil.13. vol.1.nu.68. Huc etiam tendit tametsi dubius Ant. Rosellus in tractat. de legitimatio. col.12. Nec videtur fraude illud matrimoniū contractum esse: nullam enim iniuriā alteri irrogat, qui iure suo vtitur. Vnde filius ex prædicto matrimonio legitimatus excludit substitutū sub conditione, si institutus sine liberis legitimis decesserit. ita Alexan. & Iaso. in dictis locis scribunt. Feli. in.c. in præsentia. de probatio. num.36. & Francisc. à Ripa in.l. ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad Trebelli. nu.48. Cæterum Bald. in l. nuper. C. de natu. lib. & in.l. eā quā. C. de fideicōmiss. col.7. diuersum notat. Cui suffragatur text. in dict. l. nuper. vbi matrimonium susceptam prolem reddit legitimā, quando cōtrahitur spe prolis. item tex. optimus in.c.2. de frigid. dicens matrimonium cōtrahi non posse ab eo, qui generare minime valet. Sed horum primo respondeo satis esse, & dici hoc matrimoniū contractum spe prolis, quia contrahitur ad suscipiendam prolem legitimā ratione matrimonij, quæ suscepta fuerat ex illegitimo coitu. ita Cardina. in dict. cap. tanta. dictum tex. intellexit, & sensit Bald. in capit. innotuit. de electio. colum. penul. Secundo respōdere possum ea ratione, qua matrimonium contrahi nō potest ab eo, qui ex
11 naturali, & propria vi, non valet gignere: nempe à frigido: potest tamen contrahi ab eo qui ex naturali, & propria virtute generare potest, atq; ad id habitum habet. quamuis eius exercitium sit senectute suspensum: cum is habitus posit quandoque reduci ad exercitium, vt voluit Abb. in cap.2. de frigid. vbi glos. asserit à sene matrimonium contrahi posse. l. penulti. & ibi. gloss. C. de nupt. sicuti & ab infirmo, qui causa morbi esset impeditus gignere. ex quibus hic nouus intellectus admittendus est: quem, & Paris. à fraudis præsumptione excusat in dicto consil.13. & seq. num.34. volu.1. licet Carol. Rui. consil.211. volu.1. ab eo discedat ex eo, quod fraudis præsumptionem admittat.

Decimo

Decimo ita sunt prædicta intelligēda, vt ipsis parentibus tempore coniu
12 galis cōtractus repugnātibus, eorum filij ratione matrimonij sint legitimi. Nam huic matrimonij fauori parentes ipsi renuntiare non possunt. Imo nec ipsi filij: interest enim reipublicæ hanc legitimationem fieri. argumen. cap. inter cætera.22.q.4. igitur nec parentes, nec filij renunciare valent huic constitutioni ex cap. si diligenti. de foro compe. l. si quis in cōscribendo. C.
13 de pact. Ex quib' infertur intellectus ad tex. in authen. quib. mod. natur. effi. sui.§. si vero is, qui probat filios illegitimos non posse contradicentibus parentibus legitimos fieri: sicut & ecōuerso inquit tex. esse necessariam filiorum voluntatem, vt legitimi efficiantur. quem text. dicit singul. Roma. in singul.588. dicens sufficere scientiam, & taciturnitatem ipsius filij. quod & Ias. notat consil.156. col.4. vol.4. gloss. in.l. in adoptionibus.ff.de adoptio. cuius meminit Deti. consil.55. num.7. ex
14 qua probatur legitimationem infantis, & si fieri posit, quod Azo notauit in summa. C. de emācipa. liber. ratam tamen haberi ex eo, quod accedente ætate legitima ipse legitimatus tacet sciens se legitimum effectum. Sic & Barto. est intelligendus in.l. fina. ff. de his, qui sunt sui. dicens infantem posse natalibus restitui absq; eius consensu. quod late tractat Barba. consil.34. volum.2. Hæc tamen omnia non sunt necessaria in legitimatione, quę ex cōtractu matrimonij fit, secundum Angel. consil.17.col.2. Salyce. in disputatione incipienti. Mediolanensis quidam.2.dubio.artic.3. Præpo. in dict. c. tāta. q.12. & Ioan. Lupi in.c. per vestras 3.notab.§.21.num.17. Hinc errare opinor Guiliel. Alber. Bald. & Paul. in.l. scire leges. aliàs in.l. benignius.ff.de legib. volentes in legitimatione per subsequens matrimonium requiri filiorū consensum: quos sequitur Barba. in.l. cum acutissimi. fol.27.col.4. C. de fideicommiss. Nicola. Boeri. decis.160. falso ad id alios autores adducens. Ex his etiam cauēdum est à Ludo. de Sardis in tract. de legitima. primo modo. c. incip. Tertio loco. & Ant. de Rosellis in tract. legitimat. part.1.col.9. dicētibus, in hac legitimatione, quæ subsequenti matrimonio contingit, cōsensum parentum expressum, vel tacitum exigi. quod ex vera interpretatione iuris probari nequit.

Postremo ex hoc intellectu deducitur exacta alterius quæstionis decisio: cōstat enim legitimationem propter
14 ingratitudinē filiorū reuocari. Bald. in c.1.§. filij nati. si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. vasa. quē sequuntur Cremens. sing.19. Ias. in.l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. nu.54. & probatur ratione. Nā libertas æquiparatur legitimationi.§.1. in authē. vt libert. de cęte. & in authē. q.d. mod. natu. effi. legit.§. si quis ergo. & in.§. liceat. Sed libertas ob ingratitudinē reuocatur, ergo & legitimatio. Sic Bald. sequuntur Ripa in l. fin.2.col. C. de reuo. dona. Gerardus de Petra sancta in singul.1. Andrę. Tiraque. in.l. si vnquā. C. de reuo. donat. verb. donatione largitus. nu.234. & Ca

rolus Molendi.in consuetud.Parisien sibus tit.1.§.30.nu.3.atq; procedit hæc cõmunis opinio in his,quæ ipsum patrem,eiusq; bona respiciũt:nam in cęteris adhuc iudicatur filius ille legitimus, etiam si patri ingratus extiterit. ex his, quæ Paul. Castrens. notat in.l. ex facto.ff.de vulga. Verum hæc omnia intelligẽda sunt in legitimatione, quæ ex rescripto principis,similiue pacto fit:illa enim,quę ex ratione matrimonij subsequuti,à iure canonico statuitur,ob ingratitudinem non reuocatur, secundum Roma. sing.222. cuius sententia ex dictis supra infertur.

Vndecimo eadẽ iuris Pontificij sanctio est latius intelligẽda, vt effectũ habeat, nõ tantũ qñ matrimoniũ subsequitur inter filiorũ parẽtes, nullo interim cõtracto cõiugio: sed & qñ parentes aliud interim matrimoniũ cõtraxere, & tandẽ ab eo liberi secũ cõiugale fœdus pacti sunt. quod pbatur. Nam tempore conceptionis, vel natiuitatis filiorum,copula illa ex cõsensu parentum potuit esse cõiugalis,& nunc potest optime cõiugium contrahi: ergo filij antea nati per matrimonium efficiuntur legitimi. ita voluit Ioan. Andre.in dicta reg.sine culpa.cui consentiunt Præpo.in dict.cap. tanta.q.7. & Nicola.de Vbald.de success.ab intest. col.20.Bart.in.l.pe.§.vxor.ff.solu. matri.Ias.in.l.Pomponius.§.quæsitum. ff.de adqui.poss.probat text.in Auth. quib.mod. natur.effici. legit.§.si vero solum modo.ad finem. quam opinionem fatentur esse communem Paul. Castrens.in.d.§.quæsitum.Andr.Tiraquell.de primogen.q.34.nu.2.idem Tiraquell.in.l.boues.§.hoc sermone. De verbo.significat.limit.3.nume.17. Anto.Rosel.in tracta. legitimationũ. col.15.Ferdi.Loazes Ilerdensis episcopus in tracta.de matri.12.dubio.num. 18.Carol.Molendi.in consu.Parisi.tit. 1.§.8.in glos.1.q.7.Ludouic.de Sardis in tracta.legitima. primo modo legit. q.2.quamuis ab hac opinione recedat. Post Lucam de Pena in.l.4.C.de his, qui sp.pub.mun.sub.q.3.lib.10.

Duodecimo egregia hic versatur dubitatio,quid dicendum sit de filio nato ex coniugato,& soluta, ipsa omni-
16 no ignorante virũ illum esse coniugatũ, an sequuto matrimonio inter eos valido,ille filius sit legitimus. Et glos. in dicto.c.tanta. versi.aliam, duas exponens opiniones,& contrarias,subdit in fine, primam verioré esse:id est hunc filium ex hoc matrimonio effici legitimũ.arg.cap.ex tenore.qui filij sint legi.vbi probatur ex matrimonio prolem esse susceptam legitime, etiã si matrimonium legitimum non sit, modo alter ex coniugatis credat matrimonium firmum esse.probat idem optimus tex.in.c.quod nobis.qui filij sint legiti.dicens filios natos etiam ante approbationẽ ecclesiæ ex matrimonio illicite:id est clandestine cõtracto, legitimos esse, si illud matrimonium ab ecclesia fuerit approbatum quãuis verum matrimonium non fuerit, ob aliquod impedimentum, secundum verum illius text. sensum à Ioan. Andre.Ancha.Card.Anto.& Præp.ibi comprobatum.quem sensum cõmunem

nẽ esse fatentur Ant.Rosell.in tracta. de legitimat.part.1.c.pe.post Anto.in d.c.quod nobis. licet in natis ante approbationem, contra teneant Hosti. Cald.& Abb.ibi & Ioan.Brune.in tracta.de spõs.conclus.2.ampliat.3.& id contingit propter alterius bonam fidem. Ecce quod matrimonium ab initio illicite cõtractum,est sufficiens ad efficiendum filios legitimos sequuta approbatione ecclesiæ, sic ergo copula ab initio illicita:& tamen ex bona fide alterius, nec adulterina, neq; incesta, sequuto matrimonio legitimo debet censeri sufficiens,vt filij legitimẽtur.vbi Antoni.notat,matrimonium putatiuum idem operari in legitimãda prole,quod verum: qui expressius loquitur in.c.tanta. nu.9.versi. aduerte. dum asserit matrimonium verum
17 subsequutum efficere legitimam prolem susceptam ptius in concubinatu, ac eodem modo putatiuum idem efficere: vt si quis ex consanguinea fornicario coitu filium suscipiat,& tandem ignarus consanguinitatis cum ea matrimoniũ contrahat,filius hic ex Ant. sententia legitimatus erit ratione matrimonij. Ex quo infero nõ vulgarem intellectum ad tex.in dicto.c. ex tenore.ita, vt ignorantia alterius in concubinatu reddat prolem naturalem,sicuti in matrimonio reddit legitimã.His rationibus hanc opinionem Anto.tribuit,& in dubio principali filium legitimum esse existimat Præpo. in dicto cap.quod nobis.3.col. Anto.de Rosellis post eum in tract.legitimationum, parte.1.c.penul.dicens ad hoc dictam gl.in præallegato.c.tanta.verb.aliam. sing.esse:cui similis est in ca.non omnis.verb. cõtinẽte.32. q.2. cuius etiam opinionis autor est Hostiens. in dicto c.tãta.verb.aliam.Domi.cons.66.colum.4.Ludoui.de Sardis in tracta. legitimatio.fo.9.colum.2.& fol.6.2.col. Curtius Iunior. consil.27. nume.8. & Guiliel.Cassador.decis.vnica.de sponsali. vbi fatetur hanc opinionem magis communem esse, vel saltem in re dubia ex interpretũ controuersia pro legitimatione prolis sententiam ferendam:quemadmodum, & in Summo Prætorio Rotæ factum esse testatur. Contrariam tamen sentẽtiam probare videtur text.in.c.cum inhibitio.§.1. de clandest.desp.quo statuitur, etiam vtriusq; ignorantiam in matrimonio clam contracto proli nõ prodesse, vt legitima sit,si postea cõiugium dissoluatur, quia eis imputatur quidquid ex opere illicito præter eorum cogitationem euenit.cap.final.de homicid. in.6.cap.tua.eo.tit.& hęc tandem opinio secundo loco in glo.dict.cap.tanta.refertur. quam ibi Ioan. Andre. & Anto.sequuntur.Abb.item & Rauena dicentes glo.esse singul.Henr.in dicto.c.ex tenore.2.col.& quamuis dubius in hac tamen sentẽtiam inclinat Roderi.Suarez in.l.1.titu.6.lib.3.Fori. versi.ad prædicta. Quod si à glos.tollantur dicta verba: sed primũ verius: quæ adiectitia esse Domi. credit in.d. cons.66.apertissimum est hãc opinionem à gl. selectam fuisse, non primã. Nec oberit dicere contrahentes clam operam exhibere rei illicitæ, & tamẽ sequuta

ſequuta eccleſiæ approbatione,eis nõ imputari,quod prẹter eorum mẽtem ſucceſſerit.c. quod nobis. qui filij ſint legit. Sed in hac quæſtione, quamuis ab initio parẽtes dederint operam rei illicitẹ,tamen poſtmodum matrimonio ſequuto,nihil eſt ipſis parentibus imputandum: quod in priori copula præter alterius cogitationem contigerit. Maximum enim inter hæc duo diſcrimẽ eſt ex eo, quod copula fornicaria ſimpliciter eſt illicita, nec vnquã, etiã coniugio ſequuto, ab eccleſia approbatur. At clandeſtinum matrimonium vitium habet in modo contrahendi, opus tamen ipſum ſimpliciter eſt permiſſum, & tandem ab eccleſia comprobatur vitio illo ſublato. Quin imo filios conceptos ex inceſtu ignoranter cum concubina commiſſo, nõ effici legitimos matrimonio ſequuto inter eorum parentes adhuc durante ignorãtia:aduerſus Ant. probat Soci. Iunior conſ.31.nu.41.&.74.volu.2.

Quibus adducor, vt exiſtimem in exacta diſputatione, hanc vltimã ſen
18 tentiam facilius recipiendam fore. Illud vero prætermittendum non eſt, Domini.in dict.conſil.66.falſo. Ioan. Andre.in dict.c.tanta.pro prima opinione allegaſſe.Eodem fere errore notandi ſunt Præpo. & Anton. Roſell. qui ad eandem Anton. de Butrio adducere conantur.

Decimotertio ſciendum eſt, legitimationem inductam ratione matrimonij, à Romano Pontifice iure humano fuiſſe ſtatutam, non iure diuino, nec naturali. Vnde poſſet conſtitutio.d.c. tanta. contraria lege tolli, ſi id ratione iuſta legum latoribus placeret:etiam ſi Iaſ.conſi.234.2. volum.dixerit:à Romanis Pontificibus dictam conſtitutionem reuocari non poſſe, quia iure diuino ſancita ſit.

Decimoquarto, hæc legitimatio ratione matrimonij eos filios cõplectitur, qui tempore coniugij cõtracti viuunt,non tamen mortuos, nec ex eis nepotes adhuc viuentes.Cuius ſentẽtiæ ratio eſſe poteſt iſta. Nemo enim poſt mortẽ legitimus efficitur, pater vero iam mortuus ex matrimonio legitimus nõ eſt: igitur nec nepos: cum pater incapax legitimatiõis impediat filium legitimum fieri,eo quod ex patris perſona iſt hæc legitimatio ad filiũ perueniat.l.1.§.cæterum.ff.de adquir. poſſ.Præterea,fictio duo exigit extrema habilia,extremum à quo,& extremum ad quod,ex frequentiſsima omnium ſentẽtia in.l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſuca. hic vero,extremum ad quod eſt inhabile,& extinctum, quia
19 filius iam obijt mortem: igitur fictio ex cap.tanta.ceſſat. Quibus adſtipulatur tex.iuncta glo.penul.in.l.ſi is qui. ff.de adoptio.vbi non poteſt quis adoptari in nepotẽ ex filio mortuo. Atq; ita in caſu.c.tanta. volunt Guiliel.Baldus,& Albe.in.l.benignius.ff. de leg. Paul. de Caſtro in.l. ſcire. ff.eod. titu. idem in.l.1.§.cæterum.ff.de adquiren. poſſ.Alexand.in.l. Gallus.§. ſi eius.ff. de liber.& poſthu.in fine. Iaſ. in dicta l.ſi is,qui pro emptore.nume.121. Anto.Roſellus in tracta.de legitimat.colum.12.& Hippol. in ſing.121.poſt Lucam

cam de pœna. in.l. 4. C. de his qui ſp. pub.munera ſub.q.2.libr.10. quorum opinio mihi diſplicet: video etenim ab aliquo adoptatum,filio eius iam vita functo fratrem effici.l. ſi filium. ff. de gradib.ergo deficiente extremo ad quod, fictio locum habet. Vnde deficiente patre,poteſt nepos auo effici legitimus. Præterea fauor matrimonij non patitur,nepotem minime cenſeri legitimum coniugio ſubſequuto in
20 ter auum,& auiam.Quo fit,vt Socin. in dict.§.eius.colum.2.aſſerat, contra Guiliel.& ſequaces,hos nepotes legitimos exiſtere: quod Bald. notat in. c. innotuit.de electionib.colum.penul. idem Guiliel. Bene.in.c. Rainuncius. de teſtam.verb.& vxorem.nume.181. Alciat.parte.1.de prẹſumpt.ad finem. idem li.3.paradox.c.16.Nec obſtat ratio illa,quæ de extremis habilibus,ad fictionem requiſitis, adducitur, quia
21 id locum habet circa ea,quæ principaliter funguntur. Satis enim eſt, extrema eſſe habilia, quo ad principalem fictionem,vt in noſtra quæſtione, circa matrimonium: non tamen eſt neceſſarium exacte cõſiſtere extrema, quo ad ea,quæ conſequenter finguntur.l. penul.ff.de ſuis,& legit.hæred.Barto. in dict.l.ſi is,qui pro emptore.3.oppo. &.5.q.Bartol. in.l.fina. C.de ſent.paſſ. Aretin. & Soci. & Iaſ.dict.l.Gallus.§. eius. Nec opinio prima deducitur ex l.ſi is qui.ff. de adoptio. ibi enim iuriſconſultus id tantum dicit non poſſe quem in nepotem adoptari,niſi exprimatur ex quo filio nepos aſſumitur. Et ſi Accurſi. ibi exigit filium viuere, ad hũc effectum hoc requirit,vt filius adoptioni conſentiat:cũ mortuo adoptãte ille nepos incidat in illius filij poteſtatem,& propter alia incommoda, quæ filio,& eius proli euenire poſsũt, ex adoptione. Sed in legitimatione, quæ ex matrimonio inſurgit,hic conſenſus non eſt exigendus:ergo non in
20 conuenit hunc nepotem, de quo quæſtio tractat,legitimum auis cẽſeri. Nã & reſcripto principis nepos auo legitimus efficitur patre ipſo defuncto.Bar. communiter receptus in.l. Gallus. §. nunc de lege.ff.de libe.& poſth.tamet ſi id,quod Bart.ſcribit,expeditiori ratione comprobetur. Sed & prædictis conuenit poſſe aliquem in nepotem adoptari ab eo,qui nullum filium habet.l.adoptare.ff.de adoptioni.

Decimoquinto dicta conſtitutio eſt ita intelligenda, vt filius matrimonio
21 ſubſequẽti legitimatus ſit,quo ad omnia perinde,ac ſi ab initio ex legitimo matrimonio conceptus foret. gl. quã ibi oẽs ſequuntur in.d.c. tãta.idẽ probat Regia.l.12.inter Taurinas lẹges.

Decimoſexto hinc erit manifeſtum filium matrimonio ſequenti legitimatum,maioribus ſuis,atq; ex tranſuerſa linea cognatis,legitimum ſucceſſorem eſſe eiſdem etiam inteſtatis.quod Angel.expreſsim voluit conſ.20.

Decimoſeptimo ex hoc & illud conſtat filium ita effectum legitimum,re
22 trahere poſſe res à conſanguineo venditas,iure proximitatis ex lege Regia, quẹ apud Hiſpanos propinquiori,tribuit ius retrahendi intra nouem dies rem auitam à propinquo vẽditam eodem

dem tamen pretio consignato. notat in hac specie Guiliel. Bened. in c. Rainũcius. de testa. verb. & vxorẽ. nu. 181.

Decimooctauo eodẽ iure subinfertur hunc per matrimoniũ subsequens
23 legitimatum, admittẽdum esse ad emphyteusim ecclesiasticã, quam pater habuerat, ac si foret ab initio ex matrimonio conceptus. ita Imol. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebelli. nu. 18. & ibi Ripa col. pe. Paul. Parisi. consi. 13. vol. 2. nu. 43. Tametsi ad hanc ecclesiasticã emphyteusim minime sit admittendus filius rescripto principis legitimatus, secũdũ Bal. in l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de instit. & substit.

Decimonono inde etiã deducitur, prædictum filiũ ex matrimonio effe-
24 ctum legitimum absq; dispensatione in episcopum eligi posse, atq; episcopi dignitate insigniri. gloss. in c. innotuit. de electio. vbi Ant. & alij, quos sequitur Nicol. Boeri. decis. 159. col. 2. & est opinio communis teste Deti. in c. cum in cũctis. col. 2. de elect. & Barb. in l. cum acutissimi. C. de fideicõ. fol. 27. col. 4. licet ab ea discedat. Nam & glos. approbata communiter in dicto cap. tanta. ad ecclesiasticos quoscũnq; ordines eum legitimũ censeri voluit, quam ibi dicunt singul. Abb. & Rauena, atq; hoc ipsum notauit Archid. in c. Osius. 56. dist.

Vigesimo intelligenda est isthæc cõstitutio, vt nõ tantum iure cõmuni sit
25 hic filius admittendus ad ea, quæ legitimis eodẽ iure deferũtur, sed & ad ea quę legibus municipalibus ac statutis legitimis filijs competunt: quanuis statuta sint strictæ interprætationis, nec ad fictum casum extẽdantur. l. 3. §. hęc verba. ff. de negoc. gest. ita Abb. in d. cap. tanta. col. 2. Anton. in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. num. 16. Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. titu. 1. §. 8. glos. 1. nu. 49. Nico. de Vbal. de success. ab intest. col. 23. Boer. decis. 159. col. 2. dicentes, filium legitimũ ratione subsequuti matrimonij, vere legitimum esse, etiam ex rigore strictæ significationis. idem Bald. voluit in l. cum acutissimi. C. de fideicõm. col. 1. Fortu. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. col. 127. Anton. col. 2. Abb. 5. in d. c. innotuit. & Deti. cõs. 155 col. 2. quamuis Anto. sibi parum constans. in d. c. tanta. ab hac opinione dis-
26 cedat, eo quod hic filius subsequenti matrimonio effectus legitimus, ficte & nõ vere, legitimus sit. quod in d. c. tanta. probari quidam opinãtur: dum tex. dicit: legitimi habeãtur: quasi legitimi vere nõ sint, sed à lege, legitimos esse iudicentur. Quibus vt satisfaciã, verba dictæ decretalis sic existimo intelligenda fore, vt si consideremus tẽpus à natiuitate ad matrimonium, filius eo tempore ficte fuerit legitimus, at si tempus matrimonij cõtracti attẽdatur, ex eo vere censendus est legitimus, non ficte. ex Fortun. in dict. §. & quid si tantum. colũ. 126. Vnde tanta est vis matrimonij, vt filij antea geniti post cõtractum matrimonij legitimi habeãtur: idest: ex tempore cõtractus filij prædicti, nati ex matrimonio legitimo cẽseantur, ac vere legitimi iudicẽtur.

tur. quod idem Fortu. explicat. col. 123. & Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimati. primo modo legi. cap. 4. Sic & ab Antonio dissentit Barb. in dicta. l. cum acutissi. fol. 27. col. 3. Quibus addendus est Bald. in cap. licet ad euitanda. de electio. dicens, quod verbũ habeantur in his, quæ vera sunt, præsignat veritatem: in his vero, quæ non existunt, fictionem: sequitur Bald. Ias. in l. si Ruffinus. C. de testam. mil. stante etiam lege municipali, qua scholastici ciues habendi sunt, quo ad ciuilitatem lex illa verum inducit, sed quo ad natiuitatem fingit aperte. His etiã addenda est Regia. l. 1. tit. 13. part. 4. vbi
28 dicit, hos filios sequuto matrimonio esse legitimos: verbum autẽ, esse, veritatẽ præsefert non fictionẽ. l. ossa. §. fi. ff. de religi. & sumptib. fune. quod passim in iure notari solet, maxime in. l. mercis appellatione. iuncta glos. ff. de verb. sig. & in. l. si maritus. in. 2. ff. de adult. §. 1. & ibi Bar. Imo in statutis etiã municipalib⁹ appellatiõe filij nati ex matrimonio legitimo, admittẽdus est & hic per subsequens matrimoniũ legitimatus, quod statim probabimus.

Vigesimoprimo, tametsi rescripto principis affectus legitimus minime
27 sit ad feuda admittendus. c. 1. §. naturales. si de feu. fuer. cõtro. inter domi. & agna. vasa. cum alijs, quæ late cõgerit And. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. in glo. 3. nu. 6. idem Tiraq. in tract. le mort. 4. par. 5. declarat. nu. 8. & idem de nobili. c. 23. nu. 16. & cap. 15. num. 18. & Carol. Molendi. in consuetud. Parisi. tit. 1. §. 8. in glo. 1. q. 8. Is tamẽ, qui per matrimonium subsequens legitimus est, ad ea dubio procul admittitur. secundum Abb. in dict. cap. innotuit. de electio. col. penul. Ioan. Andre. Abb. & alios in c. lator. qui filij sint legit. nouiores. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. Fortu. in dict. §. & quid si tantum. col. 129. & Nicol. Boer. decisi. 123. quorum opinio est communiter recepta, vt testantur Abb. in dict. cap. tanta. col. 1. Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nume. 18. ff. ad Trebelli. & Deci. consil. 155.

Vigesimosecundo dictæ constitutionis interpretatio, eo magis dubia red-
28 ditur, quod passim vtriusq; iuris viri consultissimi ancipiti quæstione contendant, num ex lege, seu testamẽto, quod primogenito bona aliqua ex primogenio defert, filius primo natus ex concubina sit præferendus secũdogenito ex legitimo matrimonio, si postmodũ matrimonio subsequenti legitimus efficiatur? Et Ioan. And. in reg. sine culpa. col. 10. de reg. iu. in. 6. voluit, secundo natum hac in specie preferẽdum esse in primogenio. quẽ sequuntur Ancha. Cardi. & Henr. in dicto. c. tanta. Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 89. & ibi Alexan. col. fi. Galiaula num. 80. ff. de libe. & posth. Alberi. in l. cũ quis. C. de natura. lib. Nicol. de Vbald. in tract. de success. ab intestat. folio. 6. col. 4. Marti. Laudens. in tract. de primogenit. fo. paruo. 18. Ioã. Cirier. libr. 1. de primoge. q. 14. & Carol. Molend. in consue. Parisiens. tit. 1. §. 8. in glos. 1. q. 7. Tiraque. de primog. q. 34. num. 3. & nu. 43. plures ad hanc partem

partem adducens.quam opinionē frequentiori Doct. calculo cōprobatam suadet tex.in.d.c.tanta.dicens,post cōtractum matrimonij illum filium esse vere legitimū:igit' antea vere legitim' nō est. Quo fit,vt secundo genitus ex matrimonio sit primogenitus censendus: cum eo tempore quo ipse natus fuit,nullus esset primogenitus. quod etiam Alciat.considerat libr.3.parad. c.12.Probatur etiam cōmunis opinio. Nam legitimatio non trahitur retro in præiudicium alicuius.§.liceat.in authen.quib.mo.natu.effi.legit.l.si mulier diuerterit.ff.solut.matrimo.notāt omnes in dict.§. & quid si tantum. & tamen secundo legitime nato statim ius fuit adquisitum probabili spe.cap. quamuis.de rescript.in.6.igitur in tanti iuris præiudicium iniquum est,legitimationem istam, quæ ex matrimonio sequenti constituitur,fictione quadam,ad natalitia deduci.

Verum hæc non adeo conuincunt, quin negare præfatam opinionē possimus,quia argumentum, de fictione in præiudicium alterius minime admittenda,tunc locū non habet, quando ius alteri spe tantum adquisitū tollitur. l.2. &.l.fi.ff. de natal. restit. quas aduersus communem citat Fortun. in d.§.& quid si tantum.col.122. Imo cōmunis illa sententia,& si vera sit,intelligi tamē debet in legitimatione, quæ rescripto principis fit: non in ea, quæ matrimonio subsequuto conceditur: cū sit matrimonio fauor exhibendus. vt voluit Bald.in.l.1.fi.col.C. de inoff. donat.Saly. in.l.si totas.eod.tit.& Fortu.in dict.§.& quid si tantum. col.132. Nam & filij ex matrimonio sequēti legitimi effecti ad successionē cum cæteris legitimis admittuntur:in quorū tamen præiudiciū legitimatio rescripto principis concedi non debet.§.sit igitur.in authē.quib. mod.natur. effici.legiti.&.§.tribus.quib.mod. natur. effici. sui. optima.l.12. Tauri. His etiā conuenit text.in.l. cum quis.C.de natur.liber.dicens, gratias agere debent fratribus suis posteriores, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij,& nomen & ordinē subsequuti. Ex quibus & alijs suaderi potest opinio communi sentētiæ contraria: & ex ea filius primogenitus præfertur filio secūdo genito ex matrimonio legitimo, si primogenitus postea efficiatur legitimus per matrimonium:quam opinionem defendit Floria. de S. Petro in disputatione quadam,quem Felin. sequitur in cap. prudentiam.col.3.de offi.delegat.eandem probat Collectari.in dict.cap. tāta.1.col.Nec me latet rem esse disputatione dignam:sit tamen satis prędictā controuersiam insinuasse:in qua illud non applaudit,vt distinctio fiat, an sit ad primogenium vocatus primogenitus simpliciter,an primogenitus legitimus:quemadmodum distinxit Antoni.Rosel.in tracta. de legitimat. 20. col.dicens,primo casu vltimā ex præmissis opinionem, secundo primam, quæ communis est, seruandam fore. non enim video quid inter hęc duo distet: siquidem lex de filio loquens,est de legitimo intelligēda.l.generaliter. §.cum autem.C. de institutio. & substitutio.

stitutio.Hic tamen illud adnotandum est,haud dubie secundo natum ex matrimonio legitimo præferendum esse primo nato, illegitimo tamen, etiam si principis rescripto efficiatur legitimus post legitimi natiuitatem.in quo Docto.omnes conueniunt. Et in specie tradit Tiraquel.d.q.34.nu.48.quo in loco num.23.præter Horian.Hēric. & Felin.alios adducit contra communem tenentes. Quin & iure probatissimum est,idem locum habere,quando legitimatio primi esset facta, priusquam nasceretur secundus,quia legitimatio à principe cōcessa reuocatur, saltem quo ad successionem, per natiuitatē filij legitimi, vel legitimati per subsequens matrimonium. quod late probat Tiraque.in.l.si vnquam.C.de reuocā.donatio. verb. donatione largitus.num.223. q.15. est apud nos Regia.l.& insigniter notanda.12.in Taurinis legibus. 30

Vigesimotertio ex his infertur,donationē factam ab aliquo reuocari pro-
29 pter filios naturales, ex matrimonio tamen effectos legitimos.Bal.in.c.innotuit.de electio. quem alij communiter sequuntur,vt constat ex Ripa in l.si vnquam.de reuo.donat.q.32.& Tiraq.ibi. verb.susceperit. nu. 60. Etiam si ante donationē nati essent filij naturales, modo post donationem ipsam fuerint effecti legitimi matrimonio contracto,ꝙ saltem ad reuocandā donationem in ea parte,quæ legitimam attinet expressim Bal.notat.in.l.1.col. fi.C.de inoffici.donat.quem sequitur Nicol.Boeri.decis.159.col.4. totam vero donationem reuocari,negat Ripa. in dicta quæst.32.& Tiraquel. in dict. verb.susceperit.nume. 60.idem tacite sensit.& Soci.Iunior.consi.54.volum. 1. col. 2. qua in re oportet legere Matthæum de Afflictis in dict.cap.1.§.naturales. quinto notab. ad finem. si de feudo fuer.contro.

Vigesimoquarto, hic filius ex matrimonio subsequēti legitimatus,ad primogenia, feuda, aliaq; omnia est admittendus, quæ expressim filijs natis ex legitimo matrimonio deferuntur: cum & hic filius dicatur natus ex matrimonio legitimo.quod probatur in cap.cum in cunctis.de electi.vbi dicitur,episcopum debere eligi natum ex matrimonio legitimo:& tamē in cap. innotuit.eo.tit.adiuncta glo.communiter recepta, probatur, naturalē per matrimonium subsequens legitimatum, posse in episcopum eligi. Vnde confestim sequitur, hunc filium dici posse natū ex matrimonio legitimo. ita Anton. in dict.cap. innotuit.2.col. Paul. Castrens. in.l.fina.C. de his, qui veni.æta.impetr.Deti.consi.155. idem Deti.in.l.generaliter.§.fi.C.de insti.& substit.Paul.Paris.cōs.13.vol.2. nu.40. Carol.Moli.in Alex.cons.5. statim citato.optime Matthę.de Afflictis in.c. 1.§.naturales.5.nota.si de feud.fuer.cōtro. inter domi. & agnat. vbi dixit ex cōmuni omnium sententia receptum esse,filium legitimum effectū per matrimonium subsequens ad feuda admittendum esse: eamq; communem opinionem extendi, etiam si constitutio feudi filium natū ex legitimo ma-

trimonio ad ſucceſsionem vocauerit. contra Bald.in.l.Gallus.§.ſi eius. ff.de lib.& poſt. Alexand. conſil.5.volum. 7.Anton.ſibi contrarium.in.c.per venerabilem. qui filij ſint legi. nume.17. & Bald. conſil.367. & Barb.in.l. cum acutiſsimi. C.de fideicom.fol.27. col. 4. Lucam de Pēna in.l.4. C.de his qui ſponte pub.mune.ſub.li.10.q.4. Prior tamen opinio probabilior eſt, ex eo etiam quod hic filius ſit vere legitimus.glo. Abb.& alij in dict. cap.tāta. Ex quo ſuperius diximus, hūc filium excludere ſubſtitutum ſub cōditione, ſi ſine liberis legitimis inſtitutus deceſſerit, quod modo procedere conſtat, etiam ſi conditio dictet, ſi ſine liberis natis ex matrimonio legitimo deceſſerit. Nec refert an fideicommiſſum hoc ſit ab extraneo relictum aduerſus Altia.in lib.3.de verbo.ſigni.colū.60. verſ.ſecundum axioma.qui voluit legitimatum per matrimonium ſubſequens excludi à ſubſtituto ſub illa cōditione, ſi inſtitutus abſque liberis ex legitimo matrimonio natis deceſſerit quando teſtator erat extraneus. Prędicta tamen opinio Baldi procedere poteſt in filio legitimo effecto per reſcriptum principis.quod notant Alexan. Iaſ. & Deti.in dict.l. generaliter.§.cū autem.idem Alexan.conſil.2.volum. 1. in reſponſione ad octauum. Curti Iunior conſi.64.nume.12.Deti.conſil. 624. quam opinionē in hoc ſenſu cōmunem eſſe ſcribit Paul.Pariſi.conſil. 12.volum.2. pro qua eſt optimus text. in cap. cum in cunctis.iuncto cap. innotuit.de electio.

EX. §. SEQVENTI.

1 Allegans ſe legitimum eſſe,id probare debet.
2 Filiationis legitimę queſtio tractari poteſt etiā poſt quinquennium à morte parentum.
3 Sententia in cauſa filiationis, an noceat his, cū quibus actum non fuerit.
4 Filiationis cauſa corā quo iudice tractanda ſit.
5 Filiatio teſtibus probari poteſt.
6 Filiatio an per tractatum probetur?
7 Filiatio an probetur per nominationem?
8 Filiatio probatur quo ad patrem,ſi filius natus ſit ex eius vxore, atque inibi de intellectu.l. miles.§.defuncto.ff.de adulter.
9 Fama an probet filiationem?
10 Teſtis qualiter ſit interrogandus in cauſa filiationis.

§. TERTIVS.

1 ORRO Priuſquā hūc tractatum de legitimis liberis egrediamur, illud congruit adnotare,eum, qui allegat ſe filium legitimum eſſe,id probare debere.notat Angel.per tex. ibi in.l.liberorum.ff.de his qui not. infamia.Deti.cōſ.54.Iaſ.in.l.nec profeſſio.C.de teſtamen.idem Iaſ. conſ.102. in.4.vol.Nec enim pręſumitur quis filius legitimus ſecundum eoſdem, & Altiat.reg.13. de præſum.præſump.1. nu.12. Potius vero præſumitur naturalis,quam ſpurius,ne præſumamus factum, aut qualitatem neceſſariam, vt quis dicatur ſpurius,quæ à natura nō ineſt.His accedit tex. in.c.2.de fil.preſby.& in.c.venicns.de accuſat.quibus in locis traditur per. dd.non præſumi quem genitum fuiſſe in ſacerdotio, etiā ſi probetur ſacerdotis filius.quod conſtat in dictis locis,maxime in.d.c. inter cæteras.& in dict.cap.2. Satis tamen erit probare ſe ipſum natū ex matrimonio

trimonio legitimo, & in eccleſiæ, q̄ aiunt,facie contracto. Quod ſi qui cū eo contendit dicat eius parentes matrimonium contrahere non potuiſſe, minime concludit:cum etiā ſubſiſtente impedimento bona fides alterius tātum parentis ſufficeret, vt eſſet filius cenſendus legitimus. Oportet igitur dicere,& probare, matrimoniū illud non tenuiſſe,atq; eius parentes id contraxiſſe mala fide.text.ſic intelligēdus ſecūdum Abb. & communem ibi in cap.peruenit.qui filij ſint legit.Nec re
2 fert,ad impediendam legitimæ prolis controuerſiam quinquennium decurſum eſſe à die mortis parentum.c.cauſamq;.in.2.qui filij ſint legiti. quod ita intelligunt Abb. Ancharra. Anto.& Præp.in dict.cap.peruenit. quorū opinionem, communem eſſe opinor: licet gl.Hoſti.Colle.& Henr.ibi velint, poſt quinquennium à morte parentū hanc quæſtionem tractari non poſſe. argu.l 1. &.l.ſi pater. C. ne de ſtat. defunct.quæ tamen in cauſa libertatis loquuntur ſicuti & Regia lex.25.titu.29. part.3.gloſ.& ibi Abb.in cap.licet. de coniug.ſeruor. Non tamen eſt temere quis admittendus,ſi petat hondum mota ſibi lite, ipſum legitimum filiū pronunciari.Secundū Ioan.And. Anton. Anchar.Abb.& communem in d.c.cauſamq;.in.2. Sed ſi actum ſit cū legitimo contradictore, ad quē priori loco id negocium ſpectat, iudicis pronunciatio pro filio legitimo cęteris omnibus nocet, qui ius ab ipſo conuicto trahunt. l.1.§.fi.l.2.&.3.ff.de lib. agnoſcē.dicit ſing. Bal. in.c.nihil.col. 3.de elect. facit.l. cum non iuſto.ff.de colluſio.deteg.Si vero actum ſit cum eo,qui æquales habet eiuſdē quęſtionis perſequutores: iudicium in ea cauſa latū cæteris, quatenus publica mune a tangit,præiudicat:non tamē quo ad priuata illorum incommoda, qui nondum egerunt,nec ad iudiciū fuere vocati.l.duobus.ff.de libe.cauſa.l.1. &.l. patronum.ff. ſi lib.inge.eſſe dica. Bald.in.l.res inter alios.C.qui.res iud. non nocet.Abb.in.c.pe.nu.18.de re iudi.Alex.in.l.ſæpe.ff.co.tit.nu.60.quæ quidem comprobatur,ex.l. ingenuū. ff.de ſtatu.homi.glo.in dict.cap.pen. quæ probat,in cauſa filiationis ſententiam iudicis pro filio latā,omnibus nocere, atq; idem de libertate aſſerit. ex dict.l.ingenuum.quæ latius eſt explicanda, iuxta tradita per Alexan.in.d. l.ſæpe.nume.56.Iaſo.in.§.præiudiciales.de actioni.nu.31. Regia.l.19. tit.22. part.3.Sic etiā eſt intelligendus Innocent.in.d.c.cauſamq;.in.2.dicens, ſententiā latam pro filio eitātum,cū quo lis fuit tractata,non cæteris,nocere.

Illud tamen omittēdum non eſt, in cauſa libertatis iudicium aduerſus matrē latum liberis natis poſt litem cōteſtatā nocere,non tamē antea natis.l.ſi. C.de liber.cauſ.cū in libertate,vel ſeruitute, partus vētris cōditionē ſequatur:& lite cōteſtata iam deducta ſit in iudiciū conditio filiorū exiſtētium in vtero:nō ſic in matrimonio:nam ſententia cōtra parentes lata ſuper matrimonio,filijs natis lite cōteſtata:ſed parentis bona fide præuia, nō nocet.c.2. qui filij ſint legit. vbi Anton. & Præp.

Abb.in dict.c.penul.de re iudica. col. antepe.Alex.in.d.l.ſæpe.num.61.

Cauſa vero iſta,an quis ſit filius legitimus, ad iudicem eccleſiaſticum ſpe
4 ctat.c.tuã.de ord.cognit.c. cauſamq;. in.2.c. lator. qui filij ſint legit. Vnde ſi incidat in iudiciũ, quod ſuper hæreditate tractatur coram laico,ad eccleſiã, & eius iudices nihilominus eſt remittenda. Aliud enim hic iudicatur in re principali:aliud in acceſſoria. ex eo ꝙ capax cognitionis in re principali eſt incapax cognitiõis ĩ acceſſoria. Imol. in.c.debitores.de iureiu.co.1.Imo etiã ſi laicus de cauſa temporali cognoſcat ex delegatione iudicis eccleſiaſtici,nõ poterit cauſam in eandem litem incidẽtem expedire ſi ad legitimationem matrimonij ſpectet.Angel.Paul.Deti.& Curti.Iunior.in.l.2.col.2.ff.de iuriſdi.omni.iudi.Felin.in.c. cum ſit.de foro.cõpe.in fine. Deti. in.c.2. nu. 24. de iudic. & in.c. at ſi clerici. nu.25. eo. tit.& in.c.præterea.de offi.deleg. col. 4. Hæc etenim incidens cauſa ab epiſcopo laico cõmitti non poterat,iuxta cõmu.opi.Docto.in. d.c.2. etiã ſi Iaſo in.d.l.2.col.3. Angel. reprehendat per tex.ibi.& in.d.c.præterea.Sic etiã cauſa hęreditatis, quę cum cauſa prolis legitimæ pendente corã iudice eccleſiaſtico concurrit,defertur ad iudicem ſecularem,nõ ad eccleſiaſticũ.cap.cauſamq;.in.2. qui filij ſint legit. niſi.cauſa hæreditatis ex eo tantũ diffinienda ſit per ſententiam,quod proles legitima exiſtat:tũc enim eo ipſo quod pronunciatur à iudice eccleſiaſtico prolẽ illam, de qua agitur in iudicio, legitimam eſſe, non inconuenit, ipſum iudicem eccleſiaſticũ pronũciare,ipſum filium legitimum non fore priuandũ, neq; excludendum ab ipſa hæreditate.ita gloſ. Inno. Card. Antoni. Abb. & Præpo. in.c.1. qui filij ſint legiti.per tex.ibi.& in.c.perlatum.eod.tit.

Probatur autẽ pluribus modis, quẽ eſſe alterius filium,& ſic filiatio,vt in-
5 terim hac nobis peculiari dictione vtamur.Et primo duobus teſtibus,qui teſtantur de veritate probatur filiatio. Paul. Caſtrenſ.in.l. errore.C.de teſtamen. Deti. conſil.272. quod probatur in cap.per tuas.qui filij ſint legiti. vbi probatio duorũ teſtium, hac in re de ipſa veritate deponentium,præfertur famæ,atq; tractatui.

Secundo probatur filiatio ex tracta tu,quia à parentibus quis vt filius tra-
6 ctabatur,etiã ſi parentes hoc poſtmodũ negauerint. c. per tuas. de probat. text.glo. Abb.& Præp.in.c.trãſmiſſæ. qui filij ſint legit.Bart.in.l.quidã.ff.de probat.per illũ text.ſed hoc intellige, quando agitur de poſſeſsione ad effectũ, vt is de quo quęritur, an filius ſit, in poſſeſsione iſta defendatur quod filius ſit illius. Vnde ſi filius hic reus ſit, eo quod tãquam filius à parẽtibus tractabatur defendẽdus eſt,donec actor eum filiũ tractantis non eſſe probauerit.l.circa.ff.de probat.idem dicẽdum erit,ſi filius agat ad alimẽta: obtinebit enim ſi tractatũ probet: cũ hic agatur ſummarie ſine ſtrepitu iudiciali.gloſſ. & ibi Doct.in.c.2. qui filij ſint legi.gl. in.l.non ignorat.C. qui accuſ. nõ poſſ. Barto.in.l.ſi neget.ff. de alend.lib. Ad

hæc

hæc enim alimenta præſtanda ſufficit vnius teſtis probatio.ſenſit Bar.in extrauag.ad reprimendam.verſ.ſummarie.vel iuramentũ ipſius alimenta petentis,vel fama. Regia.l. fi.tit.19. part. 4.Nec alimẽta hoc iudicio ex hac probatione præſtita repeti poſſunt:quanuis poſtea cõſtet, petentem nõ eſſe filium illius,quẽ ipſe patrem eius eſſe dicebat. gl. cõprobata ab omnibus in.l. fi.C.de carbo.edict. Si vero agat quis petitorio iudicio ex eo quod Sempronij filius ſit, nõ eſt ſatis ſufficiens probatio tractatus, niſi & alia cõcurrant. l.circa.ff.de probat. Alberi. Bald. Ange.& Saly.in.d.l.non ignorat.Flori.in l.quidã.ff.de probat.Iaſ.in.l.neq; profeſsio. C. de teſtam. Bald. in cap. per tuas.de probat.2.col.Bart.2.in.l.nõ nudis.C.de probat.2. lect.idem Iaſ. conſil.106.1.vol.in fine.idem conſil.102.4. volumi.ſenſit idem Bar.in.l.quidam. ff.de condit.inſtitu.quam opinionem fatetur communem eſſe Altia.in reg. 3.de præſump.38.præſump. & licet Iaco.de S.Georgio.in dicta.l.circa.& in l.quidam.ff.de probat.dixerit, filiationem plene per tractatum probari, & eſſe eam opinionem receptam cõmuniter,aſſerat Deti.conſi.54.col.3.& ſequatur eandem Feli. in.c. per tuas. de probat.num.13.poſt alios:procedit tamen iſta Docto.ſententia,quando cũ tractatu concurrunt aliquot alia admi nicula, ex quibus probatio fiat apertior, ſic itaque intelligi poteſt. text. in dict.l. non nudis.& in dict.l.quidam. & in dict.c.per tuas. atq; eis ſimilia eodem pacto ſunt explicanda.

Tertio per nominationẽ non probatur filiatio, niſi alia adminicula cõcurrant.text.iuncta glo.ibi.in.c.per tuas.
7 de proba.vbi Deti.col.3. dicit hãc opinionẽ cõmunem.idẽ notat gl.ibi recepta in.l.nõ epiſtolis.C.de probat.Iura enim,quę probare videntur nominationẽ hac in quæſtione ſufficere, intelligẽda ſunt modo adſint aliquot indicia,quę ipſam nominationem coadiuuent.Vnde gloſ.in.c.Michael.de filijs presby.quę voluit ſufficere ſolã nominationẽ,vel eſt intelligenda ſecũdum prædicta,vel quando hæc nominatio cõtigiſſet in actu,qui ſolũ vero filio cõuenit,vt emãcipatio,melioratio, & ſimilia:tũc enim ſufficiens eſt hęc nominatio filio poſsidenti,ad tranferẽdum probãdi onus in aduerſariũ. Bart.in.l. 1.§.idẽ per contrariũ.ff.de lib.agnoſcẽ. Ex hoc enim filius cenſetur cõſtitutus in quaſi poſſeſsione filiationis: atque idem erit,ſi actus ille eſſet conueniens magis filio,quã extraneo:vt datio alimentorum,traditio alicuius rei ad alimenta.vti notat Iaſ.conſil.102.volu.4. poſt Barto.in dict.§.idem per contrarium.quem Areti.& Deti.ſequuntur in dicto.c.per tuas.quo in loco Detio hæc videtur magis cõmunis opinio, etiã ſi Abb. ibi velit cõtrariũ.Quibus addẽdus eſt And. Tiraque.lib.1.de retract.§.1.in gloſ.16.nume.7.qui plures adducit hanc quæſtionem de filiatione vberrime tractãtes. Poteſt & aliter ſola nominatio ſufficere vbi principaliter eſſet facta propter filiationem in iudicio: non propter aliud.l.1.§. Iulianus. ff. de lib. agnoſcend. modo fiat

præsente filio.l.certum.§.si quis absentem.ff.de cõfessio.idem etiam erit dicendum de confessione extraiudiciali præsente filio facta principaliter ad id,saltẽ vt filio posidente in aduersariũ transmittatur probandi onus.l.penul.iuncta glos.ibi.ff.de probat.Imol. in.l.ex hac scriptura.ff.de dona. Abb. in.d.c.per tuas.col.2.& ibi Deti.col.3. Bar.in.d.§.item per contrariũ.quibus, & illud conuenit nominationẽ factã in aliquo actu,ad hoc vt actus ille valeat, sufficientẽ probationem esse inter eos,qui actũ egerunt.l.optimã.C. de cõtra.& cõmitt.stipul.Hosti.Abb. col.3.in.c.illud.de pręsumpt.Feli.col. 4.Deti.col.penult.in.d.c.per tuas.

Quarto ꝓbatur filiatio ex eo, quod quis ex vxore legitima, etiã adultera, natus sit: ex hoc enim filius censetur
8 mariti, etiã si vterq; coniux id negauerit.l.miles.§.defuncto.ff.de adult.quã dicunt singul.esse Bald. Abb.& alij in dict.cap.per tuas.Barb.consil.58.in.2. vol.col.1.Curti.Iunior.consil.31. col.2. & Boeri. decisi. 299. cõmendãt Doct. in.c.transmissæ.qui filij sint legiti.late Hippo.in.l.1.§. ad quæstionẽ.num.34. ff.de quæst.Deti.consil.657.Alciat.de præsump. regu.3.præsump. 37. idem Bald.in.l.filium.ff.de his, qui sunt sui vel ali.iur. Regia lex.9.titu.14. part.3. quod procedit vtcunq;, modo potuerit ille filius concipi ex marito. Vnde non refert, fuerit vxor publica meretrix vel recesserit à viro:id enim tantũ poterit hanc præsumptionẽ elidere,si ꝓbetur,maritũ ad vxorẽ non accessisse illo tẽpore, quo ille filius cõcipi potuit,ex Bald.Curti Iuniore,& alijs.qd̃ late probat Paris.cõs.29.vol.2.nu.100. & idẽ apparet ex his, quos citat idem Paris.cons.10.nu.33.eo.vol. quibus suffragatur Iurisconsultus in.l. filium.ff. de his qui sunt sui.atq; idem erit in filio nato ex concubina domi retenta. glos.ibi recepta communiter in.c. Michael.de filijs presby. quam dicit singul. Abb.in dict.cap.transmissę.idem eam cõmendat in dict.c. per tuas. vbi Feli.& Deti.idẽ notant, & Nico.Boe. decis.299.ac Ioan.Lupi. in rub. de donatio.inter vir.& vxo.§.60.nu 13.

Hinc prorsus reprobanda est sententia Barb.qui in.c.in præsentia.de proba.nu.98.dicebat, filiũ ex vxore adultera natum,pręsumendũ fore ex adulterio potius, quã ex cõiugio cõceptũ, si claudus, vel cæcus natus fuerit:quẽ refert,& sequitur Hipp.sing.530.Ego tamẽ ingenue fateor hãc opinionem Barb.autoritate dignam esse, quippequę falsa sit manifeste.Nõ enim decet iuris præsumptionem ita efficacẽ,hac leui, & diuinũ iudiciũ vere diuinante coniectura,elidere:audaciã,me Hercle,dicẽdi potius, quã rationem recti sensus,arguit. Cæterũ prætermittẽdũ non est, secundũ omnes, quos modo hac in quęstione citaui,illud esse verissimum,quod pręsumptio hæc.d.§.defuncto.omnino cessat eo casu,quo appareat, filium vxoris eo fuisse natum tẽpore,vt inde constet, nõ esse ex marito conceptum:quia cõcipi ex eo naturaliter nõ potuit ob ipsius mariti absentiam.Imo quidam voluerũt, aliter tolli nõ posse dictam præsumptionẽ: cum

cum ea sit iuri, & de iure: sicuti Hipp. adnotauit in.d.l.1.§.ad quæstionẽ. nu. 34.& Nico.Boeri.decis.299.nu.9. quorum opinio mihi non omnino placet, 9
quippequi videam omnium fere consensu admitti probationem in contrariũ,quam paulo ante tradiderim.Et licet illa indirecta sit,& naturali ratione certissima,atq;ideo aduersus præsumptionẽ iuris,& de iure admittẽda:attamẽ opinor & alias probationes vrgentiores;q; præsumptiones tollere prædictam iuriscõsulti præsumptionẽ. Sicuti probatur in.l.1.§. quẽadmodum.de liber. agnoscend.l.1.§. idem ait.l.3. §.si mater.ff.ad carbon.edict. notãt in specie Ludo. de Sardis in tract. de legitimat.par.2.c.de filiationis probatione. nu.4.Barba.cons.63.col.2.versic. & licet ista.lib.2.Ias.consi.125.nu.1.lib.4.& contra Hippo.Paul.Paris.d.cons.29.li. 2.nu.100. & Manuel a Costa Lusitanº. §.& quid si tantũ.part.5.nu.45.de libe. & post.idem in.§. posthumus. ad fin. instit.de legat. optime Ioã.Neuizanis in sylua nuptiali:in princi.num.87.admonẽdi sunt deniq; iudices, vt potissimũ illam admittant probationẽ in cõtrariũ,ex qua,vel quia maritus absens vel aliquo morbo, aut frigiditate impeditus fuerit, minime potuerit vero simili coniectura conceptionis tẽpore ad vxorẽ accedere, & eam cognoscere: quod Parisius post alios fatetur. Præter has autẽ probationes,& si possint locũ obtinere coniecturæ & præsumptiones aduersus præsumptionẽ iuris:non temere, sed magna cum ratione arbitrij sunt admittendæ.

Fama vero sola filiationem minime probat. tex.in.c.trãsmissæ.qui filij sint legit. verũ ille text. loquitur, quando cõtra famã instat parentũ negatio.Nã fama ibi cõsentiebat illum esse filium, quanuis spuriũ: parẽtes vero id negabãt:vnde fama ibi nõ cõueniebat parentum negationi,secundũ Abb.col. 2.& Præp.3.contra glo.ibi versi.mota. ex quo est intelligẽda glo.in.d.c.transmissæ.versi.negabat. dicens, negationem parentũ non pręiudicare filio:est enim id intelligendũ cũ effectu si demũ filius probet contrariũ his modis, quos iam tradidimus,ex Anto. Abb. & Docto.ibi. Sed famã solam nõ sufficere,probatur ratione,quia fama nõ probat plene,sed semiplene,iuxta cõmunẽ sententiã Doct.in.c.1.de appellatio.& in.c. veniẽs.in.1. de testib.etiã in his,quæ sunt difficilimæ probationis.c.præterea.de testib. ex quo Aret. in.d.c.per tuas.col.7. & Feli.nu.15.expressim asserũt, ex fama nec constituiquẽ in quasi possessiõe filiationis, vbi plena exigitur probatio,& in casibus, quibus filiatio plene probanda est. id etiam tribuũt Salyce.in.l.3.nu.9.ff.de testib.sequitur eum Deti.cõsi.321.col. 5.optime Alexã.consi.24.col.3. vol.4. licet Anto. in. d.c.transmissæ.contrarium notet.quẽ Alex.sibi cõtrarius sequitur consil.51.vol.1.& Deti. dubitet consi.272. & in.d.c.per tuas.col.fi.pro Anto.allegans Fulgo.consil.138.col.2. Sed in facto,super quo consuluit Fulgos.non aderat sola fama, sed coadiuuata alijs adminiculis,& præsumptionibus:ideo nimirũ si Fulgos.responde

rit,probationē illam ſufficientē fuiſſe: ſicuti & paſsim alij Doct. fatentur, & Hierony.Gratus conſi.146.volumi.2. In antiquis tamen dubitationibus fama probat,ſaltem præſumptione quadam,ipſam filiationem:ſicut & inſtrumenta antiqua, in quibus quis enunciatur etiam obiter, filius alicuius. vt optime notat Anto. in. c. cū dilectus. de ſucceſſ.ab inteſt.nu.30.Iaſ.conſ.34. nu.7.& conſil.114.nu.5.1.vol. & Alex. conſi.71. col.2.in.4.vol.Id tamē quod diximus,nominationem filiorū quandoq; probare hac in quæſtione, intelligendum eſt in filijs legitimis,& naturalibus, vel in naturalibus tantum: non tamen in filijs ſpurijs, inter quos nominatio nihil prodeſt.ita Ange. cōſil.191.1. col. quem Iaſ.retulit,& ſequitur conſi.102.in.4. vol.& Hiero.Grat. conſ.158.col.1.in.2.volu.

Cæterum Bar. in.l.1.§.idem per contrarium.ff.de lib.agnoſ.& in.l.non nudis. C. de probat. & in. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui.inſtruit aduocatos in probanda filiatione:ex quo tria ſunt à teſtibus inquirēda.Primum,an ſciant Sempronium eſſe filium Titij, ex matrimonio legitimo ab eius vxore conceptum. Secūdum,ſciant ne? Titium dictum Sempronium, eſſe filiū eius, agnouiſſe: atq; vt talē eum tractaſſe, eundemq; Sempronium in poſſeſsione filiationis penes dictum Titiū extitiſſe.Tertiū,an creditū, atq; exiſtimatum fuerit cōmuni viciniæ fama, præfatū Semproniū filiū eſſe legitimū dicti Titij.Verum hæc omnia caute à teſtibus interrogantur: nō quod omnia probari ſit neceſſarium:quod ex præmiſsis conſtat, ſed vt teſtis, qui vnum ex his ignorat,aliud fortaſſe aſſerat,ſecundum Alexan.conſi.51.in.1.vol.Iaſ. conſ.34.& in conſ.114.in.1.vol.

EX. §. SEQVENTI.

1 Filij illegitimi qualiter diſtinguantur.
2 Naturalis filius quis dicatur.
3 Naturalis filius, etiam in diſpenſatione à principe obtenta is intelligitur,qui ex concubina,etiam domi non cohabitante, conceptus fuerit
4 Regia lex Tauri explicatur.
5 Subintroducta fœmina quæ ſit.
6 Nothus quis dicatur.
7 Regia lex Tauri exponitur.
8 Baſtardus quis dicatur:atque Regia.l. perpenditur.
9 Naturalis non extantibus legitimis,nec legitimatis, patri inteſtato in duabus vncijs ſuccedit.
10 Nepos ex filio naturali non aliter auo inteſtato ſuccedit,quam eius pater ſucceſsiſſet.
11 Naturalis qualiter ex teſtamento,patri habenti legitimos poſsit ſuccedere, etiam iure Regio.
12 Naturalis an poſsit ex teſtamento, patri habēti legitimos parentes ſuccedere, etiam Regia lege?
13 Pater poteſt in teſtamento,etiam minus ſolenni,filium naturalem hæredem inſtituere, nō exiſtentibus filijs legitimis.
14 Donatio reuocatur natiuitate filiorum, etiam naturalium.
15 Filius naturalis qualiter matri, etiam iure Regio valeat ſuccedere.
16 Naturalis filius, an habeat contra teſtamētum matris querelam inofficioſi teſtamenti?

§. *QVARTVS.*

HACTENVS de prole legitima ratione matrimonij diximus,cui ſoboli illegitimæ tractatus merito adhæret, quē Salmanticæ anno.

no.1539. explicuimus in relectione. c. cum haberet.de eo qui dux.in matrimo.quam pollu.per adul.eundem vero & hic repetere libet, quo ſit de prole perfecta cognitio.

Porro illegitimi filij in naturales, & ſpurios diſtinguūtur: naturalibus nothi:ſpurijs vero manzeres conueniūt: quaſi parum ab eis diſtent.c.niſi cum
1 pridem.§.perſonę. de renunciat.cuius verba hæc ſunt.vt inter nothos & mā zeres, naturales & ſpurios diſtinguatur.Sic enim nothus à māzere differt, vt naturalis ab ſpurio,&rurſus in duas claſſes fit diuiſio, quarum prima naturales & nothos,ſecūda ſpurios & māzeres coniungit, ſecundum Anto. & Card. ibi. quæſt.9. & Præpo. in.c.per venerabilem. §. quod autem. qui filij ſint legiti.num.14.de his igitur ſolum tractemus,reiecta veteri filiorum nomenclatura, quā partim explicat Altiat.lib.4.parerg.cap.5.

Naturales ergo filij à iure ciuili hi dicūtur,qui ex vnica cōcubina,eaq; do-
2 mi cohabitante,atq; legitima,naſcuntur.l.pe. & fi.ff.de concubi. iuncta.l.ſi quis officium.ff.de ritu nuptia.authē. quib.mod natur.effici.ſui.§. ſi quis autem filios.gl.in cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti. verſic. naturalibus. Regia lex.2. titu.14. part.4. Dicuntur ideo naturales, qui & Græcè phyſici, quod ſola natura eos genuerit,nō honeſtas coniugij.c.fin.32.quæſt.4.Hinc apud Euripidem legitur.

Nothum genus,nomen habet culpabile:natura vero æqualis eſt.

Item apud eundem.

Ego mihi filios adſciſcere nothos nō dubito
Cùm enim legitimis nulla in re ſint inferiores.
Propter leges male audiunt,quas tu cauere debes.

Quę quidem Stobęus retulit ſermone.75. hos etenim filios introduxit caſtitatis caſus.§. natura. in authē. quib. mod.natu. effi.ſui. Nec intelligas,eos genuiſſe ſolam naturā ideſt naturale ius, quod hominibus cōgruit ex ipſa recta ratione:hoc enim falſum eſt: cū ſimplex fornicatio, ex qua cōcipiūtur hi filij,ſit iure naturali vetita. quod alibi docuimus. Sed intellige naturā:ideſt ius naturale,quod ex appetitu coitus prouenit,& omnibus animātibus cōuenit. ita explicat Ludo. de Sardis. in tracta.de legitima.part.1.q.2.& ſenſit Ioan.Lupi Segobienſis in tract. de matrimo.nu.16.Etenim operari ſecūdū rationē iudicatur eſſe homini ſimpliciter naturale: operari vero contra rationē naturale eſt ſecundū quid:ideſt, ſecūdū ſenſualitatē,ſimpliciter autem eſt contra naturam: quemadmodum docet S.Thomas.1.2.q.71. arti.2. ad tertium,& poſt eum eleganter Dominic.Sot.lib.1.de natur.& gratia. c.3. & in epiſtolam ad Roma.cap.1.Sic ſane ius naturale dicitur inſtinctus quidam naturę, qui nos ad aliquid procliues facit. Et hac ratione naturale ius eſt commune omnibus animantibus, ratione quidē prædictis,& brutis. Vnde Cicero lib.1.officior.inquit,cōmune omnium animantium eſt,coniunctionis appetitus procreandi cauſa,&

cura. quædam eorum, quæ procreata
ſunt. Ex quibus aperitur ſenſus iuriſcõ
ſulti in.l.1.§.ius naturale.ff. de Iuſti. &
iur. dicẽtis, ius naturale eſſe, qd̃ Deus
4 omnia animalia docuit. Nam ius hac
in parte accipitur pro quodam impul
ſu naturæ & immutabili prouocatio-
ne, quæ qua ex parte ab appetitu &
ſenſualitate procedit, cõmunis eſt ho-
minibus & brutis: at quæ à ratione du
citur, tantum hominibus conuenit.
Explicat optime idem Dominic. Sot.
lib.1.de Iuſti. & iur.q.4.arti.2. Iure ta-
men Pontificũ id tantũ exigitur, vt na
turalis filius quis dicatur, q̃ ſit natus
ex his parẽtibus, qui tẽpore cõceptio-
nis, vel natiuitatis, matrimonium cõ-
trahere poterãt. c. innotuit. de electio.
c. tãta. qui filij ſint legit. etiã ſi nõ ſit na
tus ex vnica cõcubina domi cohabitã
te. Hoc ipſum cõſuetudine receptũ eſ
ſe, aſſerit Abb. in. d. c. per venerabilẽ
ſuper glo. verſ. naturalibus. & Bal. con
ſi.129.in.2.vol. Aymõ Sauilli. cõſi.166.
col.3. repetit idẽ Bald. conſ. 206. col. fi.
in.3. volumi. dicens, legitimationem
3 obtentam à principe ſeculari minime
ſurreptitiam eſſe ex eo, quod legitima
tus fuerit in petitiõe dictus naturalis,
qui tamen nõ erat natus ex vnica con
cubina domi in contubernio retenta:
eſſet tamen natus ex his, qui matrimo
nium contrahere poterant eo tempo-
re: ſubdit enim ſe credere, ex Pontifi-
cum iure conſuetudine recepto, eum
vere naturalem dici, quamuis rigor iu
ris ciuilis obſtet. Sequitur eum opti-
me Iaſ. conſi.51.in.3.volu. idem etiam
apud Hiſpanos ſeruatum diu fuiſſe,
teſtatur Roderii Suarez in.l.1.tit.6.lib.
3. Fori. verſ. hoc ſuppoſito. quẽ morẽ
lege. 11. Tauri Regina Ioanna Caroli
4 Cæſaris mater comprobauit. Imo ini
quum eſſe filium natum ex concubi-
na domi retenta naturalem eſſe: at nõ
ita, natum ex coitu furtiuo fœmina in
continuo, ac quotidiano cõtubernio
non retenta, probat Fortu. in tract. de
vlti. fine. vtri. iur. illatione. 8. & Præpo.
in.c. tanta. nu.6. qui filij ſint legiti. vbi
Abb. fin. col. dixit, potius fauendũ eſſe
natis ex coitu abſq; concubinatu, quã
natis ex concubina domi retenta: igi-
tur Regia lex iuri canonico, iuſtitiq̃ at
que æquitati omnino cõuenit. Ex qui
bus cõſtat vera, ni fallor, interpretatio
ad Regiã. l.1.tit.11.par.7. qua probatur,
filiũ omnino naturalẽ, conſequi iura
illius nobilitatis, quam Hiſpani hidal-
guiam dicimus, modo natus fuerit ex
vnica cõcubina domi retenta. Nã per
penſa Taurina lege, & cõſideratis his,
quæ ad eius rationem diximus, opina
mur, filiũ alioqui iure naturalẽ, iure re
gio nobilitate prædicta frui, & gaude
re, licet eius mater, nõ fuerit vnica pa-
tris cõcubina, nec domi retẽta. Siqui-
dẽ Regia partitarũ lex ad hunc modũ
eſt intelligenda: iuxta ea, quę adduxi-
mus ad veterũ legũ interpretationẽ.
*Atq; ita legẽ prædictam poſt huius
operis tertiã editionẽ animaduerti in-
tellexiſſe Gregorium Lopez Regium
Conſiliarium in eius commentarijs.*
Sed an naturalis tantum filius debeat
obtinere, & obtineat parẽtis nobilita
tẽ, & ſit nobilis genere, tradit late An-
dræ. Tiraq. in tract. de nobilitate. c.15.
qui

qui alios eandem quæſtionem exami
nantes allegat, quorum ea eſt frequẽ-
tior ſentẽtia, quod filius naturalis tan-
tum, nõ obtineat nobilitatẽ parentũ,
nec ea ſit vere cenſendus. De legitima
tis autem, an hi hoc in Caſtellę regno
ſint immunes ab illis cõtributionibus,
& indictionibus publicis, à quibus no
biles hidalgui liberi cenſentur: extat
Caroli Primi Hiſpaniarum regis, &
Quinti Romanorum imperatoris, de
cretũ datum anno. 1542. quo diffinitũ
eſt, nullam legitimationem excuſare
à ſolutione publicarũ indictionũ, &
cẽſuũ, qui à Plebeis ſolui ſolẽt. Et quã-
uis quidam varie id fuerint interpreta
ti, nos plane nullam inibi ſubeſſe dubi
tationem aſſeueramus, quippe qui exi
ſtimemus ſecundum Regiam mentẽ
hoc ſancitum eſſe, quod qui ſecluſa, &
nondum obtenta legitimatione mini
me cenſerentur immunes à ſolutione
publici cenſus à Rege indicti, nequa-
quam per eandem legitimationem, ni
ſi id expreſsim, & in ſpecie conceſſum
fuerit, immunes, & liberi iudicentur.
Nec quidquam aliud ſecretius latere
poteſt ſub expeditiſsimo, & facili re-
gis reſpõſo. In hoc etenim Regio Gra
natenſi prætorio non ſemel pronun-
ciatũ eſt, filios naturales tãtum, etiam
abſq; vlla legitimatione, etiam ſi non
fuerint nati ex vnica concubina domi
retenta, cenſeri hidalgos, & immunes
à publicis cenſibus iure Gẽtilitiæ no-
5 bilitatis.* Idq; iure fieri, ni fallor cõſtat
ex Regia partitarũ lege. quod illic ad
notauit Gregorius & Ioã. Lupi in rub.
de donat.§.32.nu.4. Michael Cifonta-
nus in.l.12. Tauri. nec quidq̃ impedit,
quod Regia Partitarũ lex ſit inter eas
leges ſcripta, quæ de duellis tractaue-
runt, & quo ad iura duelli, non quo ad
alia naturalis ſit nobilitate patris cẽſen
dus. Diffinitionẽ etenim tradens Re-
gia lex, omnino erit generaliter intelli
genda: cum alioqui imperfecta foret
diffinitio. lex autem fori vltima. tit.22.
lib.4. non negat, filium naturalẽ abſq;
vlla legitimatione nobilem cenſeri: ſi
cut nec lex. 12. Tauri. Nam à cõtrario
ſenſu hoc poſſet difficilime deduci, q̃
minime admittẽdus eſt ad derogatio
nem iuris olim apertius ſtatuti: & præ
ſertim quod fori leges, niſi moribus
fuerint receptæ, non ſunt admittendę
ad deciſiones cõtrouerſiarum. Sed &
leges Regiæ. vltima. tit.13. & 3. titu.15.
part.4. quæ filios illegitimos ab hono
ribus parentum excludere videntur,
præterquàm quod generaliter hoc re
ſponderunt, atq; ideo de alijs honori-
bus præter nobilitatis iura poſsint in-
telligi, de illegitimis liberis tractãt abſ
que vlla diſtinctione: quorum tamen
variæ ſunt ſpecies ex quibus aliquot
omnino Regiam diffinitionẽ admit-
tunt: aliæ partim poterunt ſecundum
eam cenſeri, partim ſecũdum alias iu-
ris deciſiones, quæ ſpeciales ſint, & ge
neralibus derogent.*

Obiter tamen hic erit perpẽdendũ,
quænam fœminæ fuerint, quas cano-
5 nes aliquot ſubintroductas appellant.
Nam Nicolaus Papa ita ſcribit. Nul-
lus miſſam audiat presbyteri, quẽ ſcit
concubinam indubitãter habere, aut
ſubintroductam mulierẽ. cap. nullus.
32. diſtin.

32.distin.Concilium etiam Nicenum vetuit,episcopos,& clericos fœminas habere subintroductas. cuius in eadẽ dist.Gratianus meminit. cap.interdixit.Et Archidiaco.in dict.cap.nullus. subintroductam fœminam existimat eam esse quæ respectu alicuius domestici officij,vt pro sarciẽda,vel suenda veste,domi cohabitat: eam etiã fœminã subintroductã dici,scribit,quę sub specie cõuersionis,veluti conuersa,religionis causa,cohabitat clericis. Sed hæc Archidiaconi interpretatio,quia nulla autoritate probatur, refellenda est. Cæterum Eusebius.7.lib. Histor. ecclesiast.Græci Codicis.cap.30.Latini autem ex translatione Ruffini.c.26. scribit:cum Paulo Samosateno,cunq; presbyteris, atq; diaconis, qui ipsum Paulum sectabãtur, fœminas quasdã cohabitasse,quosdamq; ex eis,dum incautius ea licentia vterentur,in fornicationis crimẽ cecidisse,ex illarũ mulierum cohabitatione: easque fœminas scribit, appellari ab Antiochenis συνεισάκτους. idest subintroductas.quam dictionem Beatus Rhenanus, nondũ visa, neq; typis excusa Græca Eusebij Historia, Latinę traductioni restituit, ex Diui Chrysostomi sermone contra habentes συνεισάκτους. hoc est, fœminas subintroductas: in quo sermone diuꝰ Chrysosto.scribit,subintroductas, neque vxores, neq; concubinas esse, sed tertiũ quoddã genus sic inquiens. Sũt enim quidã, qui puellas innuptas absque hoc quod opus nuptiarũ cũ illis exerceãt,ducẽtes,domi perpetuo collocãt,& vsq; ad supremã senectã secũ inclusas tenẽt: nõ liberorũ procreãdorum gratia,neq; enim aiunt,se rem cũ illis habere,neq; causa libidinis: siquidem illas se dicũt incorruptas, inuiolatasq; seruare.Hactenꝰ Chryso. ex quo apparet causas introducẽdi has fœminas eas esse, quod opus foret puellis ipsis patrono aliquo aduersus maleuolos,cũ ipsæ, neq; maritos, nec tutores haberẽt,parẽtibus etiã,ac fratribus destitutæ: præterea, quod muliebris sexus,vel maxime egeret subleuatione aliqua. quas quidẽ causas ipse Chrysostomus mire refellit. Quod vero Archi.dicit de cõuersis,nihil ad subintroductas pertinet:cũ conuersæ, canonicæ,& sic regulares dicerent, quas, idẽ Chrysostomus alio sermone docet, non decere, vt cum viris cohabitent.

Nothi autẽ hi dicũtur,teste Alti.lib. 4.parerg.cap.5. qui nati sunt ex coitu,
6 qui lege nullã pœnã habet, ex scortis nẽpe,& meretricibus: hocq; distant à naturalibꝰ, q; nothi nati sint ex matre nõ ita custodita, neq; domi retẽta. idque probat ex authen.quib.mod.nat. effici. sui. adiuncto Græco titulo, qui naturales nothos appellat: quo fit, vt perpẽso iure pontificũ ac Regio nihil differat nothus à naturali. tametsi Regia lex.antiquior.1.titu.15.part.4.nothũ appellet natũ ex adulterio: quod Latinæ,& Græcæ linguæ peritis mire concinit,qui nothum dictionem Grę cam,adulterinum interpretantur,aut spurium.vt Budęus docte explicat.in l.vulgo concepti.ff.de statu.ho.Quintilianus etiã lib.3.c.8.autor est,à Græcis nothum vocari eum qui legitimus non sit. Sed tamen apud Iurisconsultos,& legũlatores strictius in filijs hoc
7 nomen assumitur,vt nothũ eum dicamus, qui ex scortis, aut meretricibus natus sit.quod constat ex dicta authẽticorum inductione.*Suidas vero cẽset,nothum dici eum,qui natus nõ est ex legitimis nuptijs: Scotium, qui ex furtiuo coitu fuerit cõceptus.At Homeri interpres lib.4.Iliad.scribit,nothum dici natum ex pellice: Scotiũ autem eum,qui patrem adeo incertũ habet,vt minime posit eum præ incertitudine agnoscere. meminit huius dictionis Homerus Iliad.lib.6.vbi interpres idem,quod Suidas adnotauit.*Id autẽ iure ciuili inter naturales,& nothos interest,quod naturales intestato patre decedẽte consequũtur duas vncias.Iuxta distinctionẽ traditã in auth. licet.C.de natur.liber.&in auth.quib. mod.natu.effi. sui.§.si quis autẽ defunctus fuerit. &.§. fi. nothi vero nullam portionẽ bonorũ intestati parẽtis habẽt:vt in auth. quib.mod.nat. effi.sui. §.si vero effusa cõcupiscentia. Ex testamẽto vero æquales esse possunt nothi ipsis naturalibus.qd̃ pbat optime Alti.in.d.c.5.& sensit Saly.in auth.ex cõplexu. C. de incest. nupti. dicens,nothũ posse in testamento à patre agnosci in filiũ.quãuis Oldr.cõs.196.& Alber.in rub.de nat.lib.& Bart. in.l.fi.ff. de his qui.vt indig.tenuerint,patrẽ in
9 testamẽto nihil posse nothis relinquere. A nothis etiam apud Græcos νοθφα. dicuntur ea bona,quæ lege Atheniẽsium,dari poterant ex patris hæreditate filijs nothis.adnotante Budęo.in.d.

l.vulgo.& Ludoui.Cælio.lib.lect.an-
7 tiq.6.c.2. sed & apud Athenienses nothi dicebãtur,qui nõ erãt nati ex duobus Atheniẽsibus,authore Plutarcho in Pericle.*Et Æliano lib.6.de varia historia.*Hinc & Regia.l.Tauri.11.in his filijs naturalibus exigit, q; pater eos,filios proprios esse agnouerit.quam legẽ ego intelligo in filijs natis ex fœmina domi nõ cohabitãte, quos nothos appellari diximus.Nam in his,qui nascuntur ex concubina domi retẽta,satis opinor esse,si cõstat eos dominatos fuisse.ex gl.in.c.Michael.de filijs presbyte.quam paulo ante adduximus.

Hinc infertur naturales filios,& eos, quos bastardos appellamus,eosdẽ es-
8 se.glo.in rub.ff.de cõcub. Deci.consi. 433.Ludo.de Sardis.in tract.de legitimat.2.par.q.1.in.2.vol.Alex.cõs.128.in 1.vol.col.pe.Nec oberit.Reg.l.9. Tauri.dũ disiunctiue dicit.bastardi,aut illegitimi: nõ enim sensit quoscũq; illegitimos dici bastardos: sed bastardos esse illegitimorũ speciẽ: & esse alios illegitimos, qui bastardi non dicantur. quod patet,dum subdit,aut illegitimi cuiuscũq; qualitatis extiterint. Sic em̃ d.lex est intelligenda. De horum autem naturaliũ filiorũ successione, aliquot conclusiones notandæ sunt.

Prima conclusio.Filij naturales,non extãtibus legitimis, patri intestato in
9 duabus vncijs succedũt,ex quibus virilis portio matri eorũ cõpetit. authẽ. licet.C.de natur.liber.gl.Abb.& Præpo.in.c.tanta.qui filij sint legit.Regia. l.8.tit.13.part.6.Vnde cõstat, excludi naturales existentibus filijs legitimis, aut

Richardus 4 inst. 4 de hæred. ab intestato. ad de lege. fol. nat. succ. n. in fine ibi

aut legitimatis rescripto principis: cũ tex.in dict. authen. sobolem ciuilem requirat ad hanc exclusionem. & probatur autoritate Bal. in.l. eam quã. C. de fideicomm.nu.26. & in.l.cum acutissimi. num.7.cod. titu. dicentis, legem municipalẽ de legitimis loquentem,etiã habere locum in legitimatis rescripto principis:quãto ergo fortius erit idem dicendum in legum cõmunium interpretatione? Sicuti Bald.ad notauit.in.l.quisquis.C.ad.l.Iuli. maiest. Hinc etiam deducitur,idem dicẽdum fore in filijs adoptiuis,vt eis extãtibus, naturales ab his duabus vncijs excludãtur: quod asserit Nicolaus de Vbald.in tract. de successi. ab intesta. col.11.& Ioan.Baptista de S. Seuerino in.l. si qua illustris. C. ad Orfici. fol.5. col.3.Imo vxore legitima parentis extante,etiam naturales ab his vncijs excludi,pbat tex.in.d.authen.licet. Lex tamẽ Regia.9.tit.13.part.6. expressim hoc non admittit: imo censet naturales admittẽdos esse ad has duas vncias in bonis patris intestati,etiam extante legitima vxore,modo filij legitimi nõ extent.Scribit vero Alex.in.l.Lucius. ff.de vulg.colũ.3.naturales filios in his duabus vncijs patri intestato succedere, etiam si supersint coniux & filij legitimi,si filij legitimi hæreditatem patris repudiauerint:aduersus Imol. ibi. quem tamen defendit Ripa.nu.6.

10 Secunda conclusio.Nepos naturalis etiam & legitimus, ex filio tantum naturali conceptus, nõ aliter auo intestato succedit, quam pater eius iure esset successurus.l.fi. C.de natur. liber. vbi Odofre. & Cinus.cap. causamq;.in.1. c.lator.&.c.ex tenore.qui filij sint legiti.notat Angel.per text.ibi in authen. de hæred.ab intest.veni.§.reliquũ.versi.ex diuerso.Bald.in.l.fi.C.de verb.significat.Deti.consi.311. Ex quo aperte infertur, præcedentem cõclusionem, quæ prima fuit, non tantum in filijs, sed & in nepotibus locum habere, vt auo intestato succedant in duabus vncijs,nec legitimis filijs, nec vxore legitima existentibus:quod notant Bald. & Saly.in.d.l.fi.C.de natur.lib.Azo in summa.C.eo.tit.glos.in authen.quib. mod.natu.effici.sui.§.nepotibus.Nec ab hac opinione audet in consulẽdo, ac iudicando recedere Ioan.Baptista. in.d.l.si qua illustris. fol.5.col.3. etiam refragante Guiliel.Benedict.in.c.Rainuncius.de testament.verb.& vxorẽ. nume.700.qui contrarium asserit per text. in dict.§.nepotibus.& in dicta.l. fina.in fine. quibus ego respondeo, id tantum ibi probari, nepotes,etiam legitimos, ex filio tantum naturali, intestato auo non succedere vt legitimos:non tamẽ negant dicta iura, eos succedere vt naturales.

Tertia cõclusio. Pater filium naturalem habens, legitimis etiã extãtibus,
11 in testamento potest ei vnciam: idest duodecimam partem bonorum relinquere, ex qua vncia virilis portio matri eius ex testamẽto potest cõpetere. l.2.cum authent.C.de natur.lib.Reg. l.8.tit.13. par.6. Nec intelligas patrem filio huic,& concubinæ, ita posse integram vnciam relinquere, vt concubina deficiente, filio semũciam tantum relin-

relinquere valeat: vt perperam intellexit Ludouic.de Sardis.in tracta. legitimatio.3.part.quæst.1. siquidẽ naturali tantũ filio pater potest, etiam si desit
13 concubina integrã vnciam relinquere.glo.& Alberi.in dict.l.2.& dict.Regia.l.8. verum in his regnis pater potest hoc in casu filio naturali quintam bonorũ partem legare: quod lege.9. Tauri sancitum est: atq; prius id quandoq; seruatum fuisse, ostendit.l.1.titu. de hæredit.libr.3. Fori.Sed si legitima proles consentiat patrẽ plus relinquere naturali filio, id iure validum erit, modo consensus ille sit expressus,nec sufficiet tacitus. vt notat Aymon Sauilli.cons.200.ad id citans Bart. in.l.fi. ff. de his qui. vt indig. qui hoc sensit dum col.3.l.1.C.de natur.lib.intelligit in naturalibus liberis: quæ tamen loquitur in spurijs. Imo hic cõsensus est præstãdus præsentibus naturalibus liberis, vt ipse Aymon latius tradit. Vn de Roma.consil.43. scribit, filijs absq; fraude bonis paternis renũciantibus, patrem posse libere bona sua filio naturali relinquere, sicuti posset filijs legitimis non extantibus.

Quarta conclusio.Pater carens legitimis liberis, potest naturalem filium hæredem instituere, etiam si habeat
12 ascendentes,modo eis legitimam partem relinquat. auth.licet. C.de natur. liber. vbi glos.cõmuniter recepta Regia.l.8.tit.13.part.6.parentibus tamen iure ciuili tertia pars bonorũ filij pro parte legitima debetur, secundum cõmunem opinio.in authen.nouissima. C.de inoffi.testamen.Iure Regio duæ partes,ex tribus bonorum filij,debentur.l.6.Tauri.Verum hæc quarta conclusio in his regnis iã est omnino sublata:siquidem pater potest filium naturalem hæredem instituere, nulla relicta parẽtibus legitima parte.l.10.Tauri.Atq; adeo prædicta vera sunt,vt pater possit in testamẽto imperfecto, & minus solẽni hunc naturalem filium instituere:& sic.l.hac consultissima.§. ex imperfecto.C.de testamen.locum habebit,etiã in naturalibus filijs. probat.l. humanitatis. ibi. liberum.C. de natur.liber.Speculato.titul.de instrument.editio.§.cõpendiose.versi. quid si pater naturalis.Saly.in.l.fi.C. famil. hercis.Paul. Castrens.in dict.§. ex imperfecto.Imola.in.l. ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebelli.& Guiliel. Bened.in.c.Rainuncius.de testam.verb. testamentum.in.1.nume.83. quorum opinio cõmunis est,licet contraria fortassis verior sit,quam Alex.probat in dict.§.si quis rogatus.nume.45.& Ias. in dict.§. ex imperfecto. nu.4. In hoc tamẽ regno parum isthæc disputatio vtilis est:cum.l.3.Tauri.§.ex imperfecto. correctus censeatur tam in testamento in scriptis facto,quam in nuncupatiuo. quod praxis obseruat teste Michaele Cifontano in dict.l.3. nu.7.

Ex hac principali conclusione infertur, natiuitate filiorum naturalium,
14 donationem à parente factã reuocari:& sic.l.si vnquam. C. de reuoc. donat. habere locum etiam in filijs naturalibus,secundum Ripam ibi.quæsti. 28.cui aduersatur Tiraquell. verb. susceperit. nume.45. dicens.in donatione

ne à matre facta veram esse Ripæ opinionem: non sic in facta à patre: super quo ipse disputat. Sed ꝓbabilior apparet sentẽtia Ripæ, ex donãtis præsumpta volũtate, à qua lex illa deducitur.

Quinta cõclusio. Filius naturalis matri, etiã intestatæ cum legitimis simul,
15 & eque succedit. l. si qua illustris. C. ad Orfici. Regia. l. 11. tit. 13. part. 6. etiam si mater sit illustris, secundum communem opinionem, & notat Ange. Aretin. in. §. nouissime. insti. ad Orfici. Iniquum tamen esse videtur, naturales filios, ex fornicario coitu conceptos, æque ac legitimo matrimonio genitos admitti ad matris successionẽ. scriptum enim est Genes. cap. 21. non erit hæres filius ancillæ: id est concubinæ, cum filio liberæ: idest vxoris. autore Ambrosio sermone. 65. à quo assumit Gratianus tex. in cap. dicet aliquis. 32. quæst. 4. idem probat text. in cap. non omnis. 32. q. 2. ex verbis Apostoli ad Galatas. c. 4. Hinc Genes. cap. 25. scribitur. Dedit Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filijs vero cõcubinarum largitus est munera, & separauit eos à filio suo Isaac. quod etiam adnotauit Ioan. Annius super Philonem libro. 1. Hinc & Fortu. in tracta. de vlti. fine. illat. 8. iniustam esse existimat. l. si qua illustris. in præfata conclusione. Vnde Regia. l. 9. Tauri sancitum est, naturalem etiam matri intestatæ simul cum legitimis non succedere: posse tamen ei à matre quintam bonorum partem relinqui. Sic & in Gallia idem seruari, testatur Guilielmus Benedict. in dict. cap. Rainuncius. verbo. & vxorẽ. nu. 710. Chassa. in consuetu. Burg. rubric. 8. §. 3. & Carolus lib. 1. Regalium Franciẹ. iure. 7. Quibus omnibus duo adijcienda sunt. Primum, naturalibus nõ competere ius agendi ex titulo inofficiosi testamenti, quamuis pater eis nihil relinquat. gloss. in. l. 1. in princip. ff. de bono. poss. contra tabul. quam cõmend. Are. in. l. ex facto. col. 9. ff. de vulgar. & pupi. Bart. in. l. Gallus. §. etiã si parente. ff. de liber. & post. Bal. in. l. 1. col. 3. C. de bono. poss. secun. tabu. &
16 Didacus à Segura in. l. cohæredi. §. cũ filiẹ. ff. de vulgari. col. 14. Possunt tamẽ contra testamentum matris agere de inofficioso testam. l. si suspecta. §. 1. vbi glo. ff. de inoffi. testamen. glo. & Paul. in dict. l. si qua illustris. Lege autẽ Taurina. 12. qui legitimi rescripto principis efficiuntur, nullo casu succedunt cum legitimis & naturalibus. Secundum addimus prędictis, filios naturales ita matri, etiam intestatẹ succedere, vt parentes ipsius matris à successione excludantur: quod in Prætorio Rotæ testatur seruatum, ac pronunciatũ fuisse, Cassador. decisione vnica. de successio. ab intestat. Nec id opinor lege Regia abrogari, imo idem expressim in dict. l. 9. cautum extat.

EX. §. SEQVENTI.

1 Spurius filius quis sit, & vnde id nomen deductum fuerit.
2 Filij manzeres qui dicantur.
3 Spurius nihil potest à patre capere, nec inter viuos nec in vltima voluntate: & ibi quibus adiudicetur quod filio spurio relictum fuerit.
4 Filius spurius, etiam ex substitutione pupillari, patris bona capere non potest.

Fraus

5 Fraus legi fit, si is, cui aliquid donatum est, in cõtinenti id filio spurio donatoris dederit.
6 Filius spurius lege municipali non potest efficci capax successionis, vel donationis paternæ.
7 Quid agendum sit, quãdo testanti data est tacita, vel expressa fides restituendi bona filio spurio.
8 Spurius an possit in conscientiæ foro possidere bona parentum, ex tacita fide, vel alias ab hęrede legitimo sibi restituta?
9 Hæres scriptus an teneatur, data tacita fide de restituendis bonis spurio, illa bona eidem restituere, vel ad fiscum deferre?
10 Hæres, qui hanc fidem dedit testatori, iuramento præstito de non reuelando, an teneatur vocatus à iudice, ei rem ipsam exprimere?
11 Filius spurius, quibus cautelis possit tute bona patris adquirere.
12 Filius spurius, an possit institui sub conditione, si legitimus à principe fuerit effectus?
13 Nepos legitimus, vel naturalis ex filio spurio, an possit ab auo institui hęres? & quid de nepote ex filio, qui fuit ex incestu conceptus.
14 Filius clerici in sacris ordinibus constituti, an dicatur natus ex incestu?
15 Spurius an matri succedere valeat?
16 Coitus damnatus quis dicatur iure Cæsareo.
17 Filius clerici sacris ordinibus insigniti, an succedat matri, etiam iure Regio?
18 Coitus damnatus quis dicatur iure Regio.
19 Fratres naturales, vel spurij, an sint admittendi ad mutuam successionem quæ intestato defertur.

§. QVINTVS.

1 SPVRIVS interdũ dicitur is, qui incertum patrẽ habet quasi σπορὰς ἐκ. idest Sparsim cõceptus, à dictione Græca ex Iustiniano in. §. si aduersus. inst. de nup. vbi Theophilus id notauit, & Alti. lib. 1. prætermis. vel ex eo, quod autore Plutarcho in Problemmatis. cap. 103. Spurius erat proprium nomen apud Romanos, quod scribebatur tantum primis literis. SP. hi autem qui sine patre erant. SP. designabantur, quasi sine patre: atq; inde factum est, vt spurij dicerẽtur nati ex his mulieribus, cũ quibus plures commercium carnale habuissent, vti explicat Budæus. in. l. vulgo. ff. de statu. homi. & Ioan. Baptist. in dict. l. si qua illustris. col. 1. Theophilus in dict. §. si aduersus. & Catelli. Cotta. in vltimis memoralibus. dictione. spurius. de his tamen hic agendum non est. Dicuntur etenim proprie spurij, qui ex his parẽtibus nati sunt, qui coniugium contrahere non poterant tempore natiuitatis, nec tempore conceptionis. ita diffiniuit Angel. Aretin. in. §. nouissime. inst. ad Orfici. vel qui ex coitu lege punito nascuntur. Altiat. lib. 4. parerg. c. 5. ex eo quod patrem præ infamia nominare non audent. l. vulgo. etiam si patrem habeant certum. Hinc Titus Liuius lib. 1. ab vrbe condita. Consilio inquit, vetere condentium vrbes, qui obscuram, atq; humilem conciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem mentiebantur: quia nati è terra dicantur, qui præ humilitate parentes nominare non possunt.* Hac si quidem ratione censet Dionysius Halicarna. li. 2. olim Romæ nobiles à plebeijs lege Romuli distinctos fuisse. Sed & diuinus ille vates Psalmo. 48. terrigenas appellat ignobiles, nobiles vero filios hominum: Quod ex dictionibus Hebræis in eum locum passim interpretes adnotarũt.* Constat etenim hominẽ nullis maioribus ortum, ignoto; genere, & obscuro, filium terræ appellatum fuisse: quod citatis autoribus docet Angelus Politianus. lib. miscella.

T

ſcella. c.18. & Eraſmus in prouerbio, terræ filius, atq; idem conſtat ex Tertulliano in apologetico.cap.11. Quanquam & ſint, qui eorum vetuſtatē magnifacientes terræ filios appellari honori vertant: ex Quintiliano. lib.3.c.9.ex quibus intelliges aliquot, quę notat Ludo.Cel.lib.11.lectio.antiq.ca.28. quo fit, vt filius adulterinus ſit ſpurius: & idem de conceptis ex inceſtu. Nec libet omnia exactim exponere: ſatenim eſt prædicta adduxiſſe. Eſt igitur filius ſpurius qui natus eſt ex his parē 2
tibus, qui matrimonium contrahere non poterant, quamuis patrem oſtendere poſsit.tex.in dict.l.vulgo.text.& ibi glo.in cap. tanta. qui filij ſint legit. cap.ad abolendam.de filijs presby.vel is, qui ex coitu damnato natus ſit. Vnde ex hoc deducitur, natum ex cōcubina domi non retenta ſpurium proprie non dici, ſed naturalem: etiam ſi gloſſ.in cap.niſi cum pridem.§. perſonæ.de renunci.velit, eum ſpurium eſſe: cui conuenit Bart.in.l.fina.ff.de his qui.vt indig.col.1. & Regia.l.1.titu.15. part.4.ex his enim, quæ præmiſimus, 3
conſtat, hunc filium proprie nothum appellari non ſpurium, niſi ea ſignificatione, qua ſpurios dicimus eos, qui incertum patrem habent, & ſic natos ex ſcortis, vel cōcubinis, que domi minime cohabitāt, & quę alios viros paſſim admittunt.dicta.l.1.titu.15.part.4. Nam & ſpurios generice accipi, probat.l.ſpurij.ff.de decurioni. Hinc etiā apparet qualiter ſit intelligenda gloſſ. in authen.qui. mod.nat effici. ſui.§.fi. dicens, ſpurios eos appellari, qui naſcuntur ex his parentibus, qui etiam iure ciuili prohibente matrimonium contrahere non poterant. quam probat Baptiſt.de S.Seuerino in.l. ſiqua illuſtris.fo.7.conclu.8. eam tamē reprobat Ludo.de Sardis in tract.de legit.3. part. §. de ſucceſſ. ſpurio. ex eo quod ſpurij proprie dicātur hi, qui naſcūtur ex his, qui matrimoniū iure canonico cōtrahere minime poterant: poſſet et enim gl. pcedere inſpecta lata dictionis ſignificatione. Sic etiam manzeres lata ſignificatione nati dicūtur ex ſcortis, & meretricibus.c.23.exodi. Reg.l. 1.titu.15.part.4.at proprie hi dicuntur, qui nati ſunt ex his, qui iure canonum matrimonium contrahere prohibentur. quod in dict.ca.niſi cum pridem. §. perſonæ. probatur. iuxta illius verā interpretationem, quę iuri Pontificio intelligendo potius conuenit: tametſi non me lateat has dictiones ſępiſsime aliter aſſumi. In his vero filijs ſpurijs ſequentes aſſertiones erunt notandæ.

Prima concluſio. Filius ſpurius, nec ex teſtamēto, nec ab inteſtato, nec ex contractu inter viuos, aliquid à patre capere poteſt.§.fi.in auth. quib. mod. nat.effici.ſui.l.1. & authen.licet. C.de natur.lib. Reg.l.10.titu.13. part.6.quæ dū fornicationis meminit eſt intelligēda de ea fornicatione, quæ etiam accedente fornicantium conſenſu coniugalis eſſe nō poteſt iure Pontificio vetante. idē notat Saly.in.d.l.1. Quod ſi pater filio ſpurio aliquid relinquat, id à lege legitimis liberis, vel cognatis proximioribus defertur. Bald. & Saly in d.l.1. per text. ibi.Bart. in.l.fi.ff.de his, qui.

qui.vt indi.Iaſ.in.l.2.C.de hæred. inſt. & Alexand. dicens hanc opinionem communem eſſe in.l.hæreditas.C.de his, qui.vt indig.Fiſcus autem id vendicat, negligentibus conſanguineis intra duos mēſes relicta bona ab ſpurio euincere, aut petere, idem ſi pacto, vel renunciatione conſanguinei excludātur.tex.in.d.l.1. quæ tamen iuxta prædictam ſententiam in his tantum filijs 5
procedit quorum ibi mentio fit nō in alijs.Regia tamē.l.1.tit.13.part.6.illius legis primæ deciſionem in omnibus ſpurijs locum habere apertiſsime probat. Nec refert an ſpurius à patre capiat, an ab alio ex patris tamen ordinatione, aut voluntate.arg.l.vnum ex familia.§.1.ff.de leg.2.Ex quo infertur, inſtitutum hæredem & rogatum reſtituere hæreditatē proprio arbitrio vni, vel pluribus, non poſſe illam hęreditatem aliquo modo reſtituere filio ſpu- 6
rio, illius, qui eum hæredē inſtituerat adiecta fideicōmiſſaria ſubſtitutione. Pau.in.l.Lucius.§.in teſtamēto.ff.delega.1.quāuis ſubobſcure in hoc loquatur Bart.in.l.cū hęredi.ff.de reb.dubi.

Secundo, deducitur ex his ſpurium filium à patre ſubſtitui non poſſe legitimo ex pupillari ſubſtitutione ad effe- 4
ctum, vt patris bona cōſequatur, etiā ſi pupillibona capere poſsit ex illa ſubſtitutione.l.ſi is, qui.ff.de vulga.adiuncta gloſſ.in authen. quib.mod. natur. effici.ſui.§.fin.quem tex.in dict.l. ſi is, qui.dicit ſingul.Bald.in.l.eam, quam. C.de fideicōmiſ.nu.53.& in.c. ſolicitudinem.de appellat.col.2. notant Bart. Paul.Alex.& Iaſ.in.d.l.ſi is, qui.& Iaſ. in.l.iam hoc iure.nume.5.ff.de vulga.

Tertio, deducitur ſpurium non poſſe à patre ſubſtitui vulgariter, nec fideicommiſſarie: quod notat præter alios Guilielm.Benedict.in repe.cap. Rainuncius. de teſtam. verb. & vxorem.num.690.

Quarto, ex his elicere poſſumus, fraudem legi factam cenſeri, ſi is, cui pater ſpurij donauit aliqua bona, incōtinenti illa donauerit filio ſpurio donatoris, vel ex interuallo, expreſsim tamē in remunerationem donationis primæ, vel ſit maxima quantitas, quæ donatur.Bald. in.d.l. eam, quam. nu. 40.Ioan.Lupi in rub.de donatio.§.30. nu.14.quemadmodum, & ex alijs cōiecturis poteſt id pręſumi factum fuiſſe ſecundum Anani.conſi.13.

Lege vero municipali ſtatui non poteſt filiū ſpurium capacem fore teſtamenti donationis, alterius ve paternæ largitionis. Bal. & Areti.in.l. cunctos populos. C. de ſumma tri.nu.15.idem Aret.in.l.teſtamenti factio.ff.de teſta. Iaſ.in.l.ait prætor 3.col.ff. de iurciurā. Soci.conſ.95.in.4.vol nu.9.Deti.in.c. 2.de conſtitut.2.lectione.notab.2.quā opinionē eſſe cōmuniter receptam fatetur Ioan. Bapt.in rep.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.fol.11.col.1.

Inſignis tamen in hac re eſt quęſtio, quid agendum ſit, quando quis ab aliquo hæres inſtitutus, ei fidem præſtat de reſtituenda hæreditate ſpurio. In quo dubio adnotandum eſt, quod is, qui fidem hanc præſtat, vt indignus priuatur hæreditate, & ea fiſco adiudicatur.l.non intelligitur.§. ſi quis palā.

l.ita fidei.ff.de iure fisci.l.prædonis loco.ff.de petit. hæred.l. in tacitis.l. Lucius.§.fina.ff.de lega.1. Quod si fidem non præstiterit,& si palam rogetur restituere,iure optimo illa bona institutus posidebit.dict.l. non intelligitur. in princip.&.§.1.l.si in metallum.ff.de his,quæ pro non script.hab. Bart.in.l. fi.ff.de his,qui. vt indig.col.3. qui hoc efficaciter probat. Prorsus enim incapaci dirigitur hoc fideicommissum,ac leges iustissime potuerunt spuriũ priuare paterna hęreditate,& eum reddere ad eam incapacem: quod à legibus factum esse cõstat: nec probatione aliqua indiget:cum sit text.apertissimus in authen.quib.mod.natu.effici.sui.§. fina. quibus ita præmissis plura inferre licet in hac controuersia.

Primum, spuriũ in interiori iudicio animæ non posse tute bona à parente
8 sibi relicta, donatave obtinere. Is em̃ lege iustissima ad ea capienda incapax est:igitur restituere ea in conscientiæ foro cogendus est.Nec obstat pœnam legis exterioris non esse considerãdam in interiori iudicio,donec eius exequutio fiat.glos.satis celebris in.c. fraternitas.12.q.2.cuius & nos meminimus.c. sexto huius secũdæ partis.§. 8.id enim verum est in pœnis exigẽtibus iudicis exequutionem:non ita in pœnis,quæ non requirunt actum aliquẽ iudicis: sicuti pœnæ illæ, quibus quis incapax efficitur alicuius actus:tenetur enim ab illo actu abstinere. Sic incapax aliquorum bonorũ, tenetur à possessione illorum bonorum recedere:ex Caieta.in.2.2.q.62.art.3.

Secundo,spurium tute in animę iudicio & conscientiæ foro, parentis bona posidere,quę sibi libere,nulla promissione parenti præmissa, tradiderit scriptus hęres:ex eo quod bona illa ex voluntate veri domini adquirit,nulla lege vetante:igitur iuste obtinet. Hæres enim scriptus verus dominus illorum bonorum est: nec lex prohibet eum posse tradere bona illa spurio filio,nisi ex parentis voluntate,quæ tamen hic non præcessit.

Tertio,infertur eundem spurium iuste in conscientiæ foro bona parentis posse retinere, quæ sibi institutus à patre hæres tradidit, etiam data parenti fide de restituẽdis spurio prædictis bonis:tametsi qui fidem dederit peccauerit, & mortaliter, fraudem hanc insignem cõmittens aduersus legem,quę prohibet dictam fidem præstari:sed tamen non prohibet lex traditionẽ bonorum,quę spurio fit.Nec ex fide præstita amittit hæres hęreditatem,& rerum hæreditariarũ dominium. Vnde cũ dominus sit, potest illas res in spurium transferre. Nec dici potest spurium hac adquisitione priuatum esse à lege:cum fiat ex voluntate parentis: quia hæc adquisitio potius fit ex volũtate veri domini,quam parentis,ex cuius voluntate verus dominus sciebat ipsum ad id minime obligari.

Quarto, subinfertur hæredem scriptum non teneri in iudicio animæ re-
9 stituere hæreditatem,etiam si tacitam fidem præstiterit de ea restituenda filio spurio: illa enim promissio fuit facta contra leges, & in fraudem legis:

ergo

ergo ex ea non tenetur.l. iurisgẽtium. §. prætor ait. ff. de pact. & ibi optime Fortu.3.notab.facit ad idem text.in.§. generaliter.sub eadem.l.

Quinto,hinc constat hæredem scriptum, qui promiserat testanti restituere hæreditatem spurio, non teneri in animæ iudicio illa bona fiscum deferre, neq; fisco id crimen ab eo commissum pandere, quia verus hæres est,& in pœnam leges hanc hæreditatem fisco deferunt.l.1.C.de his,qui.vt indig. l. ita fidei.l. non intelligitur. ff. de iure fisci.pœna autem in foro conscientiæ non soluitur:vnde confestim sequitur hæc ipsa illatio:contra Bar.in.l.fina.ff. de his,qui.vt indig.col.3.quem Didacus de Segura sequitur in.l.cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulga. & pupi.fol.12. eiusdem repet.col.1. Nec item tenebitur consanguineis testantis illa bona tradere:cum iste sit verus hæres: fides autem ab eo data in pœnã delicti tollit ab eo hæreditatem: & fisco eam defert:quod si verus hæres non esset hæreditas ad testantis propinquos pertineret. Nec obstat.l.prædonis. ff.de petit.hæred.quia Iurisconsultus ibi,non appellat hunc hæredem prædonem: sed dicit censendum esse prędonis loco, quia fraudẽ fisco fecit tacitam fidẽ præstãdo.Nec mihi placet hoc in dubio,quod notat Sylues.verbo.filij.§.6.

Sexto, ex his opinio Card.cõsi.35.intelligẽda est,dum dixit,hæredem,qui præstitit testanti fidem de restituenda
10 hæreditate spurio,etiam si iurauerit se id non dicturum cuiquam,debere vocatum à iudice omnino verum dicere, & rem totam exprimere. refert eũ Felin.in.c.intimauit.de testib.col.2.& 3.& insignis Doct.M.Naua.in.c.inter verba.11.q.3.part.vlti.corola.65.procedit enim prædicta opinio,quãdo quis à iudice interrogaretur, vel eius testimoniũ exigeretur sub monitione generali, præcedente infamia contra ipsum tacitæ fidei: alioqui si id crimẽ occultum sit,& de pœna tantum soluenda tractemus:quam in animæ iudicio soluere quis non tenetur, non de restitutione illati damni,non cogitur quis dicere testimonium minime præcedente infamia: quod si responderit casu,quo nõ tenebatur testimonium dicere,ita oportet respondere,vt verum dixisse constet.

Septimo,ex his constat in dubio,cui fisco seculari,an ecclesiastico dicto casu sit adiudicanda hæreditas,esse considerandam hæredis,præstãtis fidem, personam: cum is delinquat: & ab eo propter delictũ auferatur hæreditas: nam si laicus sit,Regi defertur ipsa hæreditas:si vero clericus ecclesiæ est adiudicãda. quod probari potest ex his, quæ tradit Ioan.Lupi in rub.de donatio.§.39.docet, & hoc expressim Bald. in.l.si quis presbyter.1.col.C. de episc. & cleri.quem sequitur Paul. Castren. ibi.Chassanęus in consuet. Burg.rub. 8.§.5.nu.4.& Feli. c.quia. V.de iudici. col.2. & Segura in.l.3. §.vlti. nu.145.ff. de lib.& posth.nec in contrariũ quidquam vrget text.in cap.2. de successi. ab intestat. licet eum ibi adnotauerit Parnomita. Has equidem septem illationes lector amplius examinare po-

terit ex his, quæ post secundam huius operis editionem tradit doctissimus Dominic. Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 5. artic. 1. in his etenim in quibus nostra dissident ab his, quæ diligentissime fuere inibi adnotata, liberum erit cuiusq; iudicium: & nos tanti viri censuram libentissime admittemus.

Verum nostrates passim conantur explicare, quonam pacto pater possit filio spurio proprias res tute relinquere, ita, vt filius non excludatur à fisco: quorum aliquot cautelas hic referã, ex quibus hæc grauis quæstio poterit perpendi. Prima equidem cautela instruit patrem, & docet ipsum amicũ quendam ei valde fidum hæredem instituere, cui secrete filium cõmendet: non tamen roget ipsum bona filio spurio restituere: is enim poterit postmodum filium hęredem instituere, vel ei restituere hæreditatẽ. Speculator, titulo de successionib. ab intestato. §. 1. versicul. quid si pater. nu. 30. cui suffragatur glo. in auth. quib. mod. natur. efficiunt. sui. §. fin. versi. participium: quam dixit esse singul. Paul. in. l. si is, qui. ff. de vulg. vbi idem notant Bart. Ias. & alij dicentes hæredem ab aliquo institutum posse instituere spurium primi testantis, & idem probatur in. l. qui testamentum Titij. ff. de his, qui. vt indig. Hoc tamẽ negocium fidum amicum exigit: atq; forsan hæc secunda institutio fraudem præsefert, ex his, quæ modo diximus, nisi institutus hæres esset filius legitimus testantis: quo quidem hærede instituente filium spuriũ, potius præsumẽdum erit institutionem factam fraterno amore, quam parentis iussu. Bald. in. l. eam, quam. nu. 54. C. de fideicõ. Sunt & quidam, qui patri consulant cõtracta inter spurium, & capacẽ alium integerrima omniũ bonorum societate, illum spurij sociũ hæredem instituere, vt ex illa societate optimam partem filius spurius capiat, ratione societatis. Bal. in. d. l. 1. C. pro socio. col. fina. Corset. in sing. suis. verbo. spurius. optimus tex. & ibi Bar. in. l. is, q duos. ff. de liberat. legat. Ioan. Lupi in rub. de donat. inter vir. & vxorem. §. 65. nu. 11. ab hoc tamen consilio cauendum censeo, cum propter fraudis non leuem coniecturam, tum ob animæ salutem, cui non admodũ conuenit his vti dolis ad effugiendas sanctissimarum constitutionum prohibitiones. His tamen plura addi possent ex Cæpola caute. 38. Platea. in. l. 1. C. de delatori. li. 11. & Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimat. fol. vlti.

Prætermittendum vero non est parenti tutissimum esse, vt spurium hæredẽ instituat sub conditione, si à principe fuerit effectus legitimus: tunc etenim sequuta legitimatione, patris hæreditatem absq; animæ periculo obtinebit: cum institui iure possit incapax in tempus, quo capere possit. l. in tempus. ff. de hæred. instit. l. sicut. & ibi gl. in princi. ff. qui. mo. vsusfr. amitt. Bal. Aret. & Alex. in. l. Gallus. §. instituẽs. ff. de lib. & posthu. idem Areti. in. l. si filiusfamilias. ff. de testament. quam opinionem communem esse testãtur Ias. nume. 5. & Lancel. Deti. in dicto. §. instituens. & Gualdens. de arte testan. 12

titu. 2. cauti fina. idem in hac specie notauit Bald. in. l. 1. C. de inst. & substi. in 6. q. cuius opinionem fatetur communiter esse receptam Catell. Cotta. in vltimis memoralibus dictione: spurius. dicens se eam defendisse Ferrariæ contra Ludoui. Lusita. in. l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. qui tamen col. 11. potius videtur in hoc casu Bald. sequi, quam ab eo discedere, tametsi non omnino ei placeat Bald. sententia, quã Soci. ibi. num. 11. probauerat. Nec obest. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inst. vbi in institutionibus conditionalibus oportet hæredem capacẽ esse tempore testamẽti, mortis, & aditionis hæreditatis: id enim procedit in conditione extrinseca, secus in conditione intrinseca, & quæ à iure intelligitur, qualis est ista, cum capere poterit hæres. Bald. in dict. l. in tempus. vbi glos. hoc sensit: tradunt optime Ias. in l. is, qui hæres. ff. de vulg. & pupi. Areti. cons. 155. Imo hic spurius hac conditione institutus poterit pendente conditione bona petere, & ea, vt curator administrare ex bonorum possessione secundum tabulas. l. si quis instituatur hæres in diẽ. ff. de hæred. instit. vbi Bald. & Angel. idem Bald. in. l. fina. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 29. nu. 4. Sed & is, qui spurium filium habet, meminerit in his regnis posse ei relinquere iure alimentorum quintam bonorum partem, ex Regia. l. 10. Tauri: quinimo & ante iura Codicis, & Authenticorum licuisse patri spurio aliquid alimentorum titulo dare, aut legare, probat Altiat. in lib. 4. parerg. c. 5. ex. l. 3. ff. de his, quæ pro non script. habent. 13

Secunda conclusio. Nepos legitimus, vel naturalis ex filio spurio, deficiẽte prole legitima potest ab auo hæres institui, nec censetur in dubio patris gratia institutus. Bart. Imol. Alex. Areti. & Ias. in. l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. idem Bar. cons. 118. per l. fi. ff. de his, qui vt indig. & l. fi. C. denatur. liber. notat Signoro. consil. 114. quam opinionem asserit communem esse Deti. cons. 462. & Corne. consi. 25. in. 1. volu. & Carol. Molin. in Alexan. consil. 74. volu. 3. litera. A. qui & eam sequuntur. Ex quibus infertur auum non posse nepotem ex spurio, etiam legitimum, & naturalẽ instituere, existente prole legitima, secundum omnes, imo nec existente prole legitimata rescripto Principis. Deti. consil. 258. Secundo ex his constat, præfatam institutionem etiam deficiente prole legitima non valere, si cõstet patris gratia nepotem institutum fuisse, ex eisdem doctoribus, quos sequutus notat idem optime Aymon Sauilli. consil. 184. Hæc tamen conclusio secunda nõ procedit in nepote nato ex filio incesto. Bald. in. l. si quis incesti. C. de incest. nupt. per tex. ibi. quem idem Bal. dixit esse vnicum in cap. in præsentia. nume. 35. de probat. Corset. in singu. verbo. hæres. Hippo. singu. 143. idem notat Alex. in. d. §. quid si is. quorum opinio communis est, teste Saly. in. d. l. si quis incesti. & Corneo. d. consil. 25. 1. volu. & si Ias. in. d. §. quid si is. velit à

Bald. recedere. Ex qua inferri potest nepotē ex filio post sacros ordines suscepto, ab auo presbytero institui non posse: cum filius clerici in sacris constituti ordinibus dicatur natus ex incestu. glo. Bald. & Paul. in. l. 2. C. de epis. & cleri. quod alibi tractabimus: sed tamen proprie incestus nō est hic filius ex glos. in. c. per venerabilem. qui filij sint legit. quæ eum adulterinū appellat. Vnde hæc conclusio secunda procedit etiam in nepote legitimo, vel naturali, ex filio clerici sacris ordinibus insigniti: quod Bald. voluit in dict. l. si quis incesti. Petrus, Cinus, & Saly. in d. l. 2. Alexan. in. d. §. quid si is. col. fina. & Roderic. Suarez in. l. 9. titu. 11. libr. 1. Fori. 2. col. & Corset. in singu. verb. fornicatio. vbi expressim fatetur hāc opinionem communem esse.

Tertia conclusio. Filius spurius natus ex damnato coitu, matri intestatæ
15 nō succedit, nec ex testamento, etiam si mater non sit illustris, nec proles legitima supersit, licet alias spurius natus ex coitu non damnato matri non illustri succedat simul cum legitimis. l. si qua illustris. C. ad Orfic. vbi gloss. tex. in authen. quib. mod. natur. effici. sui. §. fina. auth. ex complexu. C. de incest. nup. glos. & Angel. in. §. nouissime. inst. ad Orfici. Specul. titu. de succes. ab intest. §. 1. nu. 22. & 27. Deti. consi. 311. col. 1. refert tamen plurimum scire quis dicatur damnatus coitus: & cōstat eum coitum damnatum dici, qui punitur aliqua lege exteriori, & humana. text. in dict. authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. fi. Bart. in. l. fi. col. 2. ff. de his, qui. vt indig. atq; id ab omnibus receptum videtur. Vnde apparet coitum cum consanguinea, vel affini, absque dubio damnatū dici debere. Sic etiam eodem pacto, coitum cum vxore alterius. Quin & coitus cum cōcubina legitima alterius: cum puniatur lege exteriori: damnatus censetur. l. si vxor. l. inter liberas. ff. de adulte. Coitus etiam cum moniali. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleri. cap. si quis non dicam. de pœnit. distinct. 1. Item coitus inter dominam, & seruū. l. vnica. C. de mulier. quæ propr. seruis se iūxe. quæ & alia adducit latius Ioā. Baptist. de S. Seuerino in dict. l. si qua illustris. fol. 2. colum. 1. & Angel. in dicto. §. nouissime. col. fin. Ex quibus dubium est, an coitus inter solutam, & coniugatum damnatus sit dicendus? qua in re dubitat Deti. consil. 311. & tamen Paul. de Castro respondit non esse hunc coitum damnatum consil. 34. num. 4. in. 2. volumi. Alexand. consil. 139. in. 1. volumi. Aymon. consil. 166. col. 1. & Soci. consil. 148. in. 1. volu. col. 2. ex eo quod hic coitus aliqua pœna per legem exteriorem minime punitur. l. 1. C. de adulter. Verum cum coitus hic sit punibilis ex eo quod maritus vxori iniuriam irrogat, secundum Bald. in dict. l. 1. atque etiam lege Regia. 24. titu. 3. lib. 1. in ordinat. Regijs, certius existimo hunc coitum inter damnatos esse cōmunerādum. quod probat Angel. Aretin. in dict. §. nouissime. col. fi. post Matthes. & idem asserit Ioan. Baptist. in dicta. l. si qua illustris. fol. 3. col. 2. & quamuis non diffitear

tear priorem sententiam frequentius recipi: tamen hanc dicit Deti. veriorem esse consil. 306. cui suffragatur, quod coitus hic vere sit adulterinus ex. l. 1. C. de adult. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 154. art. 8. quod constat ex diffinitione adulterij, cuius mētionem egimus part. 1. huius operis. cap. 1.

His etiam cōcinit non inutilis quæstio, quid dicendum sit in coitu inter solutam, & sacerdotum, aut sacris insi
17 gnitū ordinibus, contingenti? Et Matthæ. ab Afflictis in cōstitutio. Neapolita. titu. 82. col. 2. voluit hunc coitum pœna exteriori nullibi puniri, ac subinde prolē hinc susceptā matri succedere: quod falsum existimo, adeo etenim odiosa hęc proles fuit semper canonibus, vt in Concilio Toletano nono. c. 10. statutum fuerit filium natum ex coitu clerici, & fœminæ liberę, sub specie tamē matrimonij scienter contracti, seruum effici ecclesię. Cuius canonis, & Gratia. meminit in cap. cum multæ. 15. q. 8. apud quem tribus locis text. ille est emendandus. Nam dum legitur super innocentia: oportet scribere: super incontinentia: & dum habet idem Gratiani codex: firmari: legi debet, reformari. Itē dum legitur, aliena pollutione: magis integer constat sensus, si legatur: tali pollutione. quæ omnia restituēda sunt ex ipso cōciliorum codice. & ex Speculator. in tract. de concil. 2. part. titu. 46. Ex quo canone Roma. singu. 520. nimis large notauit, filios clericorum esse seruos ecclesiarum, illum tex. dicens singula. esse: cum tamen illa constitutio de natis ex clericorum coniugio loquatur: sicuti eam intellexit Abb. in cap. 1. fi. col. de treug. & pace, ac Regia. l. 3. tit. 21. par. 4. addit tamen glos. in dict. cap. cum multæ. illud statutum abrogatum esse, atq; per desuetudinem euanuisse. cuius meminit Abb. in dict. colum. fin. & idem in cap. cum sit. de for. com. nume. 15. Sed nihilominus ex eo constat quam exosa fuerit canonibus clericorum proles. Hic etiam coitus adulterinus appellatur à glos. communiter recepta in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. verbo. adulterinus. vbi Abb. num. 32. hanc copulam damnatam dici, probat: idem Abb. in cap. innotuit. de electio. gloss. in pragmat. sanctio. titul. de concubinar. §. ipsas. vers. arcere. argu. c. cum olim. de cleri. coniugat. notat idem Nicolaus de Vbald. in tracta. de succes. ab intestat. 4. specie filiorum. Quo fit, vt secundum præfatos Doctor. matri minime succedat filius clerici in sacris ordinibus constituti, etiam si ipsa mater sit soluta à lege coniugij, voti, alteriusve vinculi. Quod & in specie notat Bermondus Choueronius in tractat. de concubinar. pagi. 356. Nec opinor id Regia. l. Tauri. quæ. 9. est, sublatum fuisse: ex Ioanne Lupi ibi. nume. 37. cum ex verbis, & mente eiusdem legis constet, nihil hac in re diuersum à iure veteri ibi sanciri. vetus etenim lex Regia. 22. tit. 3. lib. 1. ordinamen. in eius prooemio sensit idē, quod nos ex prædictis autoribus notauimus.* Tametsi Regia lex superius adducta. 3. titul. 21. part. 4. in vltima eius parte post in duci

duci ad conrariæ opinionis probatio nem. Nam, vt quidam opinantur, illic probatur, filium clerici, etiam sacerdotis, matri succedere posse, & ideo nec dici proprie natũ ex coitu damnato: quod fortassis probabile multis videbitur.* Nec temere diximus coitũ inter solutã, & cõstitutum in sacris damnatum esse: sed, vt excluderemus coitum inter solutam fœminã, & clericũ minoribus præditũ ordinibus, etiãsi is beneficium ecclesiasticũ habeat: nõ enim opinamur hanc copulã damnatam dici: ac subinde censemus liberos ex ea susceptos, matri succedere: tametsi cõtrariũ iure Cæsareo, & regio probare nitatur Roderi. Suarez in.l.1. tit.6.lib.3.Fori.col.pe. Imo Regia lege hos filios naturales esse apertius constat, quã iure cõmuni, secũdum quod eos esse spurios Bald. censet in.l. parentes.ff.de in ius vocã. Ego vero ex his, quæ paulo ante de filijs naturalibus dixi, eos esse iure ciuili Romanorum nõ thos censerem: nõ proprie naturales: nec omnino spurios: nõ enim vere spurij cẽsendi sunt hi, qui nascũtur ex coitu, qui poterat cõiugalis esse: nec item vere naturales, quippe qui nati sint ex ea concubina, quæ licet domi cohabitaret: iure tamẽ ciuili minime permitteretur: quod Bart. censet in.l.pe.ff.de concub. quem in hac ratione sequuntur hi, quos retuli hoc cap.§.2.nu.5. verum si Pontificũ ius in vtroq; foro moribus receptum: Regia, & Taurina cõstitutione comprobatum consideremus, hi filij vere naturales sunt: sicut apparet ex notatis superius.§.4. cui opinioni subscribunt omnes, quos aduersus Bart. dict. nu.5. citauimus. Mater autem filiorum clerici sacris ordinibus præditi, ipsis filijs nõ potest succedere: sicuti nec ei filij succedũt, secũdum Ioannẽ Lupi in.l.16. Tauri. nu.12.

Adijciam tamen hic ex præcedentium ratione eum coitum etiam dici damnatum, qui cum virgine, vidua ve stupro contigerit: quia punitur pœna legis exterioris.l.inter liberas.l.si vxor ff.de adult.§.2.inst.de pub.iudic.l.2.titu.19.part.7. quod ostendunt Ioan. Bapti. & Ang. Aret. in dictis locis: quam opinionem procedere tantum in virgine, aut vidua, quę non sit infimę sortis, existimat Bald. consi.206.vol.3. Soci. consi.212.col.2.volum.2. Ludo. Gozad. consil.21.col.2. & Aymon Sauill. consi.166.col.2. nam commissum stuprum cum vilibus non est punibile.l. quæ adulterium.C.de adulter: quæ tamen in vilibus respectu morũ loquitur: non in virginibus, aut viduis infimi generis: Quo fit, vt existimem tutius esse, asserere stuprum non esse punibile si cõmittatur cum vidua inhonesta, aut meretrice.l. si vxor. ff. de adult. cum vidua vero honesta stuprũ commissum punibile esse, etiam si infimę sortis sit, vt notat Stepha. Bertrãdus consi.158.in.3.vol. alioqui ansa prę beretur exercendi passim libidinem, atq; vitiãdi virgines pauperes, & infimi generis, honestas tamẽ. Nec me latet Aymonẽ consi.166.col.2. aduersus præmissa velle, coitũ inter solutos, seu liberos à matrimonij legibus, & castitatis voto, dãnatũ nõ esse, etiam si stupri vitio cõtingat. quod ipse notat ex recondito sensu Bald. in.l.eam, quam. C.de fideicõmis.colũ.6.versi. & scias. cui minime accedo. Ex præmissis tamen infero coitum inter liberum à lege coniugij, atq; castitatis voto, & fœminas eodem pacto liberas, etsi plures sint nõ esse damnatum: neq; enim punitur lege aliqua exteriori. Bart. in l.fina.col.2.ff.de his quib.vt indig.

Hasce vero dubitationes Ioãna Augusta Caroli Cęsaris mater, lege Tauri.9.prorsus explodit: ea etenim decisum est, coitum damnatum dici eum,
18 ex quo fœminæ coeũti imminet pœna mortis naturalis à lege statuta. Ex quo apertissime infertur iure Regio filium conceptum à coniugato, & soluta, matri succedere: quãuis spurius sit: atq; idem erit dicendum in filio nato ex virgine stupro vitiata, licet spurius etiam sit ex legibus ciuilibus. Vnde lex illa.9.ad matris successionẽ spurios, & naturales admittit: modo non sint geniti ex coitu dãnato pœna mortis naturalis, quo ad matrem.

At iure communi attento infertur, filium à virgine, vel vidua vitio stupri conceptum, vel ex concubina ab altero domi retenta, vel à domina ex seruo proprio, spuriũ esse, nec matri succedere: & tamen conceptionis tempore inter parentes contrahi poterat matrimonium. Secundo, deducitur iure Cæsarum non esse filium aliquẽ proprie spurium, qui matri succedere possit, cum proprie spurius ex damnato coitu nascatur: sed id concedendũ est, hanc maternam successionem etiam proponi, atq; deferri filijs, quos paulo ante ex lata significatione spurios esse diximus, nisi probanda sit opinio illa, quæ asserit coitum inter cõiugatum, & fœminam solutam damnatum dici non debere, item illa, quę asserit copulam sacerdotis, & fœminæ nec coniugatæ, nec religiosæ, nec cõsanguineæ inter damnatos minime cõputari. His enim casibus iure cõmuni dari entur filij spurij proprie, qui tamen nõ essent ex damnato complexu nati.

Quarta conclusio asserit. Fratres naturales, seu spurios quocũq; coitu genitos intestatis sibi inuicem succedere
19 si vterini sint.l. spurius. &.l.2. ff. vnde cognat. Filij enim naturales, vel spurij quocunq; coitu geniti succedũt cognatis: & sic consanguineis maternis. Ludo. de Sardis in tracta. legitimationum.3.parte.de spuriorum successione.fi.q. hoc tamen non procedit in natis ex coitu dãnato: hi etenim nec fratribus vterinis, nec cognatis intestatis succedunt. secundum Ana. & Bolog. in eius additionibus. consi.95. & Matthę. ab Afflictis decis.96. Abb. consi. 50.in.2.volu. Det. cõsi.311.col.1. & Aymon consi.138.col.3. Hoc vero certum omnino non est: imo potius oportet dicere, nõ esse hic adhibendam istam distinctionem: sed locum habere etiã in his fratribus, hanc quartam conclusionem, vt optime notat Corne. consi. 21.in.1.volum. vbi asserit hanc opinionem communem esse, quam sequitur Curti. Iunior. consil.123. & idem Corne. consi.234.col.pe.4.vol. & Nico. de Vbaldis de success. ab intestat. part.3. col.4.

col.4.quod probari videtur in.d.l.ſpurius.non tamen ita efficaciter,vt contrariam opinionem cõuincat:pro qua eſt Regia.l.fi.tit.13.part.6. & idem probat Ang.Areti.in tracta.de teſtamen. verb.nolens inteſtatus. col.8.iura igitur cognationis naturalibus,& ſpurijs competunt:non iura agnationis. Vnde naturales, vel ſpurij ex parte patris coniuncti ſibi,etiam inteſtatis, inuicẽ minime ſuccedunt,ex recepta ab omnibus opinione in.d.l.ſpurius.per tex. ibi.notat Aymon cõſ.138.col 3. Dicta tamẽ Regia.l.fi.fratrem naturalem ex patre tantum admittit ad ſucceſsionẽ fratris inteſtati, qui fratres vterinos non habet:ex qua lege corruit gloſ.in l.2.ff.vnde cogna.quã dicit ſing.Abb. conſi.50.col.1.2.volu.Flori.in.l.qui teſtamentum.ff. de probat. dicens duos fratres ex eodem patre conceptos à diuerſis concubinis diſtincto tempore in cõtubernio retentis, nec iura agnationis, nec cognationis habere:atque ideo non competere eis mutuam ſucceſsionem.notat idem Bart. in authẽ. quib. mod. nat. effici. ſui.§. ſi quis igitur.& Speculat.titu.de ſucceſſ. ab inteſt.§.1. verſ. quid de natis.nu.19. Hoc enim iure Cæſarum locum habet: at iure Regio ſublatum eſſe conſtat.Fratres vero legitimi, & naturales, naturalibus tantum, vel ſpurijs præferuntur.arg.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfici.

EX. §. SEQVENTI.

1 Filij quicunq;, etiam ex damnato coitu concepti,à parentibus ſunt alendi.
2 Filius quicunq;, etiam ſpurius parentes occidens lege Pompeia punitur.
3 Ius alendi ſpurios pacto partium tolli non poteſt.
4 Alimenta filijs ſpurijs debita, lege aliqua tolli non poſſunt.
5 Legitima debita filijs,an tolli poſsit lege humana.
6 Leges ciuiles alimẽta ſpurijs negantes,iniquas eſſe,& ideo iure canonum abrogari.
7 Alimenta liberis præſtanda ſunt perſpecta parentum & filiorum qualitate,& conditione.
8 Nouus intellectus ad auth. ex complexu.C.de inceſt.nup.& ad.c.cũ haberet.de eo,qui duxit in ma.
9 Filius tunc eſt à patre alendus,quando non habet vnde poſsit alimenta percipere.
10 Regia.l.Tauri explicatur.
11 Filia naturalis, vel ſpuria an poſsit à patre dotẽ exigere?
12 Dos à patre filiæ ſpuriæ data, maioris tamen quantitatis, quam lege licebat, qualiter ſit ad legitimam quantitatem reducenda.
13 Filij ſpurij an ſint à matre alendi, & educandi.
14 Filij ſpurij etiam ab hæredibus parentum ſunt alendi:& quid de alijs ſucceſſoribus.
15 Alimenta filijs data an ad eorum hæredes pertineant?
16 Nepotes ſpurij an ſint ab eorum auis, ſeu proauis alendi.
17 Alimẽta quibus ex cauſis filijs negari poſsint.

§. SEXTVS.

1 QVINTA principalis cõcluſio prefatis optime accedit,qua filios quocũque coitu, etiam inceſto conceptos, à parentibus alendos eſſe profitemur:ex cap. cũ haberet. de eo, qui dux. in matri. ſed & hoc ratione probatur: decet etenim iure naturali hominẽ procreatum conſeruari, atq; ali,ne pereat: pater vero genitor fuit, & in eo amoris cauſa manet naturali iure:igitur alere tenetur ipſe pater filium.Præterea liberorum educatio iuris eſt naturalis.l.1.§.ius naturale.ff. de iuſt.& iur.cap. ius naturale.1. diſtinct. natura

natura autem cõmunis eſt legitimis, & ſpurijs. l. hos accuſare.§. omnibus. ff. de accuſat. l. quiſquis. C. ad. l. Iuli. maieſt.Bal.in.l.vnica.C. de cõfeſſ.nume.73.idem in cap.1.§.naturales. ſi de feud.fuer.contro.inter domi.& agna. vaſ.dicens legem Pompeiam de parricidijs locũ ſibi vendicare,etiam in ſpurijs:ſequitur eum Alexand.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel. nu. 43. & Fortu.in tract.de vltimo fi.illat. 7. ergo ius hoc naturale, quod cogit parentes ad alendum liberos, cõmune erit liberis legitimis, & ſpurijs.Abbas in.d.c.cum haberet.Bart.in authẽti.ex complexu.C.de inceſt.nupt.

Hanc tamen quintam cõcluſionem intellige ita veram eſſe,vt ius iſtud nõ valeat tolli vllo pacto partium.Specu
3 lat.in tit. qui filij ſint legit.§.1. verſ.ſed pone quidam. nume.12. Alberi.in.l.1. §.ius naturale.col.final.verſi.ſed quæro. & ibi Bald. verſic. quæro quid ſi filius.ff.de iuſti.& iur. Barto.in.l.ſi quis à liberis.§.parens.ff.de liber. agnoſcẽ. Alexan.in.l.ſi cum dotem.§.1.nu.9.ff. ſolut.matrimo.idem Alexan.in.l.alia. §.eleganter.nu.12.eod.titu. etiam ſi pactum ſit iuratum. Domi. in. c. quãtis pactum.col.2.de pact.in.6.& Felin.in c.ex reſcripto.de iure iur.num.12.

Secundo ex eadem ratione eſt hoc intelligendum,non obſtante lege mu
4 nicipali,aut conſuetudine aliqua:non enim poſſunt humana lege alimenta tolli,quia iure naturę debentur.Abb. in.c.fi.de conſuet. nu.22. a quo nullus diſcrepat ſecundum Rochum Curti. ibi.fol.paruo. 45.col.3. Vnde infertur intellectus illius ſentẽtiæ, qua paſsim Docto. profitẽtur legitimam partem in bonis parentum filijs iure debitam lege municipali,aliave tolli poſſe:cuius autor fuit Dinus in reg.indultũ.de reg. iur.in.6. quem ſequuntur Bart.& Imola in.l.Titio.§.Titio genero.ff. de condi.& demõſt. alijq; plures, quos referunt Imo.& Alex. in.l. quod de bonis.§.fi.ad.l.Falci.Deti.in.l.iura ſanguinis.ff.de regu.iur.idem Deti.conſi.19. num.5. qui hanc opinionem fatentur eſſe cõmunem. tradit late Altia.in tractat. de præſumpt.reg.1. præſumpt.8. Eſt enim hoc intelligẽdum,quatenus legitima non eſt ad alimenta neceſſaria,ita vt alimẽta nequaquã tollantur.

Ex quo ſubinfertur, non omnino reijciẽdam fore opinionem illorum,qui ex aduerſo exiſtimãt,legitimã lege,ſtatuto ve diminui poſſe,tolli vero totam non poſſe: quam aſſeruit Rota antiqua.476.& Noua.18.Socin.conſil.30. col.1.& conſi.150.1.volu.Vincẽt. Hercula.q.2.ad primũ Iaſ.in.l. quoniã in prioribus. C.de inoffi.teſta. dicens eã eſſe cõmunem.idem Iaſo in.l.ſi pater. nu.21.C.de inſtit.& ſubſtit. Deti.conſi.106.nu.4.Roderi.Suarez in l.9.titu. 5.lib.3 Fori.2.limit. Hæc enim procedit,vt diminui poſsit vſq; ad quantitatem alimentis neceſſariam: tolli vero prædicta quantitas non poſsit. Hinc
5 manifeſtiſsime deducitur legitimam poſſe lege tolli: rurſus diminui poſſe: totam vero tolli nõ poſſe, ſi intelligamus legitimã lege, vel ſtatuto totam poſſe tolli:non tamen alimenta,quod ex Bald. colligere facile eſt in.l.1.§. ius naturale,

naturale.ff.de iust.& iu.col.fi. Nec mihi placet opinio quorũdam dicentiũ, legitimam parẽtibus debitam tolli omnino posse:etiam si Francisc.à Ripa eam dicat communem esse,libr.1.respons.c.7. Ex pietate enim naturali iure parentibus aliméta ab ipsis filijs exhibenda sunt. Quo fit, vt Solonis lex in Christiana,ac bene instituta Repu. minime sit recipiẽda:quà quidem statuit, genitos è meretricibus parentes alere non tenere. cuius meminit Plutarchus in Solonis vita: quamq, Romani admisere in duodecim tabularũ legibus. tit.3. siquidem lex illa pietati refragatur,quæ parentibus referri debet. eodem enim iure naturali tenentur filij parentes alere, quo ipsi parentes filios alere debent.l.si quis à liberis.§.parens.ff.de liber.agnosc.probat doctissime Alfonsus à Castro lib.2.de iusta hæret.punit.c.vlti.merito dissentiens à Barto. qui in dict.§. parens. dixit filium parentes debere alere nõ iure naturali:sed ratione naturali: ita intelligens iurisconsultum in dict.§.parens.dicentem ratione naturali parentes à filijs alendos esse.

Ex hac secunda principali interpretatione infertur primo,legitimam lege,vel statuto tolli prorsus posse eo casu,quo filius habeat bona:vnde posit optime seipsum alere,ac sibi alimenta exhibere, vel ex artificio sibi ipsi valeat necessaria adquirere. Panormita. in cap.Rainũcius. de testamen. num.12. Ioan.Lupi in.c.per vestras.3. notab.§. 4. in princip. de donatio. inter vir. & vxor.Ioan.Cirier.in tracta.de primogenitur.lib.2.cap.16. vbi hanc esse cõmunem opinionem asserit.

Secundo,infertur statutum,quo cauetur patrem minime teneri alere filium maiorem decem & octo annorum,iniustum,atq;inualidum esse.vti existimat Anchar.in.c.1.de cõstit.11.q. principa. Ioan.Bapti.in.l. omnes populi.ff.de iust.& iure.fol.10 col.4.

Tertio,subinfertur filium à patre alendum esse,etiam si vxorem,absq; licentia patris duxerit sine dote: modo honestam duxerit. tradit Deti. consil. 231.col.penult. Imo non tantum filio, verum & eius vxori debere patrẽ aliméta exhibere, probat Ioan. Crottus in.l.si constante.2.lectione. penult. & fin.col.ff.solut.matri.

Quarto,deducitur ex his, licite posse quem ex Regia tamen permissione,& licentia, primogeniũ bonorum suorum constituere in liberis masculis, maioribus natu, modo cæteris indigentibus liberis alimenta præstentur: ita Ioan. Lupi in dicto.3.notab.§. 21.etiam in iudicio interiori animæ:tametsi in hoc vltimo dubius sit idem Ioan.Lupi eodẽ.3.notab.§.26.& Ioan. Cirier. in secundo libro de primogenit.capit.15. atq; ex hac ratione censuram patiuntur aliquot ex his, quæ notat Suarez. in dict.2.limitatione. Quibus adde Andræam Tiraquel.de primogen.q.4. & tribus sequentibus late hac de re disputantem.Qui in specie tradit.q.4.nume.33.alimenta præstanda fore à primogenito cæteris liberis; etiam si consuetudine vel lege, aut principis rescripto id cautum non sit.

Quod & Hostiens. Ioan.Andr. & Panormita.in capit.licet.de vot. adnotarunt.Sed & licitam esse hanc primogeniorum institutionem absque vlla peccati labe probat Dominic.Sot.lib. 4.de iustit.& iur.q.5.art.1.

Quinto, infero alimenta his filijs, quos spurios appellamus,deberi, etiã si eorum pater ea præstari prohibeat in testamento.Bal.in.d.l. id quod pauperibus.C.de episco.& cleri.versic.vltimo quæro. & Suarez in.l.1.tit. 6.lib. 3.Fori.versic.notandum.post Dinum consil.9. qui pulchre respõdit patrem in testamento non posse filium priuare alimentis hac conditione,si cũ fratribus cohabitare noluerit.

Tertio, principaliter intellige hæc
6 alimenta iure Pontificio præstari.cap. cum haberet.de eo,qui dux.in matri. iure autem ciuili Cæsarum, spurijs filijs aliméta denegantur.auth.ex complexu.C.de incest.nupt.authen.quib. mod.natur. effici.sui.§.fi. Speculat.titu.qui filij sint legit.§.1.versic. quid de natis.Præpo.in.d.c.cum haberet.Areti.cõs.48.Imola in.l. ex facto.§.si quis rogatus.5. col.ff. ad Trebell.& Felj.in cap. ecclesia S. Mariæ. de constitutio. num.45.Ego tamen ex tex.in dict. authen.ex complexu.ius ciuile procedere existimo in filijs natis ex incestu,coitu ve dãnato: cæteris enim spurijs nõ denegat ius ciuile alimenta. Ius vero Pontificum etiam his, qui ex damnato coitu sunt concepti,alimenta exhiberi iubet:eritque eisdem filijs facillimum ea obtinere:etiam refraganteiure Cæsareo: cum peti aliméta possint apud iudicem ecclesiasticum,etiam à laicis, qui coram eo conueniri hac ratione possunt. Barto. in.l. solent.ff. de aliment. & cibar. legat. Ioan. Lupi in cap.per vestras.secund.notab. nume. 19. Est enim causa alimentorum pia, & ideo diebus feriatis tractari potest: sicuti notat Alexan. in.l.1. colum.6.ff. solut.matrimo.

Cæterum illa Constãtini lex, quam *fortassis quo ad istam alimentorum denegationem* Iustinianus approbat in authẽ.quib.mod.natur.effici.sui.§. fin.his filijs alimenta negans, nimis rigida,& crudelis est: nam & Theodosius imperator leges à Constantino latas circa filios illegitimos asperas appellat in.l.2.C.de natur.liber.4.lib.Codicis Theodosiani.Quo fit,vt constitutio Romanorũ Pontificum de alendis filijs, etiã natis ex damnato coitu, in foro seculari excluso iure ciuili seruanda sit.glos.Card.& Abb.in.d.c.cũ haberet.Abb.cons.115.& cõs.50.2.vol. Fortu.in tracta. de vlti. fine. illatio.7. Corset.in reperto.verb.aliméta.2.col. sensit Bart.in.d.authẽ.ex cõplexu. Altia.li.4.parerg.c.5. quam opinionẽ cõmunẽ esse testatur Areti.in principio. inst.de iure natura.gent.& ciui. col.fi. Deti.in cap.clerici. de iudic.2.col. Ripa.in rub.de verb.obliga.in fine.idem Ripa.in.l.si vnquam.C.de reuocand. donat.q.27.Ioan.Lupi.in cap. per vestras.de dona.inter vir.& vxo.3. notabi.§.9.nume.14. Ioan.de Neuizanis in Sylua nupti.lib.3.num.25.Carol. Molendinæ.in Alexand.consi.74.volu.3. litera.B. cui sententiæ conuenit Regia,

gia.l.10.Tauri.Ex quo ego infero,etiã Regio iure, patrẽ, qui filio ex incestu nato tènetur alimenta dare, posse eidem quintam bonorum partem relinquere alimentorũ titulo:licet ipse pater legitimos liberos habeat. contra Ioan.Lupi in.l.9.Tauri.nu.50.

Quarto,intellige principaliter præfatam conclusionem,vt alimenta prestentur his filijs iuxta parentum facul
7 tates,& perspecta ipsorum filiorũ qualitate:vbi considerandum est quo pacto deceat ali illum filium spuriũ glo. in.l.Nepos Proculo.ff.de verb. significatio.versic.dignitate.quam dicit singul.Ias.in.§.fina.inst. de actioni.col.1. & in.§.item Seruiana. eodem titu.nu. 64.commend.Alex.in.l.si maritus. ff. solut.matri.dicens alimenta,quæ miserationis causa præstantur, præstanda fore circũspecta persona illitis, cui exhibenda sunt.optimus text.in.l.sed & si quid.§. sufficiẽter.ff.de vsufru. notat Imol.in.l. Nesennius.§. fin.ff.de reiud.sequitur Areti.cons.17.col.pe.Vnde in præstandis alimentis, quæ miserationis,ac pietatis causa debentur,dignitas illius,cui præstanda sunt,est attendenda:tametsi Bald.in.d.l.si maritus. dixerit isthæc alimenta iuxta necessitatem victus esse censenda, minime attenta personarum dignitate: sequitur eum Ioã.Lupi,in dict. cap.per vestras.3. notab.§. 24. nu.3.Chassane. consil.39.num.55.

Ex his tamen non inelegans patet interpretatio. c. cum haberet. nempe vt viuendi necessitas in alimentis: nõ
8 dignitas personarum sit cõsideranda: quod expedit à suis principijs perpendere.Iure namq; naturali alimenta debentur quatenus vitæ subueniatur. c. pasce.86.distin.l. necare.ff. de liber.agnoscend. addidit ius humanum neque iniuria alimenta præstari debere iuxta dignitatem, & statum illius, cui præstanda sunt, vt constat:igitur Baldi opinio non potest recta ratione defendi. Sed oritur hinc concordia noua inter ius canonicum, & ciuile: qua apparet à iure canonico filijs, etiã spurijs alimenta deberi à parẽtibus iuxta filiorum dignitatem per.c.cum haberet.de eo,qui duxit in matri.at iure ciuili filijs comprehensis in.d.authẽ. ex complexu. alimenta deberi quatenus vitę subsidio sint satis,ne fame, aut frigore pereant:non tamen illa, quæ attenta filiorum dignitate sunt necessaria:siquidem lex ciuilis alimẽta negare potuit, quæ iure naturali non sunt necessario exhibẽda:quibus mire cõcinit Regia lex Partitarum, quam in vndecimo intellectu citabo.Igit plurimum conducit iudicis arbitrium in his alimentis diffiniendis. Sed & Regia.l.10. Tauri permisit patri titulo alimentorum quintam bonorũ partem designare his filijs,quibus alimẽta dare tenetur. Quæ quidem pars si sufficiens non sit vitæ subsidio necessario erit augenda:si vero excedat illã quantitatem,quæ dignitati filiorum cõuenit, minime diminuet, autore Io. Lupi.d.c.per vestras,3.notab.§.24.in fin.

Quinto quamuis filios à parentibus alendos esse,iure constet:id tamen locum habet, si filius non habeat patrimoniũ,

9 monium, neque arte aliqua præditus sit, vnde possit sibi alimenta capere:secus ergo si is filius valeat seipsum alere.l. si quis à liberis.§. sed si filius.ff. de libe.agnos. Anto.& Abb.in.d.c.cum haberet.3.colũ.Baptist.de S.Seuerino in.l.si qua illustris.C. ad Orficia. colũ. penul.Soci. consil.121.nu.47. in.4.volum.Lauren.Calca.cons.59.Deti. consil.576. Nisi dedecus sit filio artem illam exercere: quod prædicti Docto. sentiunt,& Ioan.Lupi in dict.c.per vestras.3.notab.§.23.num.6. Abb.in.c.2. col.2.de cõuers.in fide.probat Regia. 11
l.6.tit.19.part.4.Id etiam hac in re certissimum esse opinor patrem huic iuri alendi liberos minime satisfacere,si id curet, & agat, vt filius recipiatur in aliqua domo hospitali, in qua pauperes publice alũtur: indecens enim est eum filium in domo publice hospitali constituere:quod sensit Bal.in.l. vnica.§. sed scimus.C. de Lati. libert. tollend.quem Præpos.sequitur in dict.c. cum haberet.Antoni.Burgens.in.c.1. de emptio.& venditio.col. penulti.& Ioan. Lupi in dict.§.23. nu.9. dicentes eum, qui alterum tenetur alere huic obligationi satisfacere, si curet illum recipi in domo pauperum: nisi indecens sit, eum in loco illo alimenta percipere: vnde aperte sentiũt, quod nos asserimus: non enim video decere filium,nec patrẽ, in domo publica pauperum ali ipsum filium.

Nec istud est prætermittendũ: lege aliqua diffiniẽte certam quantitatem, quam titulo alimentorum liceat patri
10 filio relinquere,etiam spurio:posse patrem illam quantitatem eidem filio legare,quamuis ipse filius habeat patrimonium, vel bona, ex quibus valeat seipsum alere:quod pulchre notat Aymon. consil.199. Ex quo non vulgaris aperitur interpretatio.l.9. ac.10. Tauri.quibus pater poterit filio illegitimo iure alimentorum legare quintam bonorum partem, etiam si is filius ditissimus sit.

Sexto,ex his infertur patrem teneri ad designandam dotem filiæ spurię,si cuti ad eam alendam:quod Barto. voluit in dict.authẽ.ex complexu. Abb. in dict.c.cum haberet. & est communis opinio,teste Ioã.Baptist.de sancto Seuerino in dicta.l.si qua illustris.col. penult.notat Bald.in.l.sed nec mater. C.de iure doti.Bart. in.l.fina.§. si à socero. ff. de his, quæ in fraud credit. idem in.l.Mæuius.§.duobus.col.ante penulti.ff. de legat.2. Matthes. notab. 147.Bart. in.l.fi.col.2.ff. de his, qui.vt indignis. Ioan. Lupi in dict. c. per vestras.3.notab.§.9.&.§.23.Bald. Nouel. in tract.de dote.6.part.priuile.26.Ioã. Campe.de dote,1.parte.q.17.Socin.in l.1.num.25.ff.solut. matri. vbi Aretin. col.5.scribit hunc sextum intellectum seruari in praxi.& asserit communem esse Francisc.de Ripa ibi.num.65.Sed procedit iuxta quãtitatem pro alimẽtis debitam, ex ratione, quam prædicti Doct.adducunt, atq; post eos Euerar.in centuria locorum.c.29. notat in hac specie Curt.Iunior. consil.37.col. fin. quamuis Alexan. in dict.l.1. nu.8. voluerit patrem non obligari iure ad constituẽdam dotem filiæ spuriæ:pro

quo facit.l.vxorem.§.pater.ff.de lega. 3.Cui tamen responderi potest eam legem locum habere, quando filia habet bona,ex quibus possit sibi dotem constituere:vt expressim præter alios intellexit Fortuni.in tracta.de vltimo fine.illatio.9.Hinc probanda est decisio Præpos. in.c.1.§. similiter.de capit. Conrad.in feudis.dum dicit,præmissa lege, vel consuetudine, qua subditi alicui Duci, Comiti, vel Marchioni, aut Regi, teneãtur dotem filiabus domini exhibere, eos debere non tantũ id agere erga filias legitimas: sed & erga spurias, quem sequitur Chassa. in consue.Burgun.rub.8.§.5.num.38.

Verum,si pater excedat iuris metas in assignãda dote filiæ spuriæ, ab eius
12 legitimis hęredibus ille dotis excessus est exigẽdus,matrimonio soluto:non eo cõstante,ne filiæ maritus eludatur, qui oneroso titulo possidet dotẽ. Barto.in.l.fi.ff.de his, quæ in fraud. credito. quod eo casu procedere potest, quo maritus tempore contractus ignorabat,eius vxorem spuriam esse:alioqui Bart. opinio falsa foret: siquidem etiã matrimonio cõstante posset illius dotis excessus peti: vt notat Ioã. Lupi in d.c.per vestras.3. notab. §. 24. nu.3. ac Ioan. Franc.de Ripa in.l.1.ff. solut.matri.num.97.post Cuman. in dicta.l.fi-
13 na. & Nicolaum de Vbald. in tracta. de successio.ab intestat.4.specie filiorũ.fol.6.col.1. Quin & aduersus Bart. est optimus text.in Regia.l.29. Tauri. qua probatur dotẽ inofficiosam à fratribus posse exigi ex ea parte, qua sit inofficiosa,etiã matrimonio cõstante: quod iure cõmuni Paul. Castr. adnotauerat in.l.vnica.C.de inoff.dot. quẽ sequitur Ioan. Lup. in.d.3.notab.§.22. dicens ita in Pinciano prætorio iudicatum fuisse,priusquã lex Regia statueretur. Tametsi idem Ioan.Lup.in.d.§. 24.opinionem Bar.asserat esse cõmunem, ex eo quod dotis titulus marito sit onerosus.glos. in.l. si donaturus. ff. de cõdic.caus.dat.ibidem recepta cõmuniter.Bar.in.l.si constante.ff.solut. matri.nu.67.Bal.in.l.hac edictali.col. 3. C. de secund. nupt. Ias.in.l. Nesennius.3.notab.ff.de re iud.tex.in.l.vnica. vers. lucratiuas.C.de impo.lucrat. descriptione.lib.10. Regi.l.17. Tauri. latius Andr.Tiraquel.in.l.si vnquam. C.de reuo.dona.verb. donatione. nu. 173.sed licet dos marito detur pro oneribus matrimonij ministrandis,nõ sequitur confestim,maritum dotẽ consequi omnino titulo onerosi contractus:quia ratione coniugij tenetur vir vxorem alere. Vnde dos marito promissa nec defertur vere gratia lucri, nec omnino cõtractus onerosi conditionẽ sequitur: alioqui mille fraudibus locus esset in dotalibus instrumentis.

Septimo, principaliter ad hanc rem attinet,alẽdos esse liberos,à matre primo ætatis triẽnio: post illud vero à pa
13 tre.gl.in d.c.cum haberet.& in.l. nec filium.C. de patri. pot. & in.c. fina. de conuers.infidel.mater etenim cogitur proprium lactare filium. vt scribit diuus Grego. in responsionibus ad Augustinũ Anglorũ episcopum. cap.10. ex quo id notauit Grati. c. ad eius vero. 5. dist. modo non sit ita pauper, vt lactando

lactando filio minime vacare possit. Azo. in Summa . C . de patri.potest. quem sequuntur Bald.& Paul.in.l.alimenta.C. de neg. gest. Abb.in.d.c.fi. 14
col.2.Bar.in tract.de alimẽtis.& Prep. in.d.c.ad eius vero.probat Regi.l.3.titu.10.par.4.addunt tamẽ præfati Docto.idem esse in casu,quo mater nobilis esset,cui iuxta mores patrios dedecus foret ei,lactare proprium filiũ,vel si careret lacte:his enim tribus casibus infans tradendus est nutrici patris expensis, vel cogendus est pater matri pauperi alimenta præbere,quo filium possit proprijs vberibus nutrire. Verum ego ob quamcunq; nobilitatem minime excusarem fœminas à lactandis proprijs filijs,nec opinor, etiã Reginis id esse dedecus:ex Phauorino apud Aulum Gell.lib.noct.attica.12.c. 1.& Macrob.lib.5.Saturna.c.11.& Plutarc. in lib. de liber. educand.fol.2. & August.in enarratione Psalmi.49.Pulchre & vberrime Tiraquell.in tracta. de nobilitat.c.20 nu.76.Nec tamẽ fœminas proprios lactare filios detrectãtes mortalis criminis reas iudicarem, si in eligenda nutrice, atq; alẽdo filio, curam huic negocio conuenientẽ impenderent. quod ipse Plutarchus admonet. His etiam illud addẽdum est, post triennium adhuc matrem cogẽdam esse alere filium, si pater pauper sit,atq; id agere nequeat:ita Abb.existimat in dict.c. fi.2.col. Regia.l.4. tit. 19.part.4.Sed & idẽ Abb. in.d.c.cum haberet: probare conatur, onus alendi filios illegitimos pariter matri, ac patri incũbere,nulla ætatis constituta differẽtia:quod apud me est dubium.

Octauo, constat ex præmissis filios etiam spurios non tantum à parenti-
14 bus alendos fore,sed etiam ab eorum hæredibus.optimus text.in authen.licet.C.de natur.liber.Baptista in dicta l.si qua illustris. col.penulti. Abb.consi.115.2.vol.Matthæsi. notab.148. Soci. consi.161.2.volumi.2.col.idem probat text.in.l.si quis à liberis.§.item rescripserunt.ff.de liber.agnoscẽd.vbi Barto. adnotauit filium spurium alẽdum esse à monasterio,quod eius pater fuerat ingressus, tanquam à patris hærede. Hinc etiam scribit Ripa in.l. si vnquam. C.de reuocand. donatio. quæstio.27.donatarium omnium bonorũ officio iudicis cogi debere,filios donatoris, etiam spurios alere. Non tamen transit hoc onus alẽdi liberos ad eum, qui iure emptionis, similis ve contractus bona patris obtinuit: cum nullũ hic detur hypothecæ ius:qua in re allucinatur Durantes Gualdensis in lib. de arte testan.titu.de lib. inst. caut.17. dicens bona parẽtum esse subdita hypothecæ pro alendis liberis: atq; ideo eorum emptores ad hæc alimenta teneri per. l. 2. ff. de aliment. legat. hoc enim falsum est,quia.l.2. quam ipse citat, locum sibi vendicat in bonis,quæ expressim designantur in testamẽtis, vel in contractibus,ad alimenta alicui exhibenda: vti Bar.ibi notat. & probatur in.l.Lucius. vbi idem Bart. ff.eod. titu. Roma.consil.388.optime Hierony:Gigas in tracta. de pensionib. q.51. his accedit,quod Ioannes Gallus scribit.q.122.vxorem, cui maritus alimen

ta exhibere tenetur, nequaquam ratione alimentorum agere posse aduersus possessores iure emptionis bonorum, quæ mariti fuerunt.

Nono est aduertendum, alimenta, quæ à parentibus filijs spurijs legantur, vel traduntur ad filiorum hæredes non pertinere. Bald. in. l. eam quã. num. 41. C. de fideicommis. non enim ratione alimentorum, quia cum vita finiuntur. l. cum hi. §. si vni. ff. de transactionib. l. dominus. §. fina. ff. de vsufruct. non ratione proprietatis: quia illa filijs spurijs à patre relinqui non potest: igitur nullo iure ad filiorum hæredes spectant bona illa, quæ pater eis pro alimentis legauit, seu assignauit. idem notat Baptist. in. d. l. si qua illustris. col. pen. Vnde si filij ex fructibus rei ad alimenta designatæ ali possunt, illius rei dominium mortuis filijs ad patris hæredes redit: vt existimat Ioan. Lupi. in capit. per vestras. 3. notabi. §. 24. num. 4. vbi num. 7. dubitat de sententia Baldi, qui in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. dixit, alimenta, quæ iure filijs legitimis dantur, ex eo quod lege municipali, aliave ratione priuentur legitima, non transire ad hæredes. Sed à Bald. recedit Rodericus Suarez in. l. 9. titu. 6. libr. 3. Fori. 2. limit. col. 17. quia hæc alimenta omnino subintrãt locum legitimę, lege, vel primogenij iure, sublatæ: quibus suffragatur id, quod Bal. Paul. & alij notant in. l. cum hi. §. si vni. ff. de transactionibus. dicẽtes fundum ad alimẽta legatum ei, cui proprietas illius legari poterat, ad hæredes legatarij transire: quæ opinio communis est, vt fatetur Paulus de Monte Pico in. l. Titia cum testamento. §. Titia. ff. de legat. 2. colũ. 2. Thom. Ferrari. caut. 2. licet ab his dissentiat Carolus Molin. in Alexand. consil. 223. volumi. 2. Imo si res ad alimenta spurio filio relicta in æstimatione proprietatis nõ excedat quãtitatem alimentis necessariam, ad hęredes filij transire eandem rem nititur probare Rodericus Suarez in. l. 1. titu. 6. lib. 3. Fori. versic. secundum est. Verum hæc omnia apertius sunt lege Regia expedita: cum in constitutione. 10. Tauri, sit sancitum, quintam bonorũ partem, quæ iure alimentorum filijs competit, & relinquitur, ad filij etiam spurij hæredes transire.

Decimo, adnotandum est non tantum patrem, aut matrẽ adstrictos esse hac obligatione alẽdi liberos illegi-
16 timos, verum etiam auos, ac proauos, cęterosq; his maiores, si nec pater, nec mater filios alere posint. Eadem etenim æquitatis ratio in his viget. qd̃ Abb. notat in dict. c. cum haberet. fina. col. Soci. consi. 161. vol. 2. sentit Bar. in. l. penulti. ff. de liberis agnoscendis. Cinus. in. l. 2. C. de alendis liberis. Nec oberit Regia. l. 5. tit. 19. part. 4. dicens filios spurios alendos esse à matre, auo, & proauo materni generis, quia lex illa iuris Cæsarei rigorem sequitur.

Vndecimo, præter ea, quæ ad huiusce rei cognitionem adduximus il-
17 lud erit cõsiderandum, hæc alimenta filijs negari posse ex his causis, quæ iustè à iure censentur, vt filius exhæredari posit à parentibus. glo. ab omnibus

bus recepta in dict. c. cum haberet. & in. l. si quis à liberis. §. idem iudex. vers. detulerit. ff. de lib. agnoscen. quam dicit singul. Francis. Cremens. singu. 19. Ferrar. in reg. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Gerard. à Petra Sancta singul. 1. & Carol. Molendinæus, in consuetu. Parisi. titu. 1. §. 30. in princip. huius etiam sententiæ fuerunt assertores Barto. in l. Diuus. ff. ad legem Pompe. de paricid. Iaso. in. l. ius autem ciuile. col. penult. ff. de iusti. & iur. & Ioan. Lupi. in c. per vestras. 3. notab. §. 5. &. §. 13. quod probatur Reg. l. 6. titu. 19. part. 4. Quæ quidem lex in fine vnũ addit memorabile: nempe ex dictis causis alimenta negari posse: non tamẽ ea, quę sunt
1 præcise necessaria in subsidium vitæ. quod ego intelligerem, nisi in causa ingratitudinis, propter quam filius esset morte dignus: tunc etenim non esset iniquum, filium priuari etiam his alimẽtis, quorum indiget ad subsidium vitæ, ne pereat.

Duodecimo solet dubitari, an filij illegitimi vti posint insignibus paterni, aut materni generis: quod Chassa. tractat in Gloriæ mundi catalo. parte 1. & parte. 11. cõsiderat. 15. Explicat etiã hac in re Francis. Balb. in tractat. præscrip. 4. part. 4. part. princip. q. 18. an hi filij bona parentum, quorum sunt incapaces, lõgi temporis possessione valeant vsucapere.

EX. §. SEQVENTI.

1 Nominatio filij an efficiat eum legitimum, quãdo fuit à patre solenniter facta?
2 Nominatio filij ad eum efficiendum legitimũ, an exigat, quod pater profiteatur simul esse?
3 Nominatio filij, absq; eo quod hæres instituatur, eum reddit legitimum.
4 Oblatio curiæ filium naturalem legitimum efficit.

§. SEPTIMVS.

SVPERESTnunc tractare q̃bus modis proles illegitima efficiatur legitima: qd̃ ante nos alij peculiaribus libellis aggressi fuere: fortasse tamen post varia, atque numerosa à nostris Doctoribus hac in re non inutiliter scripta, & hic noster labor spernendus non erit.

Primum equidem filius naturalis legitimus efficitur, ex eo quod pater eũ proprium filium esse fatetur in instrumento publico, testamento, scriptura ve priuata, trium virorum fide dignorum testimonio subscripta. authen. siquis. C. de nat. liber. & in authen. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autẽ. collat. 8. glos. in authen. quib. mod. natur. effici. sui. §. si vero is qui solummodo. verb. principis. ea ratione, quod lex ciuilis præsumat patrem profitentẽ aliquem esse proprium filium, concubinam, ipsius filij matrem, vxorem accipere: sicuti Ange. & Salyc. fatentur in dict. authen. si quis. Bar. in disputat. 11. ad finem. Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimat. fol. 8. Nicola. de Vbald. in tracta. de succesi. ab intestat. 6. specie filiorum. 2. modo. legitima. & Ias. in. l. neq; professio. C. de testam. 2. col. Nicola. Boeri. decis. 240. nu. 16. & Cæpola caut. 248. Alioqui lex ciuilis ex hoc non censeret fratres huius nomi-

nati, vtrinq; coniunctos, etiam legitimos esse: quod in dictis iurib⁹ expresse cauetur, & adnotauit. glo. vbi Bald. in. l. 2. C. quibus res iudi. nõ nocet. Alexan. in. l. sæpe. ff. de re iudi. nu. 51. Imo esse hanc præsumptionem iuris. & de iure, voluit Iaco. de Bello visu. in dict. §. ad hoc autẽ: sed licet procedere possit eius opinio, quo ad hereditatem ipsius parentis. ex Præp. in cap. per tuas. qui filij sint legit. col. ante pe. Anto. tamẽ de Rosellis dubitat de ea in tract. legitimatio. cap. fina. col. penul. & Nicola. de Vbald. in dicto. 2. modo legitimat. nam & contrarium voluit Bart. cons. 120. cuius opinio verior videtur. & magis applaudẽs Doct. in hac. q. citatis. & Boerio dict. decis. 240. nu. 17.

Ex quibus infertur primo, hanc legitimationem non induci ex prefata nominatione casu, quo à matre dicta nominatio procederet: non enim præsumitur consensus cõiugalis ita facile in ipso viro ex nominatione fœminæ, sicuti in ipsa fœmina & cõcubina ex viri nominatione. Angel. in dict. authẽ. si quis. quem Cremensis sequitur singul. 161. & Cæpola caut. 248.

Secundo infero, eãdem legitimationem non procedere, quando ipsa concubina tẽpore nominationis aliud cõtraxerat matrimonium, vel ipse pater aliã vxorẽ acceperat, eamq; haberet. Saly. in dict. authen. si quis. text. optimus sic intelligendus in cap. per tuas. qui filij sint legiti. Et præ cæteris hoc ipsum probat Lucas de Penna. in. l. 4. col. 4. C. de his qui sp. p. m. sub. lib. 10.

Tertio infero, prædictã legitimationem esse intelligendam, si mater esset honesta fœmina: alioqui non esset tutum hunc matrimonij cõsensum presumere. Bart. cons. 120. Bal. in. l. 2. col. 2. C. qui res. iud. non nocet. Ias. in dict. l. neq; professio. Gerard. sing. 60. cõtra Præp. in dict. cap. per tuas. Nec placet distinctio, quam in hac quæstione tradit Nicol. Boeri. in dict. decis. num. 16. quia nullo iure probatur. Vnde subinfertur, mortua matre hanc legitimationẽ minime induci ex prædicta nominatione: quod Bart. Bald. & cæteri passim fatentur, & est communis opinio, teste Nicola. Boerio aduersus Præpo. in dict. cap. per tuas.

Quarto, cum hic de præsumptione tractetur, ad eam inducendam necessariũ esse, quidã existimãt patrem nominare filium, atq; profiteri suũ esse: suũ inquam, eo intellectu, quo apud Iurisconsultos sui hæredes dicũtur in l. in suis. ff. de liber. & post. §. sui autem. inst. de hæred. quali. & differẽ. atq; ita prædicta iura intellexit Bal. in. c. innotuit. de electio. & Ias. in dict. l. neq; professio. 2. col. Sed hoc nõ video ad hanc legitimationem iure aliquo exigi, nec opinor opinionem istam esse recipiendam: siquidẽ in authenti. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc vero. constat ex Græco Nouellarum codice. 17. constitutione. satis esse, vt naturalis filius efficiatur legitimus, si pater propriũ esse filiũ fateatur. Nec in latina translatione dictio, suus, ita est accipienda vt Bal. & Ias. opinãtur: quibus Regi. l. 7. tit. 15. par. 4. minime patrocinatur: imo nostrã sentẽtiam corroborat. Id enim tantum

tantũ cauendũ est, ne pater in hac professione filium, naturalem appellet.

Quinto hinc elicitur, falsam esse. gl. in. d. c. per tuas. quæ exigere videtur simul cum hac nominatione, eiusdem filij institutionem, ita vt hæres à patre instituatur: hoc etenim necessariũ nõ esse satis constat. sunt tamen qui hanc legitimationem admittant, si pater filios legitimos, & naturales nõ habeat non alias. glos. in dict. cap. per tuas. & in dict. auth. si quis. vbi Barto. & idem in disputatione. 11. col. fina. Ioan. And. Ant. nu. 15. & Ancha. in. d. c. per tuas. Ias. in. d. l. neq; professio. 2. col. quorũ opinio mihi admodum placet ex eo, q̃ hãc præsumptionem iuris, non admodum decens sit in legitimorum, & naturalium præiudicium extendere, quibus etiam adiungendus est Hosti. in summa. titu. qui filij sint legitimi. §. fina. ad finem, qui hoc idem asserit, licet contrarium teneant Iacob. de Bello visu. in dict. authẽ. vt liceat matri & auiẽ. §. ad hoc. Præpo. in dicto cap. per tuas. 7. col. Nicol. de Vbald. in tracta. de succes. ab intest. 6. specie filiorum. 2. modo legit. Bald. in. c. innotuit. de electio. Ludoui. de Sard. de legitima. folio. 8. col. 2. & Anto. Rosell. in tract. legitimat. cap. fin. col. penul. quorum autoritate vtrinq; pensata, non verebor primam, & Bar. sententiam audacter communem asserere, cum Nicolao Boer. decis. 240. num. 18.

Secundo principaliter, filius naturalis eius consensu à patre curiæ principis oblatus: fit legitimus ipsi offerenti, etiã si legitimos, & naturales filios habeat ipse pater. l. 3. C. de natur. liber. & in authen. quib. mod. natu. efficiu. sui. §. 1. 2. & 3. Regia lege. 5. titu. 5. part. 4. atq̃ idem erit, si mortuo patre ipse filius non extantibus legitimis, & naturalibus, se ipsum curiæ offerat. glos. in dict. cap. per tuas. & notatur in dict. l. 3. & in authenti. paulo ante citato. tradunt etiam Præp. in dict. c. per tuas. & in. c. per venerabilem. §. quod autem. qui filij sint legiti. col. 7. Anto. Rosell. de legitimatio. cap. fi. Ludouic. à Sardis in eo. tract. fol. 16. Nicola. de Vbal. de succes. ab intesta. 6. specie. 5. modo legitima. addens hunc filium ex oblatione ista, vtcunq; facta, admittẽdum esse ad bona illa, quę existunt intra territorium, ac iurisdictionem principis, cuius curiæ facta fuit oblatio: non ad alia bona. sensit idem Ange. cons. 350. num. 7. Hęc tamen legitimatio ab vsu recessit: vt idem Ange. asserit cons. 17. & in authenti. quib. mod. natura. efficiu. sui. §. quod vero. Præp. in dict. col. 7. Ant. Rosel. & Ludoui. à Sardis in precitatis locis. Quo fit, vt nec illa legitimatio admittenda sit, quam per oblationem curiæ cœlesti: idest religioni: factam: à iure concedi, voluit Guiliel. de Cuneo. in. l. 1. C. de sacrosan. eccles. ad exemplũ huius legitimationis, quę fit per oblationem curiæ Principis secularis. idem notat Bald. in dicta. l. 1. in lectione. col. 5. Feli. in. c. cum deputati. de iud. 2. col. Iaso. in. l. 1. C. quand. non pet. part. nu. 30. Alexã. Roma. & Areti. 2. col. in. l. necessarijs. ff. de adquiren. hęredita. Anto. Rosell. in dict. tract. in fine. Barb. in cap. quia nos. de testamẽ.

1.col.Roma.in authen.similiter,C.ad l.Falci.7.speciali. Quæ quidem extensio & si frequentiori Doct.iudicio probetur: iure tamen procedere nequit, quia oblatus curiæ Cæsaris ideo legitimus fit, quod præsumatur legitimus ab ipso Cæsare effectus, in præmium illius ministerij, cui filius illegitimus additus est: quæ ratio non conuenit oblationi, quę curiæ cœlesti fit. Faber. in authē.ex cōplexu.C.de incest.nup. & in.l.cum quis.& in auth.licet.C.de nat.libe.Flor.3.part.titul.1. cap.27.§.2. idem etiam præmittit Præpo.in.c.tanta.2.col.qui filij sint legit. qua in re maxime dubitat Roderi.Suarez.alleg.25. sequutus tandē religionis fauore opinionem Guilielmi.

His tandem omissis, ea quæ ad praxim magis accedunt explicemus. Crebro enim contingit, filios illegitimos principum rescripto legitimos efficiri: igitur hoc erit paulo exactiori diligentia tractandum.

EX. §. SEQVENTI.

1 Legitimatio quid sit, & in quo differat à dispēsatione.
2 Legitimato debetur legitima: atq; ei competit ius dicendi testamentum inofficiosum.
3 Legitimatus an sit vere legitimus?
4 Benedicti de Plumbino pulchra distinctio explicatur.
5 Legitimatus in quibus differat ab eo, cum quo princeps dispensauit.
6 Legitimandi potestas à principe concessa, an sit fauorabilis, vel odiosa?
7 Habens potestatem ex principis commissione legitimandi filios spurios, an possit filias legitimas efficere?
8 Is qui potest spurios legitimare, poterit eum legitimum efficere, qui simul sit adulterinus, & incestus.
9 Habens à principe facultatē legitimandi adulterinos, itē incestos filios, an possit legitimarē eū qui simul & incestus, & adulterinus sit.
10 Legitimandi potestas à principe alicui concessa, non extenditur ad dispēsationem.
11 Legitimatus tanquam incestus, non censetur legitimatus, si tantum sit adulterinus.
12 Filius natus ex matrimonio contracto dispensatione Romani Pontificis, legitimus est omnino, etiam in foro Cæsaris.
13 Dispēsatio vt matrimoniū iure canonico prohibentę contractum, sit legitimum, prolē suscepta ante approbationem legitimā reddit si eius mentio principi facta fuerit.
14 Legitimatio an possit à principe concedi sibi non subditis?
15 Iurisdictio voluntaria exercetur aliquando extra territorium.
16 Romanus pontifex an possit aliquo casu legitimare, etiam quo ad temporalia, subditum principi seculari?
17 Legitimare potest princeps sibi subiectos extra territorium.
18 Legitimare non potest princeps secularis quo ad ecclesiastica: sicut nec Papa quo ad temporalia.
19 Legitimatio à quo sit concedenda filiō clerici, etiam in sacris constituti.
20 Rex an possit legitimare proprios filios?
21 Legitimandi potestas à principe concessa, non operatur, vt quis possit proprios filios legitimos efficere.

§. OCTAVVS.

1 LEGITIMATIO est, quædam natalium restitutio. quæ absq; cōiugionatis, extra causam in genuitatis conceditur. Nam sicuti libertinus, qui in eo statu, vel seruitutis natus fuit à principe restituitur illis natalibus, in quib⁹ initio homines omnes nascebantur ingenui.l.2.ff. de natalib. restituen. ita illegitime natus antiquæ ingenuitati, & naturæ, ex qua omnes legitimi nascuntur, restituitur per legitimationē. text. in auth.quib.mod. natural.effici.sui. in princip. & in.§.illud tamen. Vnde à dispensatione legitimatio plurimū distat, eo quod dispēsatio, ad aliquem actum, vel certis quibusdam legibus aliquem legitimū efficiat: at legitimatio omnino legitimū quem constituit. vt explicat Anto. de Butrio.in.c.per venerabilem. qui filij sint legit.nu.16.& ibi Abb.in gl.2.Paul. & Ias.in.l.Sed si hac.§.patronum.ff.de in ius.vocand.Idem Paul.cons.30.lib. 1.Alex.cons.30.lib.4.& cons. vltimo, lib.5.idem Paul.in.l. falsa demonstratio.§.1.ff.de condi.& demonstra. & in rubr.C. de iur.aur.anul.optime Ias.in cons.40.col.2.lib.3.Corne.consil.9.4. vol.&Fortu.in.l.Gallus.§.& quid si tātum.ff.de lib.& post.col.130. dicens legitimatum, etiā simpliciter quo ad omnia legitimū censeri, eum vero, qui ex dispēsatione est effectus legitimus, ad expressum actum tantū legitimū iudicari. Dicebat tamen Deti.cōs.258. fina.col.legitimationē esse, non dispēsationē, si princeps aliquem efficiat legitimū ad honores, successiones testamētarias, legitimasq;, & ad omnia alia adijciens vt patri succedat in eo, quod patri placuerit. idem notat Curti. Senior cons.73.versi.sed præmissis.col.5. & Soci.cons.246.col.3.in.2.vol.& Altia.lib.3.parerg.c.4. idē late notat Parisi.cons.7.vol.2.nu.17. rursus idē Deti. in.l.pactū.nu.15. C.de collat. Ludoui. Gozad.in cōs.6.nu.63.&.67.Ias.in cōs.162.li.1.pro quibus est optimus text. in.l.cum in adoptiuis.§. sed ne articulum. C.de adoptio: quem in hac specie adducit Emanuel à Costa Lusitanus in dict.§.& quid si tantum.2.part. nume.152. quia secundum eos non est de essentia filiationis legitimę ipsa successio in bonis parētum: quamuis ex Corneo in dicto cons.9.col.fina.contrarium notari possit, & ab alijs quos ipse citat.& post eum Carol.Molin.in Alexand.consil.vltim.lib.5.

Hinc efficitur, vt iure optimo legitimato simpliciter, debita sit legitima
2 pars in bonis parētum, eiq; competat ius dicendi testamentū nullum, vel inofficiosum: sicuti legitimo. pbat text. in authē.quib.mod.natur.effici.legit. §.igitur.optimus.tex.in.§.2.insti.de hęredi.quæ ab intesta. deferūt. notat Ias. in rub.ff.de lib.& posth.2.col.Ioā.Cirier.lib.1.de primogeni.q.13.latius Andrę.Tiraq.in.l.si vnquā.C.de reuo.donat.verb.susceperit.nu.64.non ita dicēdum erit in eo, qui dispēsatione est effectus legitimus. Is enim, si legitimus efficiatur, vt patri in certa portione bonorum succedat, vel eo pacto, quo pater voluerit eum succedere: non succedit patri intestato, vt legitimus: secundum Iaso.in.d.2.col.nu.5.& rursus nu. 14.&.18. qui hoc ipsum plane probat, vbi de dispensatione, nō de legitimatione tractatur: quasi velit idē Iason. posse contingere, quod filius alicuius per dispensationē, tantū efficiatur legitimus, vt patri succedat certa in specie nēpe in eo, quod patri placuerit: nec tamen fiat legitimus in vniuersum quo ad honores, dignitates, successiones legitimas, & testamētarias. quo casu hic filius nō succedit patri intestato, vt idē Ias. sensit in.d.rub.n.18.& pbat ex eo, quod dispēsatio strictē intelligēda est, nec admitti debeat extra casum in ea expres-

expressum. Sed si quis legitimus efficiatur à principe ad honores, dignitates, successiones legitimas; & testamẽtarias, natalibusq; restituatur ita tamẽ, vt patri succedat ea in parte, quam ei pater relinquere voluerit: dubiũ est, an patri succedat intestato? Nam Ias. in dict. consil. 162. lib. 1. sensit, huic filio legitimam deberi, nisi pater contrariũ disposuerit, * tunc enim non succederet contra volũtatem patris: quod magis receptum est. & tradit Rodericus Suarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamẽ. super lege Regia limitat. 12. & Altiatus in rub. ff. de lib. & posthu. nu. 17. sed & Iason ibi num. 16. & 17. cui assentit Altiatus, * cẽset sufficere tacitam voluntatem patris, quæ à lege præsumitur. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. l. si quis cum nullum. ff. eod. tit. huic opinioni accedit, quod hæc legitimatio propria, & vera est, nõ dispensatio: & ideo tantum ius successionis paternæ restringitur ad eius voluntatem expressam, vel tacitam: quia legitimatio non est stricte interpretanda. Atque ita hæc opinio benignior est. Quod si dixeris, hãc clausulam eũ sensum habere, vt hic filius patri non succedat intestato, non vereor hanc subintellectam legitimationis limitationem ad eundem modum interpretari, iuxta quem accipiẽda est clausula illa: sine præiudicio successorum ab intestato. de qua. §. 10. disputabimus. Cum & in hac specie non sit hæc natalium restitutio censenda dispẽsatio, sed propria, & vera legitimatio: sicut esset & illa, quæ filium legitimũ quoad honores, dignitates, successiones, & omnia alia efficeret, ita tamẽ vt patri succederet ex testamẽto, non abintestato. Etenim hæc est vera in vniuersum legitimatio successionis iura restringens: quæ non sunt omnino filiationi legitimæ necessaria. Differt igitur à legitimatione ita limitata dispensatio, quia hæc non in vniuersum, sed certis legibus: idest ad certos quosdã peculiares actus illegitimũ admittit. Quẽadmodũ, & ipse Iason in. d. rubr. in specie tradit. Vnde ex hoc reprobat Paul. Castrensem qui in cons. 30. 1. vol. dixerat, legitimatũ, vt patri ab intestato succederet, posse dicere testamẽtũ patris nullũ, si in eo præteritus sit: qd falsum est, cũ hęc sit dispensatio, nõ legitimatio. * Et licet esset legitimatio, hoc tamen modo limitata: mihi tunc adhuc non placeret Pauli responsum. In his vero Hispaniarũ regnis omnes legitimationes concedi solent hac lege, & clausula, vt legitimatus patri succedat in eo, quod pater ei relinquere voluerit: vt testantur Roderi. Suarez in dict. limit. 12. & Gregorius in. l. 9. tit. 18. part. 3. quod si tunc pater aliquid filio ita legitimato reliquerit, non posse in eodem testamento filium ratione huius legati, aut institutionis grauari ab eodẽ patre in ea parte: quę iure legitimæ portionis sibi debita foret, alioq; naturali, & legitimo: probare conãtur quidã pręsertim auctoritate Detij cõs. 257. Ripę in. l. cẽturio. n. 48. ff. de vulg. Benedicti Capræ cons. 19. rursus Detij in. l. precibus. num. 24. C. de impub. & alijs. etenim ex glo. ibi deducitur, militem, qui poterat, olim filiũ legitima portione priuare. l. vlt. C. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. eo. tit. per fideicommissariam substitutionem non videri, eundem filium à legitima excludere: imo poterit is filius tẽpore restitutionis fideicommissi legitimam portionem deducere: quã opinionem frequentiori suffragio sequũtur interpretes in dict. l. precibus. quẽ admodum illic fatetur Curti. Iunior præter alios nu. 73. nam & hanc sentẽtiam probare conantur Angel. Paul. Alex. & Ias. in dicta. l. precibus. Imol. Areti. & alij præsertim Ripa in dict. l. centurio. nu. 49. vbi Lancelot. Galiaula col. 12. fatetur, hanc opinionem cõmunem esse. qua ratione Deti. in dict. cõsi. 257. & in dict. l. precibus. Ripa. & Galiaula in dict. l. centurio. & in simili fere quæstione Benedict. Capra cõs. 19. responderunt, legitimatum, quem ex verbis legitimationis pater poterat legitima portione priuare, & cui tantum relinquere tenebatur quod ipse voluisset, posse deducere legitimam tempore restitutionis portionem legitimam, si à patre hæres institutus, grauatus fuerit hæreditatẽ restituere. Verum hæc minime probant, patrẽ non posse grauare filium legitimatum in portione legitima, vbi legitimatio successionem filio secundum patris volũtatem concesserit: quod adeo verũ est, vt mirer profecto, quandoq; à doctissimis aduocatis prædictam opinionẽ ex auctoribus paulo ante citatis deductam fuisse. Siquidem omnes in dict. l. precibus. & in dicta. l. centurio. Deti. & alij quotquot quæstionem premissam disputarunt, plane fatẽtur, potuisse patrem expressim grauare filium, etiam in portione legitima: quia vel lege, vel legitimationis clausula hoc ei permissum fuerit: negant tamẽ per fideicõmissum vniuersale patrem voluisse prohibere deductionem portionis legitimæ, quę alioqui permissa est filio instituto, & onere fideicommissi vniuersalis grauato. Sic sane nullus eorum potestatem patri negat grauandi filium onere fideicõmissi, etiam quoad legitimæ portionis deductionem, quoties ipse pater non tenebatur filio legitimam portionem relinquere: tametsi de eius voluntate controuertãt. Vnde si voluntas patris manifesta sit, aut certis coniecturis deprehendi possit, minime dubium erit, imo ex auctoritate tot doctissimorum virorum certum, posse patris voluntatem istam iure legitimam censeri: & necessario ita pronunciandum esse, vt hęc ipsa volũtas omnino, & constanter seruãda sit, & adimplenda: quemadmodũ & Roderi. Suarez in dict. limitat. 12. licet dubius censet. sensit Alex. cons. 189. lib. 5. & cons. 30. lib. 4. Iason in dict. cons. 162. li. 2. & Gregorius in dict. l. 9. tit. 18. par. 3. Nam & præter hæc, licet Detij responsum mihi omnino nõ displiceat in dict. cõs. 257. illud improbat Altiat. in rubr. ff. de lib. & posthu. num. 22. & de opinione communi in dict. l. precibus. ipsemet Deti. & Curti. illic dubitarunt, & contrarium tenere conatur Socin. in dicta. l. Centurio. numero. 31. versic. Tertia conclusio. quibus adde

adde Curti. Seniorem conſ. 80. col. penult. Paul. Pariſ. conſil. 7. num. 28. lib. 2. Soci. & alios in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. nume. 13. Nec his oberit ſententia Vbaldi in. l. quoniam in prioribus. col. 2. C. de inofficio. teſtament. qui poſt Iacob. Butri. ibi ſcribit, extante ſtatuto, quod filiam excludat ab hæreditate paterna, & ea per idem ſtatutum contenta ſit neceſſario re, vel quantitate à patre ſibi relicta, non poſſe patrem aliquod onus adſcribere, nec grauamen adijcere rei, vel quantitati ab eodem filiæ relictæ. Cui opinioni acceſſere Paul. Caſtrenſ. num. 2. Salyce. q. vlt. Iaſo, & Areti. col. 1. in dict. l. quoniam in prioribus. Imola in. l. vlti. col. antep. ff. de condit. inſtit. idem Bald. in. l. emptor. 2. lect. ff. de rei vendi. Aretin. col. 3. & Socin. nu. 10. in dict. l. Centurio. Imola in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtratio. num. 11. Benedict. Capra conſil. 19. nam & ſi hæc opinio dubia quibuſdam videri poſsit ex his, quæ tractat Albert. Brunus in tractat. de ſtatut. fœminas exclud. artic. 11. quæſt. 2. & 3. & Lancelot. Galiaula in dict l. centurio. ſenſerit, cõmunem opinionem Baldo refragari: nihilominus admitti poterit, & probari abſque præiudicio eorum, quæ modo adnotauimus: ſiquidem ſententia Bald. procedit vel ex eo, quod quantitas, aut res filiæ ex forma ſtatuti relicta ſuccedat loco legitimæ portionis, quæ iure communi alioqui filiæ debita erat, & ab ea per ſtatutum excluditur ipſa filia: vel quia grauamen appoſitum reddit, & efficit minus cõgruã, & competentem ipſius filiæ dotem: quæ tamen ex vera ſtatuti interpretatione congrua, & competens debet filiæ conſtitui. Vel tandem ea ratione, quod ſtatutum filiam excludens à legitima ſecundum patris voluntatem, & arbitrium, cum ſit contrarium legi, & iuri communi, eſt ſtricte interpretandum, ita quidem, vt licet corrigat deciſionem. l. omnimodo. C. de inoffi. teſtament. & ideo filia non poſsit petere ſupplementum legitimæ: non tamen tollat reſponſum. l. quoniam in prioribus. ex quo grauamẽ, & onus à legitima reijcitur, & ſic ab ea quantitate, vel re, quæ à patre relinquitur filiæ per ſtatutum à legitima aduerſus ius commune, & Cæſareum excluſæ. Quæ quidem rationes omnino ceſſant in filio legitimato. Nam etſi legitimationi quo ad ſucceſsionem fuerint certi adiecti modi, filius, cui ſecluſa legitimatione legitima nullo modo debetur, per ipſum principem nulla legitima priuatur, nec quod ei pater reliquerit ex libera principis permiſsione, ſuccedit loco legitimæ alioqui debitæ: nec eidem ſuffragantur Cæſarum conſtitutiones in dict. l. omnimodo. & in dicta. l. quoniam in in prioribus. quippequæ in filijs legitimis, non in illegitimis ſint obſeruandæ. Et deniq; Cæſarea conſtitutio in dict. l. quoniam. ſolum his ſuffragatur liberis, qui poterant vti auxilio querelæ inofficioſi teſtamẽti. Quod palam ex eadem deciſione conſtat, & ideo non oportet ab ea modo ad propoſitę quæſtio-

quæſtionis diffinitionem argumentari. Sic ſane poterit ſententia Iacobi, & Baldi in dict. l. quoniam in prioribus. defendi, & diſtingui ab his, quæ in dicta. l. precibus. Ange. & alij ſcripſere.

Secundo infertur intellectus illius opinionis, quam aſſerit Bartol. in. l. ſi
3 is qui pro emptore. ff. de vſucapio. numero. 29. dicens filium legitimatum eſſe vere legitimum: & id communis omnium ſententia admittit. vt conſtat ex Iaſ. ibi numero. 127. Tiraquel. in dicta. l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit. nume. 52. Fortuni. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. colum. 125. Socinus conſi. 65. 3. colum. volumine. 3. Chaſſane. in conſuetudi. Burgundiæ. rubri. 8. §. 5. verſicu. Chriſti nomine inuocato. Deti. conſil. 258. vbi expreſsim hanc eſſe communem opinionem fatetur. Sed tamen in ſtatutis, hunc legitimatum appellatione legitimi comprehendi, dubitant plures, quorum varias opiniones retulit Ioannes Crott. in dicto. §. & quid ſi tantum. colum. 48. & Albert. Brunus in tractat. de ſtatutis excludenti. fœmi. articul. 12. quæſtio. 4. & Ioan. Cirier. in libro primo, de primogenitura. quæſtio. 13. Ex quibus apparet: ſaltem ex opinione, quæ magis communis eſt, legitimatum in ſtatutis non comprehendi ſub legitimo: ſicuti aſſerit Albertus Brunus in dicta quæſtio. 4. & Detius conſil. 52. & Carolus Molinæus in conſuetudini. Pariſienſ. titulo primo. §. 8. gloſſa. 1. hoc enim procedit in his qui per diſpenſationem efficiuntur legitimi: non in his, qui ex legitimatione hoc ius adſequuntur: hi namque etiam in ſtatutis ſub legitimis intelliguntur: quod notant Albertus Brunus, Detius, & Crottus paulo ante citati, ex hac, quam conſtituimus differentia. imo & in his, qui ex legitimatione ius iſtud conſequuntur, ſtatuta minime locum habere, ſi ſimul ſint & alij legitimi ex iure communi, notat eleganter Carolus Molinæus in dicto. §. 8. gloſſa. 1. nume. 49. & idem in Alexand. conſil. 2. volumi. 1. num. 11.

Cæterum Benedictus à Plumbino, vir equidem, ſi ex vngue leonem ag-
4 noſcere licet, acri, ſubtilique præditus ingenio: in diſputatione incipienti. ſtatuto Piſano. colum. 3. aliter Bart. quæſtionem diſſoluit dicens, legitimatum non dici vere legitimum ſi originem conſideremus: cum natus non fuerit legitimus, probat text. in cap. tanta. qui filij ſint legit. ibi habeantur. Si vero ipſum legitimorum nomen in genere perpendamus: tunc ſi princeps efficiat legitimum eum, qui ex vitio, quod ab eodem principe nequaquã tolli poterat, erat illegitimus, hic legitimatus nõ eſt vere legitimus, quia manet quo ad aliqua illegitimus: ſi autem id vitium poterat à principe tolli, vere legitimus erit. ſequitur eum Iaſ. in dicta. l. ſi is qui pro emptore. numero. 127. Ioan. Cirier dicta quæſtione. 13. Curti. Senior. conſilio. 73. dubio. 3. Detius conſil. 284. numero. 15. & conſilio. 275. fina. colum. ex Plumbino colligens, legitimatum reſcripto principis larga ſignificatione dici legitimum

timum non propria: qua legitimi dicuntur hi, qui ratione veri matrimonij, ex quo nati fuerũt, dicũtur, & sunt legitimi. Fortuni. etiam in. d. §. & quid si tantũ. col. 127. alia ex Plumbino colligit, quæ tamen subtiliter reprobat.

Ego tamen ex Plumbino deduco, legitimatũ à principe seculari, quia natus erat ex coitu, qui coniugalis esse non poterat ex dispẽsatione principis secularis, non esse vere legitimum, eo quod in spiritualibus nondum legitimatus sit. Si vero esset illegitimus ex vitio, quod princeps ipse tollere posset, vere legitimum esse: cum partim illegitimus non maneat: imo perfecte legitimus sit. Ex quo subinfertur legitimatum à Cæsare, quo ad successionem: cum nondum sit habilis ad spiritualia, donec Romanus Pontifex legitimet eum, non esse vere legitimum. Sicuti econuerso legitimatus à Papa nõ dicetur vere legitimus, ex eo quod ad temporalia non sit admittendus, vt constat ex mente Plumbini. Imo dicetur isthæc dispensatio potius, quam legitimatio. Sed id falsum est etiam refragante Plumbini sensu. Nam si princeps legitimum quem efficit, & capacem illarum rerũ, quas ipse princeps concedere potest: nempe laicorum officia, & munera, is vere legitimus erit, tametsi quo ad spiritualia obtinenda nõdum sit factus legitimus. Nec erit hæc dicenda dispensatio: sed legitimatio. Deti. consil. 52. colum. fina. quamuis Alexand. paulisper dissentiat in. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. quod sic probatur. Si dũtaxat ex lege ciuili, illegitimi plura nec capere, nec obtinere possunt, ex iure item canonico: lege naturali & diuina nihil omnino vetantibus: ipse vero princeps leges humanas tollere potest: igitur quo ad effectus iuris, quis dubitat, posse principem vere legitimos facere? ex Bar. in dict. l. si is qui pro emptore. quidquid in dicta disputatione Plũbinus dixerit. Ex eiꝰ em opinione plura sequerẽtur, quæ passim displicerẽt.

Primum, Romano Põtifice efficiente legitimum eum, qui defectum natalium patitur iuris canonici prohibitionis causa: is nõ erit vere legitimus: cum ad tẽporalia minime sit effectus habilis, quod tamen falsum est: erit enim ad spiritualia, & ecclesiastica vere legitimus: atq; isthæc cõcessio principis ecclesiastici, erit legitimatio dicenda, non dispensatio.

Secundo, ex Plumbino illud adnotãdum esset, filium naturalem, quem Cæsar legitimum proprio rescripto efficeret, non esse vere legitimum, eoq; ad spiritualia, & ecclesiastica maneat inhabilis: & tamet is in cõceptione vitium nullum habuit, quod parẽtum matrimonium impediret: sed tãtum illegitimus nascitur, quia mater vxor patris non erat. quod ipse nõ admitterem, sed vere legitimũ esse hunc dubio procul censerem.

Tertio ex eadem Plumbini subtili consideratione sunt qui colligant, filium à principe laicorum legitimatũ, & natalibus restitutum, qui tamen natus fuerat ex coitu, qui nõ poterat esse coniugalis, iure canonico prohibẽte, non

esse vere legitimum, nec dici hãc legitimationem, sed dispensationem. Paul. Castrens. consi. 30. 1. volu. Socin. consi. 65. fina. colum. 3. vol. Bald. in. l. 1. C. de nat. lib. Ioan. Crott. in dict. §. & quid si tantum. fol. 14. col. 4. Curti. Senior. cõs. 73. dub. 4. Deti. consi. 338. col. 2. idem Deti. consi. 610. * & consil. 264. nu. 3. & consi. 393. nu. 10. & consil. 576. nu. 6. & cons. 579. nu. 1. Soci. Iunior cõsi. 120. nu. 19. lib. 2. rursus Curti. Senior cons. 64. col. pen. & cons. 16. col. 5. Lauren. Syluanus consi. 45. num. 43. Barb. cons. 58. nu. 5. lib. 2. Deti. consi. 307. nu. 10. Gratus cõs. 65. nu. 24. idem premittit Soci. Iunior cons. 65. & cons. 97. nu. 41. lib. 2. * Paul. Paris. cons. 2. vol. 2. nu. 22 & Ludo. Goza. cons. 85. nu. 6. idem Gozadinus consil. 6. nu. 76. quibus ego in hoc assentior, quia hic filius non restituitur natalibus, quamuis ad omnia, quæ princeps concedere potest legitimus ab eo efficiatur. Est enim hæc dispensatio: nõ legitimatio, ex eo quod hic princeps propria dispensatione nõ potuit prædictam copulam coniugalem efficere. * Huic opinioni accedit quod Iustinianus in nouellis tit. quib. mod. natur. effici. sui. & tit. quibus modis natur. effici. legit. dum legitimationes expendit, & eam præsertim, quæ beneficio principis fit, de his tantum filijs agit, qui vel sunt omnino naturales, vel ex his geniti parentibus, qui tẽpore conceptionis matrimonium lege diuina, & pontificia contrahere poterant. Vnde maximum deducitur argumentum, non esse veram legitimationem, nec propriam natalium restitutionem, sed potius dispensationem, quoties filius illegitimus, & natus ex his parentibus, qui lege diuina, vel põtificia impediente tũc matrimonium cõtrahere nõ poterant, rescripto principis legitimus efficitur: atq; ideo hic legitimatus filius poterit iuxta expressam formam, & concessionem admitti vt legitimus ad illic concessa, non tamen ad alia, quæ legitimis iure cõpetunt. Et præterea plurimum hęc opinio coadiuuatur ex eo, quod nõ temere Iustinianus derogat futuris spuriorum legitimationibus in authẽ. quib. mod. natur. effi. sui. §. vlti. quamuis erga filios naturales se facilem præbeat, beneficium principis lege ipsa, & nouella constitutione promittens: ac fortasis voluerit id ipsum insinuare, qd̃ paulo ante probauimus: nempe non esse propriam, nec veram natalium restitutionem, nec legitimationẽ, sed potius dispẽsationem, si princeps eos legitimauerit filios, qui ex incestis nuptijs, aut commixtionibus fuerint procreati: cum etiam accedente consensu parentum princeps minime potuerit easdem coniunctiones legitimas efficere. Sic sane Ludoui. à Sardis in tracta. de legitimat. 7. part. q. 1. scribit, dici dispensationem, & ideo restringendam esse, nõ legitimationem, quoties à principe legitimatur spurius, vel naturalis in his casibus, quibus eorum legitimatio iure prohibetur. Nam spurius prohibetur legitimari in dict. §. vlti. & in. l. 1. C. de natur. liber. naturalis itẽ quandoq;, vt cõstat ex eiusdẽ Iustiniani nouellis, &. d. l. vlt. quamuis negari

gari nō posit, etiam principem secularem, qui non potest matrimonium, aut coniunctionem prohibitam, legitimā efficere, posse nihilominus proprio rescripto filium ex ea copula natum legitimare ad quoscūq; honores, successiones, & omnia alia, quæ illegitimis iure prohibētur. Hoc etenim fatentur Antoni. col.5. vers. aduerte. & col.7. vers. per quæ concludo. Abb. & Præpos. in §. quod autē. fol.12. in dict. cap. per venerabilem. ita intelligentes quæ inibi Ioan. Andre. hac in quęstione scripsit. Hæc tamen legitimatio vera, & propria non est, sed potius dispēsatio censetur ea ratione, quod nō possit dici naturalibus restitutus qui fuerit legitimatus ab eo principe, cui non licet cōiunctionem illam, ex qua fuerit conceptus, legitimam, & coniugalem efficere: tametsi ea consequatur, quæ illi princeps expressim concesserit. Quod in dict. c. per venerabilem. satis aperte adnotare videntur Hosti. & Ioan. Andr. col.3. Henri. col.1. idem Hostiē. in summa tit. qui filij sint legit. §. qualiter. vers. salua reuerētia. Ex quibus & illud consequitur, quod si Papa legitimauerit filium natum ex his parentibus, qui etiam eo permittēte matrimonium tempore conceptionis cōtrahere non possent, quamuis eum natalibus restitueret, & in vniuersum plenissime legitimum efficeret, nō esset hæc legitimatio vera, & propria, potiusquàm dispensatio dicenda foret: non quia sit intelligenda tantum quoad spiritualia, quia hæc ratio, vt diximus, falsa est, sed quod non potuerit summus Pontifex ab initio, etiam ex consensu parentum coniunctionem illam legitimam efficere. Quod ex prædicta opinione deducitur, quę tot doctissimorum virorū iudicio ita probata videtur, vt fere censeri posit frequētior, ac plurium auctorum suffragio munita, quam ea, quæ ex cōtrario placuerit quibusdam asseuerantibus, veram esse legitimationē, non dispensationem, qua princeps siue secularis, siue ecclesiasticus natalibus restituerit, & in vniuersum legitimauerit, etiā absq; titulo, & radice matrimonij eū, qui natus fuerit ex his parentibus, qui vel diuina, vel humana lege adhuc ex ipsius principis permissione coniugiū licite contrahere non poterant. cuius opinionis auctores, ni fallor, fuere Alberi. in rub. ff. de decret. ab ordi. faci. nu.20. Soci. in. l. Gallus. §. si eius. col.3. ff. de lib. & post. Iason. consi.11. col. penult. & cons.40. col.2. lib.3. Carol. Ruinus cons.87. lib.3. nu.12. Andre. Altia. in rub. de lib. & posth. nu.11. post Soci. ibi nu.17. sensit hoc Gozadi. in dict. cōsi.6. nu.67. & cons.29. nu.32. & deducitur ex resolutione Antonij in dicto. c. per venerabilem. col.7. vers. per quæ concludo. & illic Præpo. §. quod autē. fol.12. glo. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. quę quidem opinio adeo iure probari poterit, vt & ipse in hac quarta huius operis editione minime erubescā eam hoc in loco tradere, lectorem admonens, ne statim eam improbet, sed potius expendat, num hęc posterior sententia priori præferenda sit: mihi etenim non videtur à iuris rationibus

tionibus aliena. Nam quod ex Hostiē. & Ioā. Andre. Paulo ante referebam, in hunc sensum accipiēdum est, vt distinguamus triplicem legitimationē. Est enim quædā plenissima legitimatio, quæ tollit vitium, aut impedimentum iure inductū, & quod matrimonium impediebat, quęq; procedit à radice matrimonij aduersus iuris prohibitionem contracti: illud siquidem legitimat, ac prolem ex eo susceptā ac si ab initio, & tempore contractus nullum subesset impedimentū, quod coniugalem consensum impediret. Secūda est legitimatio plenior, quæ absq; vllo consensu coniugali, minime legitimata matrimonij radice, legitimat eum, qui absq; vlla conuentione cōiugij natus fuerit ex illicita cōmixtione carnali, eumq; natalibus restituit, & in vniuersum ad omnes iuris effectus, & vt ad illa omnia admittatur, ad quę minime admittūtur iure humano qui ex alio coitu, quam cōiugali, & legitimo nati fuerint: & in summa vt omnia possit consequi quæ potuisset si ex legitimo matrimonio natus foret. Tertia legitimatio est illa, quæ legitimat natū ex coitu fornicario, & illegitimo ad aliquot actus ei, vt illegitimo iure prohibitos, minime restituens eum natalibus, nec in vniuersum admittens ad eam, quæ iure humano sunt illi prohibita. Et hæc vltima legitimatio, vere dispensatio est, & in ea procedunt omnia illa, quæ de dispensatione superius scripsimus, traduntur q; ab his auctoribus, qui paulo ante in initio huius. §. fuere citati: quia per hanc dispensationē ius aliquod datur personæ alioqui non capaci, nec legitimę, & ei, qui maneat quo ad alia illegitimus: secūdum Ludo. de Sardis in tract. de legitimat. per rescrip. col.2. Prima vero legitimatio ab Hostiensi, Ioan. Andr. & Henri. ita propria, & vera legitimatio censetur, vt secundam existiment, potius esse dispensationem, quam veram legitimationem: atq; ideo censent prædicti auctores, summo Pontifici tātum competere, non imperatori: quia summus Pontifex potest matrimoniū iure humano prohibitū legitimare, non imperator. Quod verum est, si de legitimatione tractemus, quę à radice matrimonij procedit ad illum effectum, vt summus Pontifex posit in toto orbe hoc modo quoscunq; legitimare, etiam sibi non subditos quo ad temporalia: atq; ita Ioan. Andre. Hosti. & Hēri. atq; alij quæstionem istam tractantes conclusionem hanc probauerunt, solum concedentes, illam esse veram legitimationē, quæ à radice matrimonij procedit, quācunq; aliam dispensationem appellantes: quo fit, vt secunda legitimatio dici possit dispensatio, si primę cōparetur: vera tamē, & propria legitimatio, si cū tertia legitimatione sit cōferēda. Sic etenim hāc opinionē intellexere Antoni. in. d. c. per venerabilē. col.5. vers. aduerte. & col.7. vers per quę concludo. & Præpo. ibi §. quod autem. fol.12. col.1. vers. omittamus antiquos. & col.3. vers. aduerte. quasi prima legitimatio sit propria, & vera restitutio, secunda sit plena quædam iuris legitimi collatio absq; radice le-

ce legitima, beneficio tantum principis facta: quæ secundum eos fieri potest vbiq; à Romano Pontifice quo ad spiritualia tãtum, vel temporalia, vbi ipse habeat temporalẽ iurisdictionẽ, & ab imperatore quo ad temporalia tantum. non tamen sequitur ex hoc, quod hæc secunda legitimatio sit dicenda dispensatio simpliciter ad effectus, qui passim traduntur, & ad eas differentias, quæ in hoc tractatu adnotari solent inter legitimationem, & dispensationem: sicuti notat Soci. in d. l. Gallus. §. si eius. col. 4. nec aliud admittendum esset, quamuis Hostien. Ioan. Andre. & alij expressim contrariũ asseuerassent. Sequeretur enim alioqui, quod legitimatio imperatoris, quæ filium omnino naturalem legitimum efficeret, ac natalibus restitueret, esset dispensatio dicenda: quod Præpo. in dict. cap. per venerabilem. ex Hostiẽ. Ioan. Andre. & alijs deducit scribens, secundũ eos Nouellas Iustiniani, quæ de legitimatione filiorum naturalium fuere promulgatæ, de dispensatione, non de legitimatione intelligendas esse. Quod falsum est, nec cõceditur ab his, quos in hac quæstione citauimus, ad prioris opinionis probationẽ: quũ frequentissimo omnium cõsensu propria, & vera sit legitimatio, quæ beneficio principis secularis, omnino naturalem filium, legitimum efficit. Deinde sequeretur, legitimationem summi Pontificis legitimantis filium naturalẽ omnino, mortuo patre, vel matre, quorum consensus ad matrimonium necessarius est, atq; ideo absque coniugij titulo, esse proprie dispensationem, non legitimationem. Quod ex Hostiens. & Ioan. Andre. referebat Antoni. in dict. cap. per venerabilem. col. 6. & tamen id nulla ratione defendi poterit. idcirco ne tot absurda sequantur ex opinione Hostien. & Ioan. Andre. erit eorũ sententia intelligenda quo ad effectũ legitimandi in vniuersum ex radice matrimonij, vt ea legitimatio vbiq; à Papa fieri possit, veraq; sit, & propria: eiusq; ratione cæteræ legitimationes, quę absq; matrimonij radice rescripto principis fiunt, dispensationes dicãtur. Sed & legitimationem ab imperatore impetratam, etiã si legitimatus natus fuerit ex coitu, qui non poterat iure diuino, vel põtificio coniugalis esse, si ea in vniuersum natalibus eum restituat, propriã, & veram legitimationem esse, non dispensationem: probatur hac ratione. Vera etenim legitimatio similis est naturali restitutioni, quæ beneficio principis libertis conceditur: sicuti probatur in Nouellis Iustiniani sæpe à me citatis. Nam sicut qui ex libertina conditione natalibus restituitur ad illum ducitur statum, nõ quo ipse natus est, sed quo omnes ab initio orbis conditi, creatiq; generis humani liberi nascebãtur, priusquàm seruitus iure belli fuerit inducta. l. 1. & 2. ac l. penulti. & vlti. ff. de natal. restit. ita illegitimus per legitimationem principis restituitur, ac reducitur in illum statum, quo iure naturæ omnes legitimi nasceban tur ex coitu nempe coniugali, qui lege naturæ licitus erat: cæteris coniunctionibus eadem lege improbatis: atque ita legitimatus restituitur in eum statũ, non quo ipse nasceretur, si iuris diuini, vel humani cessasset prohibitio, vel parentum coniugalis consensus carnali commixtioni accessisset, sed quo omnes nascebantur lege naturæ, nondum ex concupiscentia tot scelestis coniunctionibus in vsum aduersus legem diuinam, & humanam receptis, copula tantum coniugali, vt legitima ex eadem lege naturæ instituta, ex qua tunc omnes legitimi ex vxorio concubitu nascebantur. Hæc deniq; est vera legitimationis ratio ex eisdem Iustiniani Nouellis deducta: & ideo parum refert, quod quis natus sit ex adulterio, incestu, vel alia fornicatione lege naturali, diuina, vel humana prohibita, vt possit per principem legitimari. Quia licet ipse princeps non valeat permittere coniunctionem illam lege naturali, diuina, vel humana, cui derogare non potest, damnatam, nihilominus poterit quo ad omnes iuris effectus illegitime natum legitimare, & restituere in eum statum, quo ab initio iure naturæ omnes legitimi nascebantur, & quo ipse nasci potuisset: cum iuri humano possit princeps libere derogare: nec legitimatio ista inducat quidquam in derogationem alterius legis quam humanæ, qua effectus legitimorum natalium fuere inducti. Alioqui & alia ratione sequeretur, si vera esset prior opinio, non esse veram legitimationẽ, vbi princeps secularis, vel ecclesiasticus legitimum efficeret illum, qui natus fuit ex parentibus, qui tempore conceptionis, & legitimationis matrimonium contrahere possent. Nam ad hanc legitimationem sufficit principis voluntas, saltem non est necessarius consensus coniugalis: & tamen absque eo princeps nõ posset vitium illud, ac peccatum tollere, quod ex simplici fornicatione aduersus naturę legem fuit in conceptione commissum. Communis vero omnium consensus hanc legitimationem verã esse censet, & propriam, non equidem dispensationem: quoties naturalis filius à principe legitimatur, modo principi constet, eius parentes posse matrimonium contrahere tempore legitimationis: ne sit alioqui legitimatio surreptitia: vt patet in dict. authen. quib. mod. natur. effici. sui. & quibus mod. natur. efficiant. legit. qua ratione dubia videtur opinio illa, quam ex Ludouico de Sardis paulo ante referebã. Quibus sane adducor, vt existimem, difficilimum esse, priorem opinionẽ hac in quæstione defendi. Quod si conatus fueris & illam tutari, his oportet satisfacere, & respondere, quæ in posterioris sententię probationem adducta fuere. Et fortasis illud erit iure verius, hanc legitimationem, etiam si legitimatio dici recte, & iuste possit, odiosam esse, atq; ideo restringẽdam fore: si quidem fiat, & à principe impetretur aduersus leges, quæ hisce legitimationibus derogant. cap. 1. §. vlt. de filijs presby. in. 6. Innocẽ. & Abb. per tex. illic in cap. quod dilectio. de cons. & affinit. glos. in cap. ordinarij. verb.

dispensationes. de offic. ordina. in. 6. tradunt Bartol. & Ias. in. l. vltim. ff. de constit. princip. tametsi adhuc sit præsens quæstio satis apud auctores controuersa.* Quam igitur obsecro dices in Cæsare, aut Rege, legitimationem illam nempe, qua naturalis efficitur legitimus. Sed id Plumbino aliqua ex parte repugnat dicenti, non esse vere legitimum eum, qui quo ad aliqua illegitimus remanet: sicuti hic naturalis ad spiritualia vere illegitimus est etiam post ipsum principis rescriptum. Præterea & hic naturalis à principe legitimatus iuxta conclusionem à Detio superius adnotatam, proprie non erit legitimus sed large. Hoc tamen non procedit: quia nomen legitimus ab ipsamet lege deducitur: & quo ad ipsarum legum effectus à principe vere legitimus qui spiam fieri potest. vt Bart. in dict. l. si is qui pro emptore. notauerat, & ex eo latius id colligit Fortu. in dict. §. & quid si tantum.
5 col. 125. Hinc fateor, legitimationem à principe factam erga filios naturales, legitimis non existentibus, fauore dignam esse: eam tamen, quæ aliter fiat odiosam ac restringendam. ex text. in authen. quib. mod. natur. effici. legit. §. sit igitur licentia. Sic etiam intelligẽda sunt, quæ Fortu. tradit in dict. §. & quid si tantum col. 130. dicens, legitimationem rescripto principis cõcessam fauorabilem esse, dispẽsationem vero odiosam.

Tertio principaliter ex differentia dispensationis à legitimatione infertur, legitimatum in patriam potestatem transire, non tamen eum, qui ex dispẽsatione quo ad quædam est effectus legitimus. autore Paul. Castren. in cons. 30. col. 4. 1. volum.

Quarto infero, quod quanuis ad legitimationem filij, factam viuente patre, non exigatur citatio successorum patris intestati: tamen si cum filio dispenset princeps ad aliquem actum, tunc necessaria est citatio illius, cui fit ex illa dispensatione præiudicium. Socin. consil. 65. in. 3. volumi. qui allegat Anchar. consi. 427. & consi. 241. idem notat Ioan. Crottus. in dict. §. & quid si tantum. foli. 11. colum. 3. vbi Soci. fina. col. & Iaso. nume. 132. idem Soci. in l. falsa. §. si cui. ff. de conditi. & demonstratio. Ludoui. Gozadi. consil. 85. nu. 6. & quamuis Lãcel. Galiaula in dict. §. & quid si tantum. num. 86. hanc opinionẽ reprobet, ac passim videamus eam minime seruari: opinor tamẽ cõmunẽ esse, atq; seruandam fore, quando successoribus patris intestati illa dispensatio posset maximum præiudicium inferre; alioqui verior & praxi aptior apparet Galiaulę sententia, cui nouissime accedit Emanuel. à Costa Lusitanus in dict. §. & quid si tantum. 2. parte. num. 152.

Quinto eodem iure efficitur, vt legitimatus à Romano Pontifice non tantum possit sacerdotis dignitate insigniri, sed etiam beneficia curam animarum habentia consequi: non tamẽ poterit ea beneficia obtinere: is, cum quo dispensauit Romanus Pontifex. vt sacerdotis dignitatẽ assumere posset, quod Archi. & alij asseruntin. c. r. in

in princip. de filijs presby. in. 6.

Sexto infertur, legitimatum à Romano Pontifice posse primo beneficio dimisso secundum obtinere, neq; indigere alia licentia. Si vero cum eo dispensauerit Roma. Pontif. vt non obstante natalium defectu possit beneficium ecclesiasticum assequi, poterit primum beneficium obtinere: non tamen secũdum, primo dimisso. Lappus, & Domi. in cap. 1. §. fina. 2. col. de filijs presby. in. 6.

Septimo hinc dicendum erit, tex. in cap. fi. de filijs presbyte. in. 6. quo cautum est, dispensationem esse surreptitiam, ad plura beneficia obtinenda impetratam, si in ea mentio facta non sit dispensationis prius concessæ ad ordines sacros & beneficia obtinenda, nõ obstante natalium defectu: non habere locum in legitimatione & nataliũ restitutione, cuius mentio necessaria non est, secundum Ioan. Andr. & Domini. in dict. cap. fina.

Octauo ex his constat, habentem à principe facultatem legitimandi, non
6 posse ex ea dispensare: idest illegitimũ quo ad quædam legitimũ facere: eum dispensatio maxime differat à legitimatione Nam & Ludo. Goza. consil. 85. num. 6. respõdit, facultatem à principe alicui concessam ad legitimandum illegitimos: etiam nõ citatis his, quos id negotium tangit, intelligendam fore in vera legitimatione, non in dispensatione. Vnde constat ex eo, verbum: legitimare: non comprehendere dispensandi potestatem: si enim eam comprehenderet, esset cum eadem qualitate intelligendum. quod ipse negat. Huic vero illationi obstat, quod potestas alicui à principe cõcessa legitimandi, vel dispensandi contra ius, vt fauorabilis est extendenda, ac benigne intelligenda, non stricte. tex. sic explicandus in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. vbi in hac principis concessione procedit argumentũ à maiori ad minus. quem tex. dicit ibi Abb. sing. idem in cap. ad aures. col. 4. de rescript. idem in cap. at si clerici. de iudic. §. de adulterijs. col. 5. Franc. in. c. cui de non sacerdotali. de præbend. in 6. col. 2. Barb. in tract. de preſt. cardina. 2. part. q. 1. col. penult. idem notauit gl. in clement. 1. de offi. vicar. in verb. sacerdotum, quæ sing. est secundũ Cardi. ibi. & Feli. in cap. G. perpetuus. de fide instrumen. & in cap. fina. de simo. vbi text. eandem opinionem probat, quæ communis est apud Iuris Cæsarei professores in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & in. l. 2. in princip. ff. de verbo. obliga. vbi Lancel. Galiaula. post alios. col. 3. & Altia. nume. 51. etiam asserunt esse communem. Vnde nimirum si in cap. fina. de simo. appellatione monachorum veniat Abbas: siquidẽ in fauorabilibus ea interpretatio fieri potest. ex Bart. in l. 3. ff. de stipulati. seruor. Præfatam etiam conclusionem, quam esse communem diximus, tradit Felin. in cap. postulasti. de rescript. nume. 10. eandem fatetur communem esse Detius consil. 76. col. fi.

Ex qua primo infertur, habentem à principe potestatem legitimãdi filios

illegitimos, posse eos legitimare non tantum ad bona simplicia, sed etiã ad feuda. ita Deti. cons. 76. contra Signoro. consi. 218. Cuius responsum procedit, quando simpliciter conceditur potestas legitimandi: tunc etenim non censetur data ad feuda, quia hęc bona specialem quandam concessionẽ exigunt: siquidem legitimatus rescripto principis ad ea non est admittendus, secundum communem in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Vnde confestim sequitur, nec facultatem legitimandi ad ea debere extendi. Nam is, qui à principe hanc potestatem habet, aliud quam legitimare, agere nequit: sed legitimatus etiam à principe, ad feuda non est admittendus: igitur nec natalibus restitutus ab inferiori, qui ex principis concessione legitimare potest. Opinio autem Philippi Detij tũc vera est, quando ex verbis aliquot, in eadem principis concessione expressis, colligi potest, principem id voluisse concedere: ex Socin. consil. 3. vol. 3. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. in glo. 3. nu. 6. qui opinionem Signoroli ab omnibus fere probari scribit. quibus consentit Altia. in. l. 2. ff. de verb. oblig. in princip. num. 58.

Secundo ex eadem principali conclusione deducitur, eiusdem Signoroli aliud responsum falsum esse, qui cõsil. 184. dixit habentem à principe facultatem legitimandi filios spurios, non posse legitimas efficere filias spurias: quem Detius sequitur consil. 453. Iaſ. in. l. 2. ff. de verbo. obliga. col. 4. quibus præmissa communis assertio obstat. Et præterea quamuis hanc principis concessionem, priuilegium esse fateamur, receptum est in priuilegijs appellatione masculorum fœminas cõprehendi: vt tradit Deti. in. l. 2. ff. de regul. iur. ad finem quintæ quæstio. atq; ita in specie reprobat Signorol. Galiaul. in dict. l. 2. ff. de verbo. obligatio. Et ideo maxime comprobatur, quod hæc facultas à principe concessa, beneficium principis dicendum est, nõ priuilegium, quia nullo iure prohibitum est principi, vicarium aliquem designare in his, quæ ipse agere potest, si beneficium principis est dicenda huius potestatis cõmissio: igitur late non stricte, intelligenda est, vt iura apertissime profitentur.

Tertio hinc opinor posse probari, habentem à principe potestatem legitimãdi spurios, posse legitimare eum, qui simul adulterinus, & incestus sit: is etenim spurius proprie est dicẽdus: l. spurij. ff. de decurioni. at neq; in odio sis à propria verborum significatione recedimus. l. cum lege. & ibi Areti. ff. de testam. Calderi. consi. 1. titu. de consangui. ex quibus hanc illationem tenent Areti. col. penult. & ibi Deti. nu. 14. in. c. at si clerici. §. de adulte. de iudi. quamuis Iaſo & Altiat. in dict. l. 2. nume. 45. nitantur probare contrarium. Sed pro Areti. & Detio facit, quod sub genere quælibet species vere includitur. l. si quid earum. §. interemptum. ff. de legat. 3. l. si quis sic stipuletur. ff. solut. matri. l. 2. §. doli. ff. vi bono. rapto. Neq; hic tractatur Bart. q. in dict. l. 2. quæ ab hac conclusione differt plurimum

mum, ex sequentibus.

Quarto Bart. sententia in dict. l. 2. ab his, qui eum sequuntur, hac eadem ratione comprobatur, dum Bart. dixit, habentem à principe facultatem legitimandi ex incestu natos item adulterinos: posse ex incestu simul, & adulterio natum, legitimum efficere: cum hæc principis concessio sit fauorabilis, & in his fauorabilibus sub simplicibus mixta intelligenda sint. l. Clemens patronus. ff. de hæred. insti. l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthum. vbi Alexand. Bartò. opinionem approbat idem etiam Alexã. post Cuma. Imol. & alios in dict. l. 2. in princip. vbi Altia. nume. 46. plures ad id citat, ex quorum autoritate eandem opinionem cõmunem esse asserit, & ab ea in praxi non fore recedendũ admonet. Quę ratione confirmari potest. Is etenim, cui hæc potestas est concessa, potest decem incestos filios, ac totidem adulterinos natalibus restituere: quod constat igitur poterit vnum, qui simul sit ex incestu, & adulterio natus: cũ hoc sit minoris præiudicij. Hæc tamen ratio non omnino cõuincit, vt ibi ostendit Altiat. apud quem & alios nouiores ibi, & Fortu. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 70. legenda est huius controuersiæ exacta disputatio. Nam tex. in dict. cap. fina. de simo. & in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, quibus probatur potestatem dispensandi, vt fauorabilem, extendendam esse non restringendam, loquuntur in facultate dispensandi à iure concessa, non in ea, quæ ab homine concedi-

9

10

tur, secundum Fortu. & Altiat. ante quos idem senserat Oldra. consil. 91. in fine, quem & Feli. citat in dict. cap. postulasti. de rescrip. num. 13. & Galiaul. in dicta. l. 2. col. 4. Sed communem sequutus eam intelligo, vbi non agere tur de alicuius enormi præiudicio: quasi de præiudicio graui alicuius tractaretur, tunc decisioni Batto. locus non esset. Sicuti si cognatis hæreditatem patris intestati iure primo petẽtibus, post illius mortem, esset legitimatio facienda: vel sistarent filij legitimi, adhuc ipso patre viuente. His enim casibus odiosa censetur legitimandi potestas, & ideo extensionem non admittit. Antoni. in dict. cap. per venerabilem nu. 13. Paul. Cuma. & alij, quos Altiat. in dict. l. 2. num. 54. refert & sequitur. idem notat Iaſ. in. §. omnium. insti. de actioni. nume. 31. atq; idem erit dicendum in alijs similibus exemplis, quemadmodum Deti. tradit consil. 453. Hinc etiam opinio Bart. non procedit, vbi legitimandi potestas esset data, ipso filio illegitimo in ea expressim nominato: esset enim tunc odiosa. Abb. & Felin. in cap. fina. de simo. quia princeps potius fecit gratiam illi nominato, quam ei, cui legitimandi ius demandauit. Et etiam minus dubium, quando princeps commisit alicui potestatem legitimandi incestos filios: tunc enim dubio procul legitimari à illo nequit is, qui simul incestus, & adulterinus sit. Verum, vt ad institutum redeam longius ab eo, quod tractabam, auersus, nihilominus opinor, habentem facul

tatem legitimãdi ex delegatione principis, non posse dispensationem ad aliquem actũ illegitimo cõcedere: quia non est hæc commissio principis ad actũ magis odiosum, qualis est dispẽsatio extendenda: quod Soci. sensit cõsi. 246. col. 3. vol. 2. Alex. consi. fi. 5. vol. Altia. in. d. l. 2. in princip. num. 51. ff. de verb. oblig. Cępo. caut. 114. ex quo sub infertur, quod habens à principe potestatem legitimandi, nisi aliud de mẽte principis constet, non poterit legitimare filios spurios: sed tãtũ naturales: cũm legitimatio ista filiorum spuriorum sit potius dispensatio, quam vera legitimatio dicenda, & actus hic erga spurios sit magis odiosus, quam erga naturales: vt superius explicuimus, etiã si Anto. huic vltimæ conclusioni aduersetur in. d. c. per venerabilẽ. n. 4.

Porro quãuis ipsa potestas legitimãdi aut dispẽsandi sit fauorabilis, & tanquam principis beneficiũ, extendenda, ac late intelligenda: ipsa tamen dispẽsatio odiosa est, atq; stricte interpretanda: tex. in. c. 1. 2. & fi. de filijs presby. in. 6. ita vt in ea locus nõ sit argumẽto à maiori ad minus. c. cui de nõ sacerdotali. de præb. in. 6. c. fi. de transl. episco. vel electi. Ioan. And. in reg. ea quę. de regu. iur. in. 6. dicens, quod ex dispẽsatione monacho concessa, vt possit beneficiũ cum cura animarũ obtinere, minime poterit simplex beneficiũ possidere, vnde legitimatus tanquã incestus, nõ censetur effectus legitimus si tantũ adulterinus sit, quãuis maius vitium ex incestu, quã ex adulterio oriatur: quã opinionem cõmunẽ esse constat, ex Abb. & Feli. in. c. fi. de simo. eodem Feli. in. c. postulasti. de rescrip. nu. 10. & sequẽti: atq; ita in hac specie fatẽtur Deti. in. d. §. de adult. nu. 10. & Galiaul. in. d. l. 2. col. 4. Quibus suffragat quod lex, quæ omnibus est æqua, si odiosa, aut correctoria sit, est valde restringenda: quãto magis concessio, & dispensatio particularis, quæ odiosa est, & ius ipsum violat, erit strictissime intelligenda. Vnde plura cessant, quæ contra cõmunem adducit Deti. in dict. §. de adulterijs. & idem in cap. quia in tantum. de præbend. dicens in ipsis dispensationibus procedere argumentum à maiori ad minus: quę ideo nõ repeto, quod loquãtur in cõcessionibus à lege, vel canone inductis: non in his quæ à principe priuatim fiunt.

11

12

Sublequitur nunc quæstio illa, quisnam possit illegitimos natalibus restituere, vel legitimos efficere? quã materiam diligentius inquirentes sequentibus conclusionibus exponimus.

Prima conclusio. Ex matrimonio prohibito iure canonico, tamen dispensatione Romani Pontificis contracto, proles suscepta legitima prorsus est, etiam quo ad munera, & bona ciuilia apud Regios iudices. c. referente. vbi glos. versi. promissionem. qui filij sint legit. Marti. Laudens. in tracta. de legitimat. versi. saluo nunc saniori consilio. fol. 3. Nec quisquam erit, qui hoc in dubium vertat: cum hæc proles ex matrimonio legitimo sit suscepta, eo quod fuit ex Romani Pontificis licentia contractum.

Secunda conclusio. Contracto matrimonio, & ex eo prole suscepta, si dubium sit an illud matrimonium legitimum fuerit, & Papa id legitimum esse pronunciauerit, proles illa omnino legitima est ratione matrimonij quo ad vtramq; iurisdictionem. cap. quod nobis. qui filij sint legiti.

Tertia conclusio. Romanus Pontifex legitimum efficiens matrimoniũ prius in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito contractum, legitimare cẽsetur prolem ex illo matrimonio susceptam ante illam approbationem, si eius mentio principi fiat. Princeps enim, qui matrimonium ratum habet, ita id cõiugium approbat, ac si ab initio nulla extãte prohibitione cõtractum fuisset: igitur cõsequens erit, etiam prolem coniugio adhærentem legitimam esse. Ex eo etiã quod legitimum constituit illud matrimonium idem efficit, ac si à tempore cõtractus legitimaret. Abb. in dict. ca. per venerabilem. num. 22. Ioan. Andr. Cardi. Anchar. & Præpo. ibi fol. 15. col. 1. Antoni. de Rosel. in tract. de legitimatio. lib. 2. col. 6. Nicola. de Vbald. in tract. de successio. ab intesta. fol. 11. col. 3. Ex quibus secus erit dicendum, vbi Romanus Pontifex non legitimaret matrimonium contractum, nec dispensaret, vt ab initio contractus legitimũ censeretur matrimonium: sed tãtum concederet licentiam contrahẽdi matrimonium illud, vel perseuerandi in iam contracto: quibus casibus, etiam si prolis susceptæ mentio fiat, non videtur eam legitimam reddere. quod expresse notat Bal. cons. 129. 3. vol. Ant. de Rosel. d. li. 2. col. 5. Guiliel. Bar. & Alberi. in. l. Paulus. quæ alias incipit. eũ qui. ff. de stat. homi. Ias. in. l. si is qui pro emptore. ff. vsucap. nu. 122. Nicol. Boe. decis. 164. n. 25. Nisi proles in specie legitima efficiatur. vt Abb. scribit apertè in. c. tãta. nu. 14. & ibi Cardinal. in fin. & id alij Docto. sentiũt atq; tũc erit ista hæc legitimatio filiorũ cẽsenda eo iure quo cẽseret si esset facta à Ro. Põtifice separatim absq; matrimonio: cũ rõne matrimonij facta non fuerit.

13

Quarta conclusio. Nullus princeps potest natalibus restituere, vel legitimum efficere sibi non subditum, quo ad bona intra alterius imperij, aut regni limites existentia, etiã ex cõsensu eorũ, quibus præiudiciũ ex legitimatione fit. quę conclusio probatur in. c. per venerabilẽ. versi. insuper. qui filij sint legit. vbi Romanus Pontifex profitetur se legitimare filios regis Frãciæ quia id fit sine alterius iniuria: cũ Rex Franciæ quo ad tẽporalem iurisdictionem nulli sit subiectus. Deinde ius legitimandi cõpetit Regi, vel principi, cui legitimãdus subest, in signũ subiectionis. d. cap. per venerabilẽ. & auth. quib. mod. natu. effici. sui. §. illud. Hæc vero, quæ ita principi reseruãtur, non potest ei subditus ab eo tollere, quia principi iniuriam maximam irrogaret: igitur legitimatio nõ tenet. vti censent Ancharra. consil. 320. Abb. in. d. cap. per venerabilem. nume. 23. & ibi Anton. 4. col. Ioan. Crott. in dict. §. & quid si tantum. fo. vlti. versi. secundus casus. Deti. consi. 150. Alexã. consi. 67. 1. volu. colũ. fina. dicens hanc opinionem

14

rem cõmunem esse, idem fatetur Deci. etiam sequutus consil. 557. Cui accedit quod notat Domi. in cap. cum ex eo. in glos. subiectos. de electio. in. 6. dicens, etiam erga subditum non posse quem exercere voluntariam iurisdictionem respectu rei, quæ extra ipsius iurisdictionem existit. quod explicat Ludoui. Gomez in cap. fina. §. fina. nu
15 mẽ. 61. de constitu. in. 6. Nã quod quidam existimant iurisdictionem voluntariam posse extra territorium exercere, l. 1. C. de emancip. lib. l. 2. ff. de offi. procon. Ias. in. l. fina. col. 2. ff. de iurisdi. omniũ iudicum. intelligitur inter proprios subditos, vel eos qui proprio consensu possunt prorogare iurisdictionem, & quo ad bona intra territorium eiusdem existẽtia. cap. nouit. de offi. legat. Bald. in. l. 1. C. de iure aure. unul. col. fina. Vnde hæc quarta conclusio recipienda est: tametsi Bald. in procemio. C. col. penulti. contrarium teneant. Angel. etiam consi. 350. num. 7. Nicola. de Vbald. de successioni. ab intesta. fol. 11. col. 3. Deti. obiter tamen, consil. 52. num. 2. & consil. 55. num. 7. Antoni. Rosel. libr. 2. de legitimatio. col. 4. & cap. 2. eiusdem lib. 2. colum. Etiam si Crott. in dict. fol. vltimo. dicat esse communem opinionem posse à principe concedi legitimationem his, qui subditi non sint, etiam ratione bonorum extra ipsius principis iurisdictionem existentium, modo adsit consensus illorum, quibus talis legitimatio præiudicat.

Quinta conclusio. Romanus Pontifex ex causa ardua, & quę fidei, religio
16 ni Christianæ, vel Reipublicæ vtilitatem præseferat, poterit legitimum efficere eum, qui principi seculari subiectus sit, etiam quo ad bona, muneraque temporalia obtinenda. ex. d. c. per venerabilem. fi. col. vbi probatur, Romanum Pontifi. habere iurisdictionẽ in laicos casu aliquo, & eã posse exercere, etiam quo ad temporalia, licet illi laici sint Cæsari, vel Regi subiecti.

Sexta cõclusio ex quarta deducitur. Princeps potest subditum sibi, in alie-
17 no territorio existens legitimare, vbi nullus est citandus, velis, qui citandus est absq; citatione legitimationi cõsentit. quod constat ex his, quę in. 4. conclu. diximus. Et omnino locum habet hæc assertio, etiam quo ad bona intra alterius principis territorium existentia, modo præiudicium aliquod non fiat subdito alterius principis: quia hic principaliter persona legitimat, quã res ipsę sequuntur quocunq; loco existentes. ita Roma. consi. 39. col. 2. Deti. optime consi. 207. argumento assumpto ex his, quæ notat Bart. in. l. legitimos. col. 1. ff. de legit. tut. facit. l. ꝓpter litem. §. licet. ff. de excus. tut. idem notat Ludouic. Gomez in dict. §. fina. nu. 61. intelligens Domi. contrarium ibi dicentem quando principaliter circa rem existentem in alieno territorio disponitur, atq; legitimatio fit. Hic vero principaliter circa personam actus sit, quam res illæ sequuntur.

Septima conclusio. Sicuti imperator
18 non potest legitimare proprios subditos, quo ad munera ecclesiastica, licet quo ad tẽporalia hoc valeat efficere:

g. recepta cõmuniter in. c. lege. 10. dist. & in. c. officia. 59. dist. ita nec Papa potest legitimare quo ad bona prophana, muneraq; ciuilia, sibi nõ subditum causa ciuilis iurisdictionis. glo. in dict. c. per venerabilem. Nicola. de Vbald. in tracta. de success. ab intest. fo. 11. col. 3. Anto. num. 11. in dict. cap. per venerabilem. dicens illum text. sing. esse in §. insuper. quo probatur hæc opinio, etiam si in initio. c. satis ei aduersetur: eandem opinionem asserit Abb. ibi nu. 22. glo. reg. Cancel. 48. Ioan. Crott. in dict. §. & quid si tantum. fo. pe. vers. 3. quæritur. Thom. Ferrar. caute. 1. dicens hanc opinionem esse communem, quã in praxi seruari scribit Abb. in dict. num. 22. & Guilielm. Bened. in c. Rainũcius. de testamẽ. verb. & vxorem num. 197. quibus id libenter addi derim, legitimatum à principe seculari consequi omnino ius patronatus ecclesiasticum cõpetens hæreditati, cuius ipse fuerit capax ob illam secularis principis legitimationẽ: sicuti in hac specie notant Prępo. in dict. cap. lege. col. 6. Rochus Curti. de iure patrona. verb. competens. q. 2. & Cæsar Lamberti. 1. lib. de iure patro. 2. part. quæstio. 2. artic. 29. quo in loco adductis viginti rationibus eam opinionem communem esse profitetur.

Octaua conclusio. Ad principem secularem spectat legitimum efficere
19 filium clerici, etiam in sacris constituti, quo ad successionem hæreditariã in bonis patris, & quo ad munera ciuilia, ea ratione, quod legitimatio sit actus ipsius principis. Bart. & alij in. l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posth. igitur ab ipso principe in filium laicum alicuius clerici exercenda est: qua ratione hanc conclusionem tenẽt Paul. in. l. si quis posthumos. in princ. ff. de lib. & post. Calderi. consil. 3. tit. qui filij sint legit. Soci. consi. 47. in. 4. volu. dicens hanc opinionem esse communem: quam idem Soci. sequitur in. d. §. forsitan. fin. col. optimus text. in authẽ. quib. mod. natu. effici. sui. §. illud. Sed econtrario hoc casu legitimandi ius ad Romanum Pontificem pertinere, suadet ratio. Hic enim filius legitimus fit, vt in bonis clerici succedat: sed bona clericorũ sunt à iurisdictione Regum, & imperatorum exẽpta. Abb. in. c. ecclesia. de constit. col. ante pe. igitur Romano Pontifici hoc ius competit non imperatori. Prętera pater debet legitimationi consentire, tamen clericus, etiam sponte nõ potest coram seculari iudice causam aliquã tractare. c. si diligenti. de foro compet. ergo non videtur à principe seculari hanc natalium restitutionem peti posse: quod tenet in hac specie Domi. in cap. fin. §. 1. de iudic. in. 6. idem in cap. quo iure. 8. distinctio. Soci. parum sibi constans. consil. 65. 2. colum. 3. volum. sentit Alexand. in consi. 87. 2. volumi. colũ. 3. incipienti. Visis codicillis. late Paul. Parisi. cons. 2. num. 23. lib. 2. Et licet Ioan. Crot. in dict. §. & quid si tantum. penult. col. minime fuerit ausus certam in hac quæstione sententiã eligere, & tutius sit ab vtroque principe hanc legitimationem exigi: ego tamẽ vt libere quid sentiam exponam, opinionẽ

nionem primam, quæ & communis
est, veriorem esse existimo: cum nulla
sit iurisdictio hoc casu in clericũ exer-
cenda: & ipse legitimandus laicus sit:
atq; ipsa bona prophana sint, & secu-
laria. Imo eadem ratione idem erit e-
tiã si filius sit clericus. Tametsi fatear
hoc vltimum satis dubium esse. Nam
& Deti. consi. 150. late probare nititur,
clericum etiam minoribus ordinibus
præditum à principe seculari legitima
ri non posse. Sed quo ad bona ex re-
ditibus ecclesiasticis adquisita, adhuc
opinor veriorem esse Dominici sen-
tentiam. Sic Ioan. Andre. in dict. cap.
per venerabilem. scribit, principem se
cularem posse legitimare filium sacer
dotis quo ad bonorum patrimonialiũ
successionem: quod approbant Præ-
po. ibi. §. quod autem. col. 77. & Cęsar
Lambertinus de iure patro. lib. 1. 2. par
te. q. 2. art. 29. num. 17.

Nona conclusio. Princeps, qui alteri
non subest causa ciuilis iurisdictionis,
potest proprios filios legitimos effice-
re ex natalium restitutione: veluti pro
prios subditos. tex. in dict. cap. per ve-
nerabilem. §. insuper. quem ibi Abb.
dicit singul. etiam si Iaso contrarium
ex eodem text. adnotare conetur in. l.
qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. om-
ni. iud. Nec mirum: cum & glo. illum
text. male intellexerit.

Decima conclusio. Is, qui Cæsari,
vel Regi subest, & ab eo potestatẽ ha-
bet legitimandi, non potest proprium
filium legitimare, absq; peculiari ad id
impetrata licentia. glo. in dict. cap. per
venerabilem. verb. Regi. ibidem com
muniter approbata. vt testatur Deti.
in. c. 3. de probat. col. ante. idem in. d.
l. qui iurisdictioni. vbi Iaso eandem
opinionẽ notat & sequitur. quod pro-
batur in dicto cap. per venerabilem.
etiam si contrarium velint Anani. &
Ludo. Bolog. consil. 29. gloss. tamen
hanc opinionem cõmunem non pro
bat, quia loquitur in principe, qui su-
periorem aliquem in temporalibus
non habet, nisi notetur argumento à
fortiori.

EX. §. SEQUENTI.

1 In petitione legitimationis, est principi exprimenda qualitas filij illegitimi.
2 Non est satis, si exprimatur ipsum filium esse spurium, sed est ipsum natiuitatis vitium in specie exponendum.
3 In petitione legitimationis, an sit principi exprimendum, filium ex duplici adulterio natum fuisse?
4 In petitione legitimationis est designandus ipse gradus, in quo cõmissus fuerit incestus.
5 In petitione nataliũ restitutionis, oportet principi exponere, an parentes illegitimi possint matrimonium contrahere.
6 In rescripto legitimationis, qualiter sit legum, & canonum derogatio facienda.
7 Ad legitimationem, quæ fit viuis parentibus an sint vocandi ipsorum parentum cognati, & agnati.
8 Ad legitimationem, an sit vocandus substitutus sub ea cõditione, si sine liberis institutus decesserit?
9 Ad legitimationem, quæ fit mortuis ipsis parentibus, an sint vocandi agnati, & cognati?

§. NONVS.

1 ERVM ex prædictis emergit alia quęstio, quali
ter sit impetranda, seu pe
tenda legitimatio, vt tuta
sit. In quo illud inter omnes cõuenit,
has legitimationes rescripto principis
ad

ad iuris derogationem concedi: ideo
in eis principi exprimendum est id,
quod mouere posset principem ad de
negandam prædictam natalium resti
tutionem, vel eum auertere à facili, &
forsan neglecta, ac minime circunspe
cta concessione. capit. postulasti. de re
script. quem text. dicit ibi Abb. sing.
& Corne. 34. in. 1. volumi. colũ. 1. Iaso.
consi. 105. volumi. 1. explicant late. Fe-
li. colum. 3. & Deti. in dict. cap. postu-
lasti. Forsan etenim si id, quo tacetur,
principi esset denuntiatum, concessis
set petita, certis legibus, aut præmissa
aliqua causæ cognitione, quæ animũ
quietum redderet. Vnde qualitas ip-
sius filij, an sit naturalis, vel spurius, est
exprimenda: vti probat text. melior
iuris secundum Paul. ibi in. l. sed si hac
§. patronum. ff. de in ius vocan. & in
cap. per venerabilem. colum. penulti.
& fi. qui filij sint legit. Oldra. consil.
247. Albe. in rubri. C. de nat. lib. Bald.
in. l. eam quam. C. de fideicom. num.
38. Nicol. de Vbal. de success. ab intest.
fol. 10. col. 4. Anto. in dict. cap. per ve-
nerabilem. num. 15. & ibi Abb. nume.
27. Anto. Rosel. de legitimatio. fol. 14.
cap. de causa formali. col. 3. & esse hãc
communem opinionem testatur ad-
ditio ad Marti. Laud in tract. de legiti-
mat. fol. paruo, 10. col. 1. quorum om-
nium rationes, si diligenter examina-
ueris, senties qualitatem vitij, quod si
lius habet exprimendam fore: siqui-
dem omnia eo tendunt, vt principi cõ
perta sint ea, quæ possent ipsum à con
cessione retrahere vel inducere ad di-
ligenter, & circũspecte cõcedendum,
re prius mature pensata. Ex quibus ali
quot sunt in hac materia notanda.

Primum, non satis esse in hac nata-
lium restitutione impetranda princi-
pi exponere, legitimandum esse spu-
rium. sed necessario id exigi, vt vitiũ,
quod is filius in conceptione contra-
xit in specie exprimatur: an scilicet sit
ex moniali natus: sicuti voluit optime
Ludo. de Sard. in tractat. legiti. fol. 13.
col. 4. atq; idem erit, si pater sit in sacris
constitutus, monachusue. Nec sufficere
dicere eum esse spurium.

Secundo hinc opinor esse notandũ,
in impetranda dispensatione esse prop
sus dicẽdum, an ille filius illegitimus,
sit adulterinus, an incestus. quod no-
tat Abb. in. d. c. per venerabilẽ. nu. 27.
si eius verba recte considerentur: & id
seruari in curia fatetur Nico. de Vbal.
Rotæ auditor. in. d. fol. 10. col. 4.

Tertio ex eadem radice aduertẽ-
dum est, quod si filius natalibus resti-
tuendus sit natus ex duplici adulterio:
idest ex coniugato, & coniugata: erit
hoc duplex vitium principi exprimẽ- 3
dum. Oldr. consil. 247. Alber. in dicta
rubri. C. de nat. lib. Præp. in dict. c. per
venerabilem. fol. 12. col. 4. Ferdi. Loa-
zes Episcopus Ilerdẽsis in tract. de ma
tri. dubio. 10. col. 2. dicens hanc opinio
nem communem esse. Quo fit. vt An
ge. opinio. consil. 204. vera non sit: vbi
dixit, filium esse vere legitimatũ, etiã
si principi, tantum id notum fiat, eum
esse adulterinum, cum tamen natus es
se ex coniugato, & coniugata, quam
opinionẽ sibi cõtrarius sequitur Præ-
po. in dict. c. per venerabilẽ. q. 4. col. 5.

Vnde

Vnde Oldra. opinio verior est, etiam si facta foret principi generalis mentio: istum scilicet esse spurium. quod Abb. probat in dict. c. per venerabilē. num. 27. quicquid in hoc vltimo contra teneat Deti. consil. 338. col. 3.

Quarto, his recte præuisis, necessariū esse arbitror, quod filius natus ex sorore, vel ex filia, ex nuru, matre, vel
4 fratris vxore, si velit à principe tutam & validam legitimationē obtinere, ex primat omnino gradū illū ex istis, qui eius cōceptionem dehonestauit. Nec me latet Caieta. 2. 2. q 154. arti. 9. probare, omnes incestus esse eiusdē speciei. Negari tamē nō potest, hanc qualitatem posse principem mouere ad denegandam hāc natalium restitutionem.

Quinto, ex his patet veram non esse opinionē Bald. in. l. si qua illustris. C. ad Orfici. quam ipse repetit in. c. 1. §. naturales. si de feud. fuer. cōtro. inter domi. & agnat. vas. dicens in impetranda legitimatione satis esse exprimere, filium spurium esse. quem sequitur Præpo. in dict. cap. per venerabilem. 4. q. Deti. consil. 55. col. 2. & consil. 338. col. 3. idem voluit Ioan. Andr. in cap. fi. de filijs presbyte. quorum opinionē eam sequutus dicit esse communem Ias. consil. 11. 3. volu. col. 3. & fina. Non enim video, cur ist hæc opinio sit admittenda. Nec mihi satis compertum est, eam ita frequenter receptam esse,
6 vt communis censenda sit. Posset fortassis procedere, vbi princeps legitimationē concederet alicui illegitimo, ex coitu quocunq; natus fuerit. Nam hæc principis verba eius mentem magis aperiunt. vt notat Paul. de Castro in cons. 30. 1. vol. Præp. in. d. c. per venerabilem. fo. 12. col. 4. Ludoui. Gozadi. cons. 85. nu. 4. Tametsi adhuc opiner, hanc sententiam tutam nō esse: & ita eam reprobat Nicol. de Vbald. in tractat. de successio. ab intesta. fol. 10. col. 4. Saltem seruanda non erit, quādo vitium est atrox: nēpe coitus cū moniali, matre, sorore, aut filia: atq; semper ipse consulerem omnia principi exponenda fore veraciter, & in specie.

Estitē in impetranda hac nataliū restitutione principi narrādum, atq; denunciandū, parentes ipsius filij illegitimi coniugiū posse honeste cōtrahere,
5 atq; eo subsequuto ipsum filium posse legitimum fieri. Est etenim necessarium, quod princeps hoc nō obstante ipsum filium legitimet. tex. in authen. quib. mod. nat. effici. legit. §. si igitur licentia. vbi glo. quā Bald. in. c. per tuas. de maio. & obed. notat, & Hipp. sing. 130. dicit eam sing. Cap. caut. 121. Anto. Rosel. de legitimatio. 2. lib. cap. de causa formali in princ. & Ias. in. l. Gallus. §. & quid si tantū. nu. 107. ff. de lib. & posth. quid quid in hoc dicat Ludo. de Sardis. in tracta. legitimationū. tit. de legiti. per rescriptum. q. 5.

Postremo est notādum, an in rescripto legitimationis requirat clausula, non obstantibus legibus contrariū di
6 sponentibus. Et cōstat, rescriptū principis cōcessum cōtra legem aliquam quæ futuris principum concessionibus, ac priuilegijs, minime derogat, hac clausula non indigere, nisi rescriptum id graue damnū alteri inroget: quo

quo casu dicta clausula sufficit: & est necessaria. quod si lex contra quam rescriptū conceditur, futuris his concessionibus derogat, atq; id rescriptū graue damnū alteri inferat, indiget clausula: non obstante lege contrariū statuente: ipsa lege nominatim expressa: sed si id prēiudicium graue non sit, sat erit generalem adijcere clausulam: nō obstantibus quibuscunq; iuribus contrarium statuētibus. Hæc notat Alex. cons. 187. in. 5. vol. cuius distinctionem sequitur, dicens eam communem esse Ludo. Gomez in. c. 1. de consti. in. 6. num. 104. ex qua opinione ipse infert, in rescripto legitimationis non esse necessarium expresse tolli. §. fi. in authē.
7 quib. mod. nat. effi. sui. qui futuris concessionibus derogat, in spuriorum legitimatione, sed satis esse subijci clausulam generalem: non obstantibus: nisi graue fieret alteri præiudiciū ex hac natalium restitutione. quam opinionem in curia Romana seruari, & communem esse asserit Nicola. de Vbald. in tract. de success. ab inteste. fo. 11. col. 2. ex quibus plura intelliges, quę Deti. notat cons. 10. latius Feli. in. c. nonnulli. de rescript. Quibus ego addo in rescripto principis, quo filius legitimatur aduersus ecclesiæ vniuersalis concilium inserēdam esse clausulam, quę expresse ipsius constitutionis mentionem faciat. ex decisione Archid. in. c. 1 de consti. in. 6. quā sequitur Soci. cōs. 65. col. fina. 3. col. & Gomez. in dict. c. 1. num. 179. Paul. Parisi. consil. 2. num. 30. libr. 2. quam opinionem melius, ac cæteris diligētius explicat Iacobatius lib. 5. de concilio. art. 18. quo in loco expressim asserit satis esse dicere: non obstante quacunq; lege contrarium disponente, etiā in concilio generali statuta. eandemque opinionem Archidiaconi totus mundus recepit, vt vtar verbis Feli. in dict. c. nonnulli. colum. 4. Vnde in hac materia erit hoc notandum, ad legitimationem, quæ fiat cōtra constitutionem cap. cum inhibitio. §. 1. de clandestin. despōsa, atq; alia ecclesiæ vniuersalis statuta.

Cæterū hoc in loco quæritur a multis, an in legitimatione concedenda à principe, sint cognati, agnati ve ipsius parentis, vocādi: in quo fit prima conclusio. Legitimatio filij, quæ ipso patre viuente impetratur, optime expeditur absq; alicuius citatiōe, modo patris cōsensus accedat. & probatur, qa ipse pater potest libere bona propria distribuere, igitur nulli facit iniuriā, si proprium filium consentiat à principe legitimum fieri. Bart. communiter receptus in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. fi. col. Deti. consi. 338. col. fi. quam opinionem fatetur esse communem idem Deti. cons. 55. col. 1. & 3. & idem consi. 367. col. fi. Andre. Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. verb. susceperit. nu. 53. & Nicola. Boeri. decis. 122. quæ quidem sententia procedit, etiam si filius legitimus efficiatur quo ad feuda in præiudiciū agnatorum, vt consulendo respondit Albert. Brunus consil. 1. cui consentiunt duo proxima responsa ibidem typis excusa.

Ex quo infertur primo, filium naturalem

ralem non posse legitimari à principe: etiam viuente, & consentiente patre, nisi filij naturales, & legitimi ipsius patris vocentur: cum eis fiat maximum præiudicium ex hac legitimatione: cuius præiudicij ratio habenda est, ex eo quod legitima eis debita diminuitur. Bald. in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. Alexander in l. ex facto. ff. de vulgar. num. 25. Andreas de Isernia in cap. 1. §. naturales. si de feudo fuerit cõtrouer. inter dominum, & agnat. vass. habent. etenim filij, patre etiam viuẽte in eius bonis, spem probatissimam. l. in suis. ff. de liber. & posthu. Hæc tamen conclusio est intelligenda ad hunc effectum, vt principi sit omnino facienda mentio horum filiorum naturalium simul, & legitimorũ: alioqui legitimatio erit surreptitia, nec valebit: siquidẽ causa legitimandi filios à lege illa potissima iudicatur: ipsum patrem legitima prole carere. §. si quis vero filios nõ habens. in authen. quib. mod. natur. efficiu. sui. & hoc ipsum eleganter, ac satis expresse in hac specie tradit Deti. cons. 85. col. penult. licet Frederi. cons. 57. contrariam sententiam in hoc veriorem esse existimet. Verum si facta mentione legitimæ, & naturalis prolis, adhuc princeps, etiam eis non vocatis, filios illegitimos natalibus restituat, etiam si malè faciat, valet tamen legitimatio non tãtum quo ad statum integrum ipsius filij, sed etiam quo ad successionem in præiudicium prolis naturalis simul & legitimæ. vt notat Alex. consi. 287. & 288. 5. volum. col. 1. Ioan. Crott. fol. 12. & Carolus. Ruinus fol. fina. in. d. §. & quid si tantum. vbi Ias. nume. 96. dicens hanc opinionem communem esse, eam sequitur & nouissime Emanuel à Costa Lusitanus in eod. §. & quid si tantum. 2. parte. nu. 132. qui nu. 141. diligenter tradit, quid dicendum sit, si pater illegitimi, parentes habeat: non tamen liberos. Hac tamen ratione, ne tantum præiudicium legitimis, & naturalibus liberis fieret Regia lege Taurina cauetur: legitimatos per rescriptum principis, nullo pacto ad successionẽ cũ legitimis, & naturalibus, fore admittẽdos. quod ipsa l. 9. & 12. aperte probatur.

Secundo, infertur ad legitimationẽ alicuius citandũ esse substitutum sub
8 illa conditione, si sine liberis institutus pater illegitimi decesserit: cum legitimatus hunc substitutum excludat: vt alibi docuimus. Illa etenim bona, quę pater obtinet, non sunt eius liberæ dispositioni subiecta: sed omnino sunt restituenda substituto. hanc igitur illationem probat Anchar. cõs. 427. Alexan. cons. 67. in. 1. volu. & est communis opinio secundum Deti. consil. 85. col. pe. & Crottum in dict. §. & quid si tantum fol. 12. col. 2. qui eam sequũtur. Ias. tamen ibi col. pe. cõtrarium tenet ex eo quod si vera esset cõmunis opinio, nunquam locus esset legitimato, excluso substituto: cum substitutus vocatus minime consentiret restitutioni natalium. Ego vero non consulerem principi, vt illegitimum legitimum efficiat in præiudicium substituti: nihilominus tamen cõsensus substituti non erit necessarius, etiam si citandus sit. vnde cessat ratio Ias. Cuius opinio, etiã si vera foret aduersus cõmunem: non tamen negat in rescripto huius legitimationis fore necessariam mentionẽ huius substitutionis: quod Carol. Ruinus sensit in di. §. & quid si tantum. ad finem.

Porro, quod modo diximus, viuente patre, legitimationẽ fieri posse, non vocatis ipsius patris intestati hæredibus, seu successoribus: est etiam intelligendum, si mortuo patre legitimatio fiat, ex præuia tamen ipsius patris voluntate, quod Bar. notat. in dict. §. & quid si tantum, in fin. quem alij ibidem sequuntur. probat tex. in authẽ. item sine. C. de natur. libe. Bartol. in. l. 2. colum. 3. ff. de vulga. Regia. l. 6. titul. 15. par. 4.

Secunda principalis cõclusio. Mortuo patre filij non possunt à principe legitimari, nõ vocatis ipsius intestati
9 patris successoribus, quibus iam ius succedendi est delatum. Bart. & alij in d. §. & quid si tantum. ad finem. Abb. in dicto. c. per venerabilem. nume. 29. nisi constet ex principis mente ipsum omnino velle successoribus præiudiciũ inferre, in intestati propinqui bonis: quo casu principis voluntati deferendum esse, ipse Bart. voluit per. l. 2. ff. de nata. rest. idem notat Anto. in dicto ca. per venerabilem. & ibi Abb. à quorum sententia, quia cõmunis est, non oportet recedere secundum Ias. in dicto. §. & quid si tantum. colũ. fin. & Crottum ibi folio. 12. colum. 2. vterque tamen eam improbat exigens, citationem horum, qui patri ipsius natalibus restituẽdi, iure optimo successores existunt ex causa illa, quod intestatus decesserit. Sed tamen etiam Ias. & Crotto refragantibus Barto. sentẽtia admittitur, quando hæreditas non dum est adita, alioqui si adita sit hæreditas, opinio Bart. foret iniqua, etiam si possessio nondũ apprehensa fuerit. Paul. Areti. Alexand. Soci. & Ruinus in dicto. §. & quid si tantum. colũ. fina. ex quibus Ruinus hunc intellectum ad Barto. assertionem, communem esse profitetur: idem asserunt ibi Galiaul. colum. fina. & Ioan. Crottus folio. 12. colum. 1. & ibidem Emanuel à Costa Lusitanus. 2. part. num. 174. quia princeps potest tollere ius alicui adquisitum ex delatione iuris ciuilis. Sed huic opinioni Bar. ita intellectæ, optime, atque erudite acerrimo ingenio, quo præditus erat, refragatur Fortun. in dicto. §. & quid si tantum. col. 132. negans pulchris rationibus, principem posse mortuo patre intestato, eius illegitimum filium natalibus restituere in præiudicium successorum, quibus est delata intestati hæreditas, quamuis adita non sit. Cuius opinio apud me plurimum semper valuit.

EX. §. SEQUENTI.

1 Clausula sine præiudicio successorum quibus hæreditas intestati parentis defertur adiecta legitimationi filiorum quid operetur?

2 Legitimatus rescripto principis an sit non tantum parentibus, sed & cognatis, & agnatis legitimus effectus?

3 Legitimatus rescripto principis admittitur ad retractum ex Regia lege.

4 Legitimatio an concedatur quo ad Cardinalium dignitatẽ, & quo ad Prætorium Rotæ.

5 Legitimato patre an nepotes ex eo, auo censeãtur Legitimi?
6 Dispensatio an extendatur ad connexa?

§. DECIMVS.

1 SOLET in hoc eodem tractatu dubitari, quēnã intellectum, aut effectũ habeant illa verba, quæ apponuntur in rescripto, quo quis legitimus efficitur sine præiudicio eorum, qui intestato successuri sunt. eam etenim clausulam in his rescriptis inseri iubet Reg. Cancell. 48. Eius ergo intellectus erit, vt legitimatus concurrat cum legitimis, & naturalibus: non tamen auferat successoribus intestati parentis hæreditatem, ante legitimationem eis delatam: autore Alexand. cons. 188. 5. vol. Cuius opinio cõmuniter reprobatur: nec iure admittẽda est. Ideo ipse Alexã. cons. 187. col. 2. vol. 5. post Anchar. cons. 153. aliter dicta verba legitimationis intellexit: scilicet, vt legitimatus præferatur omnibus successoribus intestati parentis, exceptis filijs legitimis, & naturalibus, quibus existẽtibus legitimatus succedit ex testamento, modo legitima pars debita ipsis filijs legitimis, & naturalibus nõ diminuatur: sequitur eum Ioan. Crottus in d. §. & quid si tãtum. fol. 12. col. 3. & Antoni. Capicius decisio. Neapolitana. 22. idem notat Paul. de Cast. in dict. §. & quid si tantum. col. pe. quorum opinionẽ cum prius dixisset communẽ esse Hieronymus Grattus cons. 63. col. penul. lib. 1. tandem subdit se dubium esse, an vera sit an cõmunis. *Eam tamen admittunt, & sequuntur Angel. cons. 264. incip. Viso puncto. Paulus cõs. 27. lib. 2. Altia. in rub. ff. de liber. & post. num. 13.*

Verum video plerosq; in hoc conuenire, vt legitimatus ex prædicta clausula minime admittatur, etiam ex testamento, in præiudicium legitimorum filiorum, quo ad eorum legitimam. quod & Soci. notat cons. 95. 4. volu. col. 7. idem Soci. cons. 41. volu. 3. col. 3. maxime col. fina. *Qui & Paulus in dict. cons. 27. lib. 2. Corneus cõs. 3. lib. 1. Altiat. in dict. rub. de lib. & posthu. num. 14. & Feli. in cap. cum olim. de re iud. col. penul. asseuerant, filium legitimatum apposita hac clausula, non succedere cum legitimis patri intestato. Quod fere fatentur omnes.* In cæteris forsan opinio Anchar. procederet, ex eodem Soci. quando esset clausula ita concepta. Sine prejudicio legitimorum hæredum. & quamuis Grattus dict. cons. 63. col. penul. hanc differentiam improbet ex. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. vbi legitimi hæredes dicuntur quicunq; intestato succedunt: tamen ex principis mente, & ex potiori significatione, hac in re videtur probabilis prędicta verborum distinctio. Nam prædicta clausula, sine præiudicio successorum patris intestati, hoc inducere videtur, vt legitimatus ex testamento admittatur: attamen mortuo patre intestato, excludat ab agnatis, & cognatis intra quartum gradũ, cæteros vero vxorem, & fiscum ipse filius excludat. ita notat Nico. de Vbal. in tracta. de successio. ab intest. fol. 12. col. 3.

col. 3. & 4. Corne. cons. 3. in. 1. volumi. quam opinionem dicit communem eam sequutus Deti. cons. 338. col. 2. idẽ Deti. cons. 393. col. 1. *Soci. Iunior cõs. 97. num. 43. & cons. 120. num. 21. lib. 2. & ante eos Mari. Soci. cons. 212. col. penult. & præter hos *Paris. cons. 14. lib. 2. num. 44. Soci. cons. 95. col. 5. volu. 4. idem Soci. in dict. §. & quid si tantum. nume. 21. vbi subdit ita legitimatum etiam rumpere patris testamentum, si sit institutus hęres aliquis extraneus à cognatione patris. *Extraneum autẽ hoc in casu intelligo eum, qui filium legitimatum non posset iure sanguinis ab hæreditate patris excludere. ex eodem Soci. consil. 95. nu. 29. Angelo. consil. 264. Nicolao de Vbald. in dict. folio. 12. col. 3. & Stephano Bertrando cons. 160. col. 2. lib. 3. huius vero opinionis examen diligentius constabit ex probatione rationis, quam Socin. adducit, quæ late discutitur à Roma. in l. vt liberis. col. 2. C. de collat. Alexan. & alijs in dict. §. & quid si tantum. Latius ab Albert. Bruno in tracta. de statutis exclud. fœmi. arti. 10. q. 4. ex quibus fortassis dubia videbitur quibusdam Socini, & aliorum sententia, vt tandem filius hac adiecta clausula legitimatus, non possit rumpere patris testamentum, etiam si extraneus alioqui non successurus ab intestato, hæres fuerit institutus. Quod tenuit constanter insignis doctor Petrus à Perusio, cuius Nicolaus de Vbaldis, Bertrãdus, & alij meminere, ab eius sentẽtia non omnino discedentes. Æquissima tamen est prior opinio. *Præterea hoc in loco notandum est legitimatum re 2 scripto principis, non tantũ legitimũ, & agnatum fieri ipsi patri: sed etiam omnibus ipsius parẽtis agnatis, absq; eorum consensu, etiam quo ad successionem. tex. in auth. quib. mod. natura. effici. sui. §. quapropter. notat. Paul. Cast. cons. 34. nu. 12. 1. volu. Bar. & Bal. in. l. cõmuniũ. C. de natur. liber. Alex. cons. 2. 1. volu. nu. 36. Deti. consil. 365. num. 5. Ias. in. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. nume. 241. Curti. Iunior consil. 37. col. 1. Aymon Sauilli. consil. 138. col. 2.* & Roderi. Suarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. super lege Regia. limitat. 12. Quod est intelligendum in propria, & vera legitimatione: non in dispensatione. vti optime intellexit Anto. in. d. c. per venerabilem. nu. 17. probat Regia. l. 12. Tauri. ibi cæteris cognatis. quo in loco Ioan. Lupi. dixit corrigi ius cõmune, ex quo legitimatus rescripto principis non fit legitimus, nec agnatus alijs agnatis, vel cognatis, præterquam ipsi patri, absq; eorum consensu. per tex. in auth. quib. mod. natu. effici. sui. §. filium. Sed tex. ille loquitur in legitimatione, quæ fit per oblationẽ curiæ. in qua prædicti omnes Docto. diuersum putãt, à legitimatione, quæ fit rescripto principis. quam differentiam expressit Regia. l. 7. tit. 15. part. 4.

Sic etiam errauit Iason. in. l. fratres. C. de inoff. testa. col. pen. dicens, legitimatum rescripto principis, soli patri, non cæteris agnatis, legitimũ, & agnatum fieri. Vnde ex his infero ex lege Regia, ad ius retractus admittendum 3

esse legitimatum rescripto principis. quod notat Carol. Molendinæus in consuet. Parisiens.titu.1. §.8.in gloss.1. post Matthæ. ab Afflict.in tract. iuris protimiseos. versic. item quæro an cõ sanguineis:licet Deti.consil.275. incipienti:in causa,quæ Lucæ agitur. dubio.3. & Tiraq. lib.1. de retract. §.1. in glo.8.num.12.contrarium teneant, ex eo quod legitimatus in statutis non comprehenditur aliquo pacto sub legitimis:quæ ratio Regiæ legi minime conuenit: quippe cui nec statuti, nec
5 municipalis legis nomen aptari possit. Imo & in statutis posse legitimatũ intelligi sub legitimis, potest comprobari ex his,quæ diximus superius.Pręterea lex,quæ retractum permisit, nõ vtitur ita strictis dictionibus,vt solum ipsos legitimos ad ius istud vocet,etiã si illegitimos eadem lex expressim minime vocauerit. vt ipse Tiraq. disputat.dict.glo.8.num.4.

Item illud prætermittendum nõ est legitimatum rescripto principis,priuilegiũ illud habere, quod in gradibus Regula Cancel.Iulij Secundi concessit,secundum Nicola.de Vbald.in tra
4 cta.de successio.ab intest. fol.9.col.4. dicentem secus esse quo ad genus, & nobilitatem:vbi etiam profitetur:nunquam aliquem legitimatum fuisse ad Cardinalis dignitatem obtinendam: atq; semel id cõcessum fuisse:sed legitimatum non potuisse sequuta morte dignitatem illam consequi: idem asserit nec ad Rotæ Prætorium admitti illegitimos, etiam natalibus restitutos principis rescripto, quãuis Romanus Pontifex expresse id concedat:eadem refert Ludo.Gomez.in reg.Cancella. de triẽna.poss.q.2.dicens hac de causa Philippũ Decium virũ alioqui nostra ætate summis dignũ laudibus, ab eodem Prætorio repulsum:cum semel à Romano Põtifice hoc munus esset ei delatum.Regia vero.l.12.Tauri,legitimatũ rescripto principis ad quoscũq; honores,ac publica munera admittit.

Deniq; & illud quæri potest,an filio legitimato per rescriptum principis, nepos ex eo naturalis,& legitimus,cẽsea ipsi auo effectus legitimus. Quæ in quæstione existimo ipsum nepotẽ esse auo legitimum, ex eo quod eius pater fuerit legitimatus.Quæ conclusio probatur primo, quia legitimatus vere legitimus censetur,ex Bart.assertione in.l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. cuius sententiam alibi probauimus:sed si pater legitimus esset,nepos patris locum subintraret.l.si auus. C.de lib. præte.l. posthumorum.ff.de iniuf. rup.l. Gallus.§. nunc de lege. ff. de lib. & posthu. igitur idem erit si sit pater legitimatus.

Secũdo.Fortior est legitimatio,quã adoptio.authen.quib.mod.natura.efficit.sui.§.tribus.Bald in.l. neq; absens. ff.de adopti. Sed patre adoptato principis autoritate,cẽsentur nepotes adoptati.l.2.§.fina.ff.de adoptioni.ergo& eodẽ modo legitimatio erit censenda.

Tertio,facit.l.fi.C.de nat.lib. vbi nepos ex radice infecta prohibetur auo succedere : igitur à contrario , si radix desinit esse infecta , succedet auo ipse nepos.

Quarto,

Quarto, aliquo succedere prohibi- 5
to,eius proles etiam censetur prohibita.tex.vbi Ang.id notat in auth.de hęred. ab intest.§. reliquũ.vers.ex diuerso.Bald.in.l.fin.C. de verbo.significa. igitur aliquo admisso ad successionẽ, eius proles admissa iure dicitur.

Quinto.legitimatio nõ est ita restringenda, quin ad consequentia extendatur. autore Domi.in.c.1. §.1. & in.c. 2.col.2.de filijs presby.in.6.Ias.in rub. 1
ff.de libe.& posth. num.14. non ergo erit mirum patris legitimationem ad nepotes extendi.

Sexto,tametsi dispensatio ad consequentia,seu annexa,sine quibus consistere potest,non extendatur ex communi sententia: tamen quando accessoriũ non indiget dispensatione: quia non est vitio infectum: sed tantum id vitium habet à principali:remoto illo defectu à principali per dispẽsationẽ, consequens, & accessorium liberum erit ab omni macula. Domi. & Præp. in.c.nos consuetudinem.12.distin.Feli.in.c.postulasti.de rescrip. nu.10.glo. in cap. statutum.vers. dignitate.de rescript.in.6.igitur sublata macula, quã pater ex conceptione sortitur,filius legitime natus,est liber à paterno vitio, & sic erit legitimus.

EX. §. SEQVENTI.

1 Quo tempore à iure Pontificio prohibeantur nuptiarum solennia.
2 Secundæ nuptiæ an sint benedicendæ.
3 Contrahens matrimoniũ cum meretrice opus pium agit, atq; indulgentiam peccatorum consequitur.
4 Meretrix quæ dicatur.
5 Intellectus ad.l.palam.ff.de ritu.nupt.
6 Regia lex Tauri explicatur.

§. VNDECIMVS.

SED & præter alia illud notandum erit,nuptiarũ solennia celebrari nõ posse, iure Pontificio prohibẽte,à septuagesima vsq; ad octauam diem post Pentecosten.c.Capellanus. de ferijs.in quo illud est aduertẽdum, 1
ipso die Dñico post Pentecost.quo festum Trinitatis ab ecclesia celebratur, posse nuptiarũ solennia peragi:atq; ita est intelligendus text.in.d.c.Capellanus.dum dicit.dñica,quæ sequitur,scilicet,post Pẽtecosten secũdũ Imo.ibi. Flor.3.par.tit.1.c.17.Sylvest.verb. matrimoniũ.7.§.2.& Regiã.l.18.tit.2. par. 4. quãuis Abb. in dict. c. Capellanus cõtrariũ cum alijs Docto.tenere velit.

Item illud addendum est,ab aduentu Christi vsq; ad Epiphaniæ festum, etiam hęc nuptiarum solennia esse vetita.c.nõ oportet.33.q.4.ita vt nec ipso die Epiphaniæ possint hæc solennia contingere. Abb.& alij in dict.c. Capellanus. dicta. Regi. lex.18.Florent. & Sylvest.locis paulo ante citatis.Aduentus autem Redemptoris nostri incipit die Dominico,qui cõtingit à die vigesima septima Nouembris ad tertiam diem Decembris. vt notat Specul.lib.6.rational.rub.de aduentu.

Est tamen à præfata prohibitione deducendum tempus à Dominica,quæ octaua est à Resurrectiõis die, ad dies vsq; Rogationum exclusive: ita vt in hoc tempore possint nuptiæ celebra-

ri non tamen ipsa die Dominica, quæ octaua est à resurrectione, nec in ipsis diebus Rogationum. c. non oportet. 33. quęs. 4. & hoc ipsum notant prędicti Docto.

Hic etiam agendũ est, vtrum secundæ nuptiæ sint benedicendę? & cõstat
2 ex. c. 1. de secund. nupt. clericum secũdas nuptias benedicentẽ ab officio, & beneficio suspensum, ad apostolicam sedem mittendum esse cum literis episcopi. Qui tamen tex. locũ habet, vbi constante priori matrimonio presbyter secũdas nuptias benedixit. Ioã. Andre. Ant. Abb. & alij ibidem. Regia. l. 2. tit. 12. par. 4. Sed Sylvest. verbo. nuptiæ. intelligit illum text. ita vt locum habeat, etiam priori coniugio soluto, si vterq; coniugũ iam fuerat semel benedictus, vel saltem ipsa mulier: quod si fœmina nondum fuisset benedicta, potest tunc benedictio solenniter fieri. idem Tho. in. 4. sentent. dist. 42. q. 3. ad finẽ. Cuius opinio in praxi seruatur secundum Henric. in. c. vir autẽ. de secund. nupt. vbi glo. hoc etiam notat.

Pœna vero suspensionis per sententiam erit imponenda: non autẽ infertur à canone ipso iure. Hostiens. Abb. & alij in dicto. c. 1. quorum intellectus communis est ad illum tex. vt testatur ornatissimus vir, ac Præsul Calagurritanus Ioan. Bernar. in sua praxi. c. 68. idem notat Henric. in d. c. vir autem. & Paludã. in. 4. sent. dist. 42. q. 3.

Est tamen hac in re notãda Ioannis vigesimi secundi extrauagans constitutio, ex qua missio sacerdotis, secundas nuptias benedicentis, ad Romanã curiam, omnino tollitur. Ex ea etiam probabilior apparet illa opinio, quam Henri. in dicto. cap. si vir refert, pluribus autoritatibus ad eam citatis: scilicet, secundas contrahentem nuptias benedicendũ esse, si prioribus nuptijs benedictus non fuerit, siue sit vir, siue fœmina. quod si benedictus is semel fuerit, non esse benedicendum. Sed opinionem sancti Thomæ vsus frequentior recepit.

Libet equidẽ illud, veluti huius paragraphi coronidẽ, adnotare contrahentem matrimoniũ cum meretrice, maximã peccatorũ indulgẽtiã à canone
3 consequi ex. c. inter opera. de sponsa. Siquidẽ maximũ misericordiæ opus est, peccantẽ corripere, eumq; à peccato auertere: est em misericordiæ opus spirituale, quod corporalibus operibus misericordiæ præstat. vt notat Archid. in cap. tria. 45. distinc. Thom. 2. 2. q. 32. art. 3. Henric. in dict. c. inter opera. optime Dominicus à Soto in eleganti, atque omnibus numeris erudita relectione de secreto. memb. 2. q. 1. conclusi. 3. conceditur ergo hoc opus exercenti remissio peccatorum omnium, secundum Cardi. & Præpo. in dict. c. inter opera. Quibus Abb. refragatur dicens, non concedi remissionẽ peccatorum omnium. Ego vero arbitror, ex intentione dicti canonis tantam pœnam indulgeri accipienti meretricem in vxorem, quantam conuenit, ei distribui ex thesauro ecclesię, ꝓpter istud misericordiæ opus applicata satisfactione, ab ipso summo huius thesauri dispensatore.

Meretrix

Meretrix autẽ dicitur illa, quæ palã libidinem exercens, quęstum facit: cuiusq; turpitudo publice venalis est: vti probat Iuriscõsultus in. l. palam. ff. de
4 ritu nupt. Regia lex. 10. tit. 16. part. 3. c. meretrices. 32. q. 4. Item illa quæ multorum libidini patet. c. vidua. 34. dist. etiam sine quæstu. vt in dict. l. palam. constat. Ex qua etiam apparet nil referre, an sit in lupanari caupona, alio ve loco, aut taberna, prostituta. Illam etiam, quæ duos ad coitum causa quęstus, nec plures admisit, meretricem esse existimat Abb. in. c. cum decorẽ. de vita, & honesta. cleri. idem Abb. & Præp. in. d. c. inter opera. Ioan. Lupi. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 40. & in. l. 62. Tau. vbi passim cæteri interpretes id asserunt, per tex. in dict. l. palam. Ab ea tamen tãtum abest huius opinionis probatio, vt manifeste contrariã approbet. Item, inquit Iuriscõsultus Vlpianus, quæ cum vno, & altero se pecunia accepta, commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere. Quibus verbis satis apertum est Abb. & sequacium opinionẽ prorsus refelli. Illa etenim verba, quę cum vno & altero duos significãt tantum: quod constat ex Laurentij Vallæ adnotationibus lib. 3. eleganti. c. 59. Cui mire conueniunt Ouidij carmina ex epistola Sapphus ad Phaonem.

Inde Chelyn Phœbo, communia munera, ponam.
Et sub eaversus vnus & alter erit.
Grata lyram posuit tibi Phœbe Poetria Sappho.
6 *Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.*

Sic & Augustinus lib. 3. de ciui. Dei c. 18. dixit. Cuius in primo, & altero libro mentionem fecimus. de primo & secũdo libro intelligens. eadem significatione vtitur Valeri. Maxi. lib. 6. c. 4. de Alexãdro sic scribens. Dario em vno iam, & altero prælio virtutẽ eius experto. subdit paulo post. vocẽ duabus victorijs respondentem, dignãq; cui tertia, sicut euenit, tribueretur.

Hinc etiam deducitur egregie errasse hac in re Matthæ. ab Afflictis post
5 Lucã de Penna. in constitutioni. Neapolita. tit. 43. lib. 3. dicẽte meam fœminam meretricem esse, quæ causa quęstus vnum tantum virum ad coitum admisit, atq; ex eo à vicinia expellendã fore. per tex. in. l. mariti. §. qui quæstum. ff. de adul. qui tamen tex. loquitur in marito lenocinium committente, & quæstum ex hoc faciente: in quo sat est, semel quæstum accepisse. esse tamen à vicinia expellendam meretricem, atq; in lupanar relegandam probat. l. 2. tit. 22. part. 7. & notat Lucas de Pẽna in. l. si qua. col. 2. C. de spectacul. lib. 11. Paul. de Castro in. l. nullus. C. de summa trinitate. Bald. in. l. 2. in fine. C. de iure emphyte. Platea per textũ ibi in. l. cum supra. C. de re militari. Matthæus de Afflictis in dicta rub. 43.

Cæterum dum Regia. l. 62. Tauri. prohibet ob pecuniã debitam fœminas deduci ad publicum carcerem, nisi sint fœminæ manifeste fornicariæ: non arbitror fore necessarium, vt secunda legis pars locum habeat, fœmi
6 nam esse meretricem. Sat enim erit esse publice alterius concubinam: quod

ex Baldo colligitur, qui in.l.consentaneum.C.quo.& quan.iud. fina.col.dixit fœminam luxuriose viuentẽ, quæ quidem honesta non est, pro debito pecuniario posse ad carceres duci. Hoc tamen simul cum Regia lege est ita intelligendum, vt locum habeat, quando hæc fœmina inhonesta, atq; impudica nupta non est: quod si nupta fuerit, duci ad carceres pro pecuniario debito non debet. Ioan. Andre. in additioni. ad Specula. titu. de iniurijs. quem sequuntur Ias. in.l. ad egregias. ff. de iureiuran. Barba. consil. 27. colum. 1. volu. 1. Ioan. Lupi. in cap. per vestras. 3. notab. §. 21. nume. 21. Capicius decisio. Neapolit. 44. idq; passim dictæ Regiæ legis interpretes admonent. idem notant Alexand. & Ias. in l. plerique. in fine. ff. de in ius vocan. Barb. in cap. pastoralis. colum. 6. de iudic. Detius in l. 2. ff. de reg. iur. nume. 78. fieret enim maxima iniuria marito, & matrimonio. quod maxime coadiuuatur ex. l. si vxor. §. diui. ff. de adulter. quem text. præfati Doctores passim adducunt ad eorum sententiã comprobandam: post Roma. qui in l. si vero. §. de viro. fallentia. 2. ff. soluto matrimo. illum ad id valde cõmendauit: eandem cõclusionem notat Ludouicus Gomez in capit. mulieres. de iudic. in. 6. nume. 15. tametsi Detius in dicto capit. pastoralis. & Ioan. Baptista de debitorib. susp. & fugit. q 5. in fine: aduersus hanc opinionem probare conentur nil referre, fœminam coniugatam esse, quo minus ad carcerem duci possit, si meretrix sit: quorũ opinio procedere poterit eo casu, quo nupta consentiente viro fornicetur, vt in hac specie adnotauit Ioan. Baptista dicta quæstio. 5. quem sequuntur Ludoui. Gomez in. d. c. mulieres. & Hippo. in. l. vnica. C. de rapt. virg. num. 31.

EX. §. SEQUENTI.

1 Iudex quis sit vere competens ad causam coniugalem tractandam.
2 Causa coniugalis an possit compromitti?
3 Iudex secularis an possit de causa matrimoniali cognoscere?
4 Iudex laicus vtrum valeat iudicare vsurariã controuersiam.
5 Regia. l. 4. titulo, de exceptionib. lib. 3. ordina. explicatur.
6 Contestatio litis an sit necessaria in causa matrimoniali?
7 Testes in causa matrimoniali qui sint admittendi?
8 Testes omni exceptione maiores qui dicãtur?
9 Confessionis sacramentalis arcanum non est reuelandum ad matrimonij probationem.
10 Confessionis sacramentalis secretum non est detegendum, etiam quo ad crimen committendum in perniciem Reipublicæ, saltem nominato autore.
11 Confessionis sacramentalis secretum an ex licentia confitentis detegi possit?
12 Sentẽtia lata in matrimoniali causa à qua prouocatum non est, an transeat in rem iudicatam.
13 Sententia à qua non est appellatum, qualiter ex eo sensu tacito ipsius condemnati vires assumat rei iudicatæ.
14 Sententia in causa matrimonij spiritualis an transeat in rem iudicatam?
15 Sentẽtia in criminali causa an transeat in rem iudicatam?
16 Defensiones an possint à reo criminis renunciari?
17 Defensio ab occisione an licite omittatur ab illo, qui poterat se defendere occidendo inuasorem?
18 Condemnatus appellationẽ omittens an possit contra iudicem agere ex iniquitate sententiæ?
19 Sentẽtia iniqua an reddat victorem tutum in conscientiæ iudicio?

Sententia

20 Sententia diuortij quo ad thori separationem an transeat in rem iudicatam?

§. DUODECIMUS.

EX his tandem, quæ hoc libello tradidimus lector diligens facile cognouerit, quanta sit causæ cõiugalis grauitas: in qua quidẽ non tantũ humana iura, sed & diuina tractare oportet: in qua de maximo sacramẽto agendũ est: in qua deniq; non de re pecuniaria, nõ, inquam de re leui, minimiq; momẽti, ac friuola: sed de perpetua, atq; inuiolabili humana societate est iudicandũ. Proinde nõ temere: sed maxima deliberatione præuia Sacrosancti Canones statuerunt, huius iudicij quæstionem, quo ad cognitionẽ & diffinitionẽ, solis episcopis pertinere. c. multorum. 35. q. 6. c. auditis. de præscript. tex. cæteris apertior in. c. accedẽtibus. de excess. prælat. teste Panormi. in. c. 1. de consanguini. quibus cõuenit Regia. l. penult. tit. 10. part. 4. Potest tamẽ episcopi vicarius huius cõiugalis causæ cognitionẽ tractare, etiã ex generali cõmissione ẽpi. tex. vbi Abb. & Prẽp. in. c. fi. de cognat. spiritua. tex. optimus, quẽ ipse post Hostien. ibi. 2. col. ita intelligo in. c. literas. de rest. spolia. idẽ notat Lambertinus de iure patronat. 3. part. 2. lib. q. 2. artic. 3. Atq; etiam capitulum vacãte sede episcopali, ex eadem ratione: quod late tractat Francisc. Pauinus in tract. de potestate. cap. sede vacant. 1. part. quæstio. 10. col. 3.

Est tamen dubium, an ex delegatione possit inferior episcopo habere huius causæ cognitionem. Et ex cap. proposuisti. de probat. & cap. ex literis. de in integrum restitut. & c. 1. vt lite non contesta. probatur causam matrimonialem à Romano Pontifice delegari non solum episcopis, sed & inferioribus: nempe Archidiaconis, Prioribus: & Archipresbyteris: quod in hac specie notat Abb. in cap. 1. de consanguinita. & affinita. super glos. 3. quæ hoc probat. & Barba. in. c. 1. vt lite non contesta. 2. colum. Deti. in cap. si pro debilitate. de offi. deleg. colum. 4. quod de iure negari non potest: sed non solent Romani Pontifices causas matrimoniales, nisi ex aliqua iusta causa alijs quam episcopis committere. vt Ioan. Andre. Abb. Antoni. Felin. colum. 3. & Deti. in dicto cap. si pro debilitate. testatur. & idem Deti. in dict. cap. proposuisti. colum. 1. Docto. per text. ibi. in cap. causam matrimonij. de offi. deleg. Collectari. in. c. 1. de cõsang. & nouissime Ludoui. Gomez. in cap. statutum. num. 82. de rescript. in. 6. Quod si matrimonialis controuersia à Romano Pontifice cuiquam delegetur, non poterit is delegatus: etiam episcopo eam subdelegare propter ipsius causę grauitatem. autore Abb. in. d. c. si pro debilitate. col. pe. vbi Ioan. Andr. in fine. Ant. col. 2. & Feli. 3. idem asserunt. quamuis Deti. ibi. num. 4. teneat contrariũ, dicens posse causam matrimonialem subdelegari, saltem episcopis: atq; id ex Panorm. colligit, quem corruptum vitio impressoris habuit: vt constat ex antiquioribus, à quibus Panorm. eandem cõclusionem accepit. Nec obstat text. in. d. c. ex literis. de in

integr.rest.vbi delegatus causam matrimonialem subdelegauit, quia eam commisit collegæ, cui ipse Romanus Pontifex eãdem causam commiserat, & cuius industria ab ipso principe ad idem negocium electa fuerat. Si tamẽ causa coniugalis, tãtum circa thori separationem tractetur, solet committi etiam his, qui episcopi non sunt. text. vbi id in specie notant Ant. & Socin. col.1.in.d.c.1.vt lite non contest.

Verum ex prescriptione competere potest alijs, quam episcopis causæ cõiugalis cognitio, ac diffinitio, quod notant Doct.per text.ibi. in.c.auditis.de præscript.& probatur in.c.accedentibus. de excess. prælat. vbi idẽ notatur de priuilegio, & de consuetudine.glo. in.c.1.de consang. cõmuniter ibi recepta glos.in.c.literas.de rest.spoliat.

Item ex delegatione speciali episcopi poterit inferior huius causæ cognitionem accipere.gloss.in.d.c.1. de consang.singu.secundum Abb.vbi Henri.& Præpo. idem notant. Idem Abb. in.c.ex literis.de in integr.rest.& Hostien.in.d.c.literas.2.col. quorum opinio communis videtur. Debet tamen hæc causa tractari, vel ex commissione speciali, vel generali à iudice, qui sit peritus in iure Pontificio. Nam & Barba.in.c.proposuisti.de probat.col. 1.defendere conatur, ad sententiam in hac causa ferendã esse ita necessariã iuris canonici scientiam, vt sententia ab huius disciplinæ ignaro lata minime teneat.argumento assumpto ex dicto c.1.vbi Hostien. Abb.& cæteri Doct. communiter asserunt contrarium, dicentes iniquũ esse, quenquã coniugalem controuersiam diffinire, qui non sit iuris canonici peritus: tamen latam sententiam validam esse propter iurisdictionẽ, quã habet is, qui eam tulerit.

Hinc etiam constat non posse quæstionẽ coniugalẽ, quæ inter duos tra-
2 ctatur, in arbitrum cõpromitti.c.pen. de in integr.restit.notat gloss.in.c.1.de consanguinita. & in.l.non distinguemus. §.Iulianus. ff. de arbit. Regia. l. 24.tit.4.part.3. Imo Roma.scribit. cõsi.299, ab arbitris laicis causam coniugalẽ, nec principaliter, nec incidenter diffiniri, aut examinari posse, contra Bal.in.l.vnica.C.de confes.nu.37.quẽ Alex. reprobare videtur in.l.quotiẽs. C.de iudic.quibus accedat tex.in.c.cõtingit.de arbitr. vbi glo.cõmuniter recepta hoc ipsum notat. Multo fortius transactio in causa matrimoniali fieri nequit.c.fi.de transactio. Vnde quamuis causa spiritualis possit cõpromitti in laicum arbitratorem, quem amicabilem compositorem vulgus appellat secundũ Roma.consi.173. Alexã.in.l. quotiens.C.de iudic.Feli.in.c.cum sit generale.nu.3.de foro cõpet.Anchar. consi.34.2. col.Deti.in.c.2.de iudic.in princ.vbi asserit hanc opinionem cõmunem esse, & ibi Ripa num.13.idem profitetur: contra Abb.in.d.c.contingit.Roma.in.l.Titia.ff.solut. matri.& Barba.in. d.c.2. tamen causa spiritualis, in qua transactio fieri non potest, non poterit, nec in laicum, nec in clericum arbitratorem cõpromitti. quod notat expresse Ripa. in dict.c.2. nu.13. siquidem compromissum in arbitratorem

torem factum transactioni comparatur.glos. in auth. vt different. iudic.in princ.Bart.in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.col.2.Abb.in.c.quin tauallis.de iureiur.nume.7.& seq.notat Ias.in.§.omnium.de actioni.num. 18.Bald.Paul.& Ias. in.l.transactionis. C.de transact.optime Deti. consi.60. colũ.3. Igitur, cum in causa matrimoniali nõ sit transactioni locus, nec erit admittendum compromissum in arbitratorem factum.

Imo ex ratione tex. in cap.1. de consan.& affini. opinor causam coniugalẽ, in qua de fœdere matrimonij agatur, non posse etiã arbitrum clericum tractare ex vi cõpromissi, etiam si incidat in causam, cuius legitimam ex consensu partium cognitionẽ habet.
Iudex vero secularis minime potest
3 discutere matrimonij causam, neque eius vllam cognitionẽ habet, etiam si tractetur de cõiugij separatione quoad thorũ, vt diximus superius.c.7.§.6. num.8.etiam si coniugalis causa incidat in iudicium hęreditariæ successionis.quod etiã notauimus hoc eodem. c.§.3. num.4. Sed sunt, qui existiment
4 iudicem laicũ posse causam istam matrimonij tractare incidẽter, si controuersia in facto, non in iure cõsistat. ita Bar.in.l.Titia.ff.solut.matri. idẽ Barto.in.l.2.ff.de iurisdic. omni.iud. tunc enim nulla iuris canonici peritia necessaria est, & causa ipsa mere temporalis cẽsetur. idẽ notat Abb.in.c. post miserabilem.de vsur.idem Abb.& Feli. col.3. in. c. cum sit generale.de foro cõpet.quibus tex. in dict.c. post miserabilem.optime suffragatur, quem ad id notat Roma.in dict.l. Titia. vbi ipse, & Alexan 3.col. fatentur prædictã opinionem cõmunem esse. idem etiã asserunt Ias.in.l. quotiens.C. de iudic. Deti.in.c.2.num.24.de iudic.vbi Franciscus de Ripa num.17.eandem sententiã defendit cõtra Deti.ibi. qui contrarium voluit post Imol. & Raphael.in dicta.l. Titia. De quo & Iaso dubitat in dict.l.quotiẽs. Vnde consultius res agetur, si oblata incidenti, super matrimonio, vel alia causa ecclesiastica, quæstione etiam facti, coram seculari iudice, is cuius interest ad ecclesiasticum iudicem accesserit, ab eoque petierit, vt illius quæstionis cognitionẽ assumat, atque iudicem laicum inhibeat: ne in ea etiam incidenter procedat. tunc enim, si iudex secularis nondum cœpit id negocium tractare, ecclesiasticus citatis his, quos id tangit, eãdem incidentem causam expediet: vt consuluit Gerard.sing.96.

His accedit, quod notat Antoni. in c.tuam.de ordi.cognit.per illum text. dicens iudicem laicum, coram quo ad
4 uersus contractum fuit obiecta exceptio vsurarum, posse inhiberi à iudice ecclesiastico, ne in illius cõtractus exequutione procedat, donec exceptio vsurarum sit à iudice ecclesiastico diffinita. quod etiam docet Ambrosi. de Vignate in cap.salubriter.de vsur.nume.125. sentiunt idem Bald.in.l. consulta.C. de testament. & Imol. in cap. cum in iure. de offic. delegat. Ex quo Bartho. Cœpola consi.ciuilium causarum.18. asserit debitorem captum à iudice

iudice ſeculari liberandum eſſe omni
no à carceribus, ſi per iudicem eccle-
ſiaſticum fuerit pronunciatũ illud de
bitum inductum fuiſſe ex cauſa vſura
ria, eo quod ipſe debitor vltra ſortem
illam quantitatem creditori promiſe-
rat. Vnde Regia.l.4.titu. de exceptio-
5 ni.lib.3. in ordi.Reg. dum dicit iudicẽ
laicum debere aduerſus exequutionẽ
contractus admittere exceptionẽ vſu
ræ ita erit intelligenda, vt ſi in vſura-
rum exceptione ſola quæſtio facti tra
ctetur, poſsit hoc negocium à ciuili
6 iudice expediri, iuxta ſententiam Bar
to. & cõmunem: niſi inhibitio à iudi-
ce eccleſiaſtico opportuno tẽpore pro
ceſſerit. ſicuti Gerar. adnotauit. Si ve-
ro iuris ſit controuerſia, ad eccleſiaſti-
cum iudicem remittatur: atq; eius dif
finitio expectetur, ex paulo ante præ-
miſsis. cum hoc crimen mere eccleſia
ſticum ſit, vt cõmuniter Docto. faten
tur. & nos retulimus ſuperius. c.6.nu.
19. hanc tamen opinionẽ conatur euer
tere, eamq; falſiſsimã eſſe exiſtimat
Carol. Moli. de contract. q.10. dicens,
non eſſe magis eccleſiaſticum hoc cri
men, quam homicidiũ. & non eſſe me
re eccleſiaſticum deduci poteſt ex ele
ganti, & eruditiſsima hac de re diſpu-
tatione Martini ab Azpilcueta in. c.
nouit. de iudici. 6. notab. coroll. 7. Imo
Roderi. Suarez in repe. l. Regiæ de in-
ſtrum. exequutione. verſi. nunc circa
iudicem. col. 8. ſcribit iudicem ſecula-
rẽ ex lege Regia poſſe, ac debere per-
ſequi ipſam exequutionẽ non obſtan
te iudicis eccleſiaſtici inhibitione, ſi in
tra decem dies minime docuerit reus
vſurariũ eſſe contractum illud. quod
probatur autoritate Angel. in. l. 4. §. cõ
demnatũ. in fine. ff. de re iudica. Soci.
cõſ. 79. lib. 3. Matth. Afflict. deciſ. Nea
polit. 30. idẽ notat Rebuffus ſuper le-
ges Regias tractat. de literis obligat.
art. 2. glo. 1. num. 22. dicens, ita in praxi
apud Gallos receptũ eſſe. quibus adde
Frederi. conſi. 300. & Laurent. de Ro-
dulphis in tract. de vſur. q. 131. & 129.

Quid tamen iudex agere debeat in
huius cauſę cognitione, quando vter-
que, qui litigat, eſt pręſens, palam eſt,
ſed ſi aliter ſit abſens, poteſt dubium
eſſe, qua via ſit procedendum. In quo
notandum eſt altero abſente, & contu
mace, etiam lite non conteſtata poſſe
iudicẽ in hac cauſa teſtes recipere, præ
ſentem audire, atque ſententiam pro-
ferre diffinitiuam. ex capit. quoniam
frequenter. §. porro. vt lite non conte-
ſtat. cuius deciſio duplici ratione con-
ſtat, ex malicia abſentis, & propter pe
riculum fornicationis in eo, qui abſen
tem expectaret, quarum quælibet nõ
ſufficeret: vt id text. probat, iuncta gl.
verſic. opponi. qd clarius notat Abb.
Mari. Barba. fin. col. ibi poſt Hoſtienſ.
quos Iaſo ſequitur in. l. in teſtamẽto.
in magna. C. de teſtam. mili. nu. 14. ex
§. affinitatis. inſt. de nuptijs. l. liberorũ.
§. fin. ff. de his, qui not. infamia. adiun-
cta. l. ſequenti. Dicitur autem abſens
contumax, quãdo legitime citatus no
luit comparere, vel ſi ex malicia latet,
ne citari poſsit, vel impedit citationẽ
ad eum peruenire. text. optimus in di
cto. §. porro. quem ſing. eſſe exiſtimat
Abb. ibi. facit text. in. c. de illicita. 24. q.
3. &

3. & in. l. contumacia. ff. de re iudicat.
Imo quando abſens impedit, ne cita-
tio ad eum peruenia t, vel malicioſe la
tet ne citetur perſonaliter, citatus om
nino cenſetur, etiam nullo propoſito
edicto, nec ad eius domum facta cita
tione, ſecundum Abb. in dicto. §. por-
ro. per illum text. quem idem notans
dicit elegantem Barb. ibi. nu. 25. idem
probat Abb. in. c. ex tuæ. de cleri. non
reſid. nu. 12. & Alexan. in. l. properan-
dum. §. ſin autem reus. C. de iudic. con
cluſ. 5. ſenſerat id gloſ. in dict. l. contu-
macia. quidquid gloſ. contrarium ve-
lit in dict. §. porro. verb. impedit.

Si vero abſens contumax non eſt,
eo minime expectato matrimonialis
cauſa tractari non debet: ſed expectã-
dus eſt, donec ipſius obitus veriſimi-
liter præſumatur: ex eodem. §. porro.
verſi. ſi autem. In quo illud eſt inſigni
ter aduertendum, ad effectum, vt cau
ſa cõiugalis examinetur in iudicio, &
coram iudice rationes expendãtur, ex
quibus præſens matrimoniũ non va-
luiſſe contendit, ſufficere veriſimiles
aliquot coniecturas, aut præſumptio-
nes mortis ipſius abſentis: ex autorita
te illius text. quem ita intelligit gl. ibi.
verb. præſumatur. à Panormit. Soci-
no, Barb. col. antepe. & alijs ibi appro
bata, & ab Hippo. in rub. C. de proba-
tio. num. 231. qui eam dixit notab. eſſe.
licet ad effectum, vt abſq; probatione
coniugalis impedimenti, poſsit præ-
ſens libere matrimonium cõtrahere,
non ſufficiũt pręſumptiones, nec con
iecturæ mortis illius, qui abſens eſt. c.
in præſentia. de ſponſal.

Verum in huius cauſæ coniugalis
proceſſu iudiciali quibuſdam placet,
non eſſe teſtes recipiendos, nec ſentẽ-
tiam diffinitiuam proferendam, lite
nõ conteſtata, quando vterq; litigator
eſt præſens. ex glo. in cap. per venera-
bilem. verb. iudiciariũ. qui filij ſint le-
giti. quæ ſingul. eſt ſecundum Cardi.
in cle. 2. 4. oppo. de iudic. & Bald. in ru
bri. de appellationi. col. 4. qui eandem
cõmendat in authẽ. qua in prouincia.
C. vbi de crimi. agi oport. col. 2. & De
ti. in. c. per tuas. de appella. col. 2. dicẽs
eam cõmuniter approbari: dicit ean-
dem glo. auream Feli. in. c. 2. col. pe. de
off. iudicis. duo notans. Primum, præ-
dictam opinionem procedere, niſi a-
ctor, & reus præſentes tacite, vel ex-
preſsim conſentirent, proceſſum con
tinuari lite non cõteſtata: nam in hoc
poſſent conſentire: cum à iure in præ
dictis cauſis ſit remiſſa iudiciorum ex
acta ſolennitas. Secũdum prædictam
glo. non procedere in caſibus, quibus
in ſpecie à iure eſt remiſſa litis cõteſta
tio, in quibus etiã inter præſentes mi-
nime conſentiẽtes proceditur lite non
conteſtata: atq; hoc vltimum ipſe aſſe
rit cõmuniter receptum eſſe in dictõ
cap. per venerabilem. ex quo conſtat,
etiam partibus præſentibus, & nõ cõ-
tumacibus, poſſe ferri in cauſa matri-
moniali ſententiam diffinitiuam, atq;
teſtes recipi lite non conteſtata, etiam
inuitis litigantibus, ex conſtitutione,
diſpendioſam. de iudic. in Clemẽt. vbi
Card. oppo. 4. Imola ſuper gloſ. ma-
trimonijs. & Bonif. nu. 49. hoc idem
tenent poſt gloſſ. quam cæteri Doct.
appro-

approbare videntur. Quo fit, vt existi
mem opinionem glo.in dict.c.per ve
nerabilem. minime procedere in casi 8
bus expressis in dicta Clemen.dispen
diosam.adiuncta Clemen.sepe.de ver
bo.signifi. hãcq; opinor communem
sententiam esse.quidquid Deti. dixe-
rit ac dubitauerit Felin. in dicta colũ.
fina. Vnde iura antiqua: nempe.c.ac-
cedens. in.2.vt lit.non cont.c.quoniã.
§.porro.eodem titu.correcta sunt per
Clemen. dispendiosam:siquidẽ ex eis
non poterat in causa coniugali, etiam
si in ea de fœdere matrimonij agere-
tur, procedi absq; litis contestatione,
nisi data alterius ex litigantibus contu
macia. Vtroq; tamen iure,si de separa
tione propter fornicationem similem
ve causam tractetur, quo ad thorum,
est necessaria, etiam altero litigãtium
contumace,contestatio litis omnino.
c.1. vt lite non contest. quem text. ita
Docto. communiter interpretantur
ibi,& in dict.clemen.dispendiosam.

Oportet tamen iudicem cautum es-
se circa probationes matrimonij:cum
7 sit hæc res grauissima, & ideo maxi-
mo iudicio,ac discretione peragenda.
Non enim quibuslibet in hoc nego-
cio danda fides est, sed his tãtum, qui
sint omni exceptione maiores: vt in-
quit Romanus Pontifex in capit.1. de
cõsang.vbi Bernardus scribit,eum te-
stem dici omni exceptione maiorem,
qui nulla exceptiõe repelli potest.idẽ
glo.in.c.at si clerici.in princi. de iudic.
& in.c.1.de testi.& in.§.itẽ verborũ.in
sti.de inutilib.stipula.quas cõmendat
Præp.in.d.c.1.de cõsan.col.2.dixit esse
mirabiles Barb.in rubr.de probat.nu.
29. & sing. Ias. in additio.ad Portiũ in
d.§.item verborũ.Corse.in sing.verb.
integer.latius Albertinus in.c.1.de hę
ret.in.6.q.16.num.25. Ex quo deduci-
tur non esse testem omni exceptione
maiorem, seu omni suspitione caren-
tem eum, cuius fides non tantũ ex ob
iectione perimitur,sed & diminuitur,
cuiusque opinio in discrimen, & ma-
gnam dubitationem reuocatur: opti-
mus tex.in.c. licet causam.de probat.
vbi in causa ardua non admittitur te-
stis, cuius fides aliqua ex parte diluit,
quem tex.dicit singu.Bald.in. c.ad no
stram.col.1.eo.ti.ad idem.l.optimam.
C.de contra.stipulat.vbi Bal.in specie
notat,dicens testem infamẽ de facto,
hoc est, improbatis,& leuioribus præ
ditum moribus,non esse admittendũ
in causa,quę testem omni exceptione
maiorẽ postulat. idem notat Iaso in. l.
cunctos populos.1.lectio.col.pe.C.de
summa trinit.& Ioan.Crott.in tracta.
de testib.4.part.q.12.& in causa coniu
gali asserit Iacobinus in.l.testium. §.le
ge Iulia.ff.de testib.col.3.Alexan. con
sil.152.volum.5. Soci. Iunior consil.31.
nume.24.libro.2. Thomas Gramma.
consi.26.col,5. Licet in causa ciuili in-
famis de facto,idoneus est testis. glos.
in.l. 3. §. duæ causæ.ff. ad Carboni.
& in cap. testimonium.de testib. ver-
bo.in hoc casu. atq; vtrobiq; Doctor.
non tamen est dignus tanta fide,quã-
ta reliqui integri testes. gloss. & Bart.
in.l.prima.C. de summa trinita.idem
Barto.in.l.Cassius.ff.de senatori. Ab-
bas in dicto cap.testimonium.dicens
arbitrio

arbitrio iudicis relinquẽdum esse.quã
tum ex hoc fides testis diminuatur.
quod communiter esse receptum asse
rit Lanfrãc.Orianus in cap.quoniam.
de probationib. verbo. testes. nu.127.
& probatur in.l.quæsitum.ff. de testi-
bus. Hinc etiam dicebat Ripa in.l. fi-
na.C.de reuocatio.donation.col.3.do
natarium, qui donatori ingratus fue-
rit,non esse idoneum testẽ in ea causa,
quæ testes omni exceptione maiores
requirit. Igitur ex his iudex magna
prudentia ex præscripto legis, quãdo
que ex æquo, & bono æstimabit in
matrimoniali quæstione, quos testes
admittere debeat.

Nam in hac coniugali causa ita inte
gros testes,ac in criminalibus exigi,as
serit Alex.consi.143.incipienti. Quo-
niam abunde.2. volu. pulchre, ac co-
piose Deti.consi.133.& consi.310.& cõ
sil.163. Thomas Grãma.d.consi.26.ex
quibus plura colligi possunt, quæ iu-
dex perpendere debet in probatione
matrimonij, & ex quibus proprium
arbitrium instruet: vt eo sic instructo
decernat,qui testes sint omni exceptio
ne maiores: siquidẽ eius arbitrio hoc
relinquitur.secundum Abb.in.c.cum
Ioannes.& Felin.ibi. num.44. de fide 9
instrumen. diligenter Parisi. consil.53.
54.58.volu.4. receptum tamen est fœ-
minas esse in matrimoniali causa ad te
stimonium admittendas. text. in cap.
super eo. in. 2. de testib. & ibi Abbas,
Henric. in cap.quoniam.eod.titul. &
est communis opinio teste Socino Iu
niore consil.29. col.2.lib.2.& consil.31.
num.13. eod. lib.quæ probatur etiam
in.c.videtur.35.q.6.& locum obtinet,
quamuis tractetur de matrimonio se-
parando.Abb. in dict.capit. super eo.
3.notab.Deti.consi.342. col.1.Soci.di-
cto consi.31.num.18.quibus adde con-
sil.2.3.4. &.5. lib.2. consiliorum Zasij.
imo & parẽtes hac in eadem causa ad
testimonium admittũtur.text. in dict.
cap.super eo.vbi hoc explicant Abb.
Imol.Henri.& Feli.item Areti. consi.
13. optime Parisi. consil.55. num.28.&
cons.58.lib.4.col.1. Ex quibus illud cõ
stat matrem,patrem,sororem,& reli-
quos cognatos esse admittẽdos ad te-
stimonium in causa matrimoniali: ar
bitrio tamen iudicis:qui caute perpen
det, quanta sit his testibus fides adhi-
benda, ex causæ pendentis qualitate,
personarum conditione pari,aut dissi
mili:quod notat in specie Hostiens.in
dicto capit. super eo. cui accedit post
alios Feli.ibi tradunt Lanfranc.in cap.
quoniam. verbo.testes.de probati.nu
me.93.Areti.consi.82.col.2.Soci.cons.
17. lib.1. col.4. Altiat. de præsumptio.
reg.1. præsumpt. 2. nu.4. & colligitur
idem ex.l.16.tit.9.par.4.

Sunt & quidam huius contractus
coniugalis probationi adeo propitij,
vt opinentur posse confessionis sacra-
mentalis arcana reuelati in iudicio ad
probandum coniugium:ita enim exi
stimat Ludo. Roma.in.l.si non specia
li.C.de testamen.col.penul.dicens es-
se ad hoc glos.singu.in cap.tua nos.de
sponsa.verbo.constiterit.quam etiam
dicit singul. Iaso in.l. 1.§. huius studij.
ff. de iust. & iur.col.2. Idem in.l patre
furioso. ff. de his, qui sunt sui. colũ.2.
Idem

Idem in.l.reprehendenda. C.de insti. & substituti.& Chassa.in consi.1.versicu. Ad secundum.num.17. quorum omnium sententia,& aliorum,qui eis subscripserint,quotcunq; sint, omnino est reprobanda.Quis enim non videt iniquum esse tanti sacramēti secretum,naturali,diuino & humano iure inductū, ita leuiter violari,vt de contractu coniugali constet.

Nam etiam crimen committēdum in Reipublicæ damnum,detectum tamen in confessione vere sacramentali ab eo, qui illud crimen committere cogitauit, & adhuc cogitat, non licet ipsi sacerdoti prodito confitentis nomine,etiam iureiurādo præmisso, cui quā detegere, ex frequētissimo Theologorum iudicio in.4.sentēt. distinct. 21.vbi præter alios Gabriel.q.1.cōclu. 3.& Ioan.Maior.q.3, atq; optime Hadria.in.4.senten.in tracta.de confes. sigillo.Caieta.in opusculo.27. quæstio. c.15.& insigniter vir nūquam satis laudatus Dominicus Soto in relectione, de secreto.membro.3.q.4. cōclu.2.ac meus & olim, & nunc præceptor ornatissimus Marti.Nauar.in cap. sacerdos.de pœnit.dist.6.nu.116.cui opinioni ex nostris accedere videntur Collectar.& Cardi.col.fi.in.c. omnis vtriusque.de pœnit.& remissio.& Hostien. in Summa de pœnitē.§.in quo.quametiam nouissime defendit in tractat. de confessione.fol.122.Ioan.à Medina Theologus magni,me Hercle, nominis, quiq; in gymnasio Complutensi egregiam huic professioni operā, ad obitum vsq; nauauerit. Tametsi contrarium tenuerint Archi.in.d.c.sacerdos.Hostien.Ioan. Andre.Anchar.& Abb.in.d.c.omnis. & in effectu Ripa in tractat.de peste.§.vlti.num.115.falso tribuentes hanc sententiam Innocē. qui potius primam asserit: sicuti perpendunt Caieta.Soto,& Mart. Naua. in dictis locis.& ante eos id diligenter animaduertit Collectari. in.d.c. omnis.fi.col.Igitur si in prædicto casu nō licet confessionis arcanum prodere: non video cur matrimonij fauore id liceat. Imo & si sacerdos apud iudicē secretum istud frangens, sibi dicta in sacramentali confessione effutiret, ac depromeret, ei nullam fidem exhibēdam esse profitetur optime Baldus in l. Archigerontes. C. de episcop.audi. quem ibi sequitur Paul.de Castro, & Felin.in.c.1.de excep.col.1.Tyndar.in tract.de testibus.fol.20.& Ripa in tractat. de peste.§. vltim.nu.104.Constat etiam sciētiam, quam sacerdos habet ex confessione sacramentali,nihil omnino ad iudicialem cōtrouersiam pertinere.c.2.de offi.ord.c.dilectus. de excess. prælat. quibus apertissime error hic conuincitur.Neque enim ferendi sunt iuris vtriusque interpretes,qui in matrimoniali causa sacerdotibus hāc licentiam concessere propria eorū autoritate,nullo iure adiuti:cum & ipse Sūmus catholicæ ecclesiæ Pōtifex minime posset permittere huius sacramētalis secreti reuelationē ex receptissima omnium Theologorū sententia.

Nec aduersam assertionem quicquā coadiuuat glo.in.d.c.tua nos.cum illa glos. non loquatur, quando reuelatio confessionis matrimonio faueret: sed quādo præiudiciū ex ea fieret huic cōtractui, quia ex ea cōstabat de dissensu.Et præterea nihil asserit gl. de reuelando secreto confessionis: sed scribit cōfitenti dissensum in foro pœnitētiali credendum esse,non autē in exteriori iudicio: quibus verbis potius gloss. Doctoribus eam citantibus aduersatur, quā eis patrocinetur: vt aduertūt Fortu.in.l.1.§.huius studij.ff.de iust.& iure.col.5.& Ripa in dict.§.vlti. num. 107. prædictam doctorū adnotationē reprobantes.Vnde & Ias.in.d.l.reprehendenda.non temere suspectam existimat conclusionem Ludoui.Roma.

Qua in re nec illud Romani opinionem excusat,quod secretū sacramentale detegi possit ex cōsensu expresso cōfitentis.cap.significasti. vbi Anani. Abb.& Docto.frequenter notant. de adulter.quia id non est in matrimoniali causa,coniugij fauore speciali: cum in qualibet re, & materia sacerdos ex licentia confitentis possit palā promere, quæ ei in sacramentali cōfessione fuere dicta,quia ipse pœnitēs sigillū illud secreti ex proprio cōsensu dissoluit,ac remittit. qua ratione idē notant Lapus alleg.94.Felin.in.c.Matthæus. de simo.Ripa.in.d.§.vlti.nu.108.dicētes hāc opinionē cōmunem esse, quā asserunt Thom.& Palud.in.4.senten. distin.21.q.3.Adria.in tracta. de sigillo confess.c.sed probabilior.Calderi.cōs. 2.de testib. Feli.in.c. veniēs.in primo, de testib.col.penult.& Hippo.in.l.1.§. idem Cornelio.ff. de quæstioni. ad finem.quod equidē non est passim admittēdum: sed tūc demū quando hic expressus cōfitētis cōsensus ad suam, vel alterius non paruā vtilitatem temporalē, vel spiritualē, præstatur: sicuti docent, & diligēter admonet Soto in dict.relecti.de secreto.quæst.vlti.conclus.quinta.dubio.4.Marti. Nauar.in dict.c.sacerdos.nu.151.& Ioan.à Medina in tracta.de cōfessione.fol.124.cap. de licentia cōfitentis.Licet Scotus.Durand.Ioā.Maior.q.3.argu.3.& Almain ad finem in dicta dist.21.* post Alexā. Halens.in.4.part.q.78.mēbro.2.* contrariū probare conētur,dicentes,secretū confessionis, nec ex licentia expressa cōfitentis detegendū fore: & idem asserit Collect. in.d.c.omnis vtriusq; nu. 63. Sed quāuis Thomæ & sequaciū opinio frequentiori calculo recepta sit,ac magnis rationibus, & argumentis cōprobetur ita efficaciter,vt & verior sit iudicāda: opinor tamē Christianæ religioni, & sacramēto pœnitētiæ potius expedire,hoc cōfessionis secretū,nec ex cōsensu expresso pœnitētis reuelandū esse,* nisi id fiat maxima ex causa, boni, & cautissimi viri arbitrio ad ipsius pœnitentis salutare cōsilium,& medelā,maximam ve vtilitatem,quæ maturo iudicio erit perpendēda, ne temere reuelatio fiat. Quod nec Collectari.negat,nec Alex.Halēs. & alij cōcedentes, posse peccatū reuelari ex facultate confitentis,si peccatū ipsum iterū extra cōfessionem ipsi sacerdoti narretur,& dicat. Quod quidem cōsiliū nimis superstitiosum est. opinio tamē cōmunis nequaquā probatur in cap.officij.de pœnit.& remis.

quia illic generaliter cõsulitur Põtifex absq; cõfessionis reuelatione.* Nec Roma. Ponti. in. d. c. significasti. quod prẽter alia capita, quæ ad id citãtur, magis vrget, approbat prædictam reuelationem huius secreti: nec ibi constat illud fuisse confessionis sacramentalis arcanum: vt antẽ nos ostẽdit Marti. Naua. in dict. cap. sacerdos. num. 127.

Sententia vero in coniugali iudicio, etiã à circunspectissimo iudice lata nõ
12 ita efficacem autoritatẽ habet, quin rescindi, retractariue possit, quoties compertũ fuerit, eam errore quodã latam fuisse. c. lator. c. cõsanguinei. de re iud. c. fraternitatis. de frigid. nõ tamẽ appellationis remedio reuocatur hæc sentẽtia, si ab ea intra legitimũ tẽpus nõ fuerit appellatũ. Ex eo enim qd terminus legalis labitur omnino, nec à sententia prouocatur, vel ab ea bis fuerit prouocatũ, ita assumit sentẽtia autoritatẽ rei iudicatæ, etiã in cõiugali quæstione, vt prætextu appellatiõis corrigi, aut emẽdari nequeat. glo. insignis in dict. c. fraternitatis. in glo. magna ad finẽ. quam dicit sing. Abb. ibi, & notab. idẽ Abb. in. d. c. lator. vbi Imol. & Felin. nu. 5. idẽ Abb. vbi Deti. eam approbat in. c. sua. de appellat. idẽ Imol. in cle. 1. 1. col. de re iudi. Abb. optime in cap. ad reprimendam. de offic. ordi. col. 3. vbi glo. singu. & cõmuniter recepta, secũdum Abb. ibi. 2. col. similem probat conclusionẽ quam glo. dicit ordi. Franc. in rubri. de appella. nu. 30. & singul. idem Franc. in c. Nicolao. eod. tit. col. fi.

Ex quibus constat primo, eum, qui hãc sententiã improbare velit, debere omnino probare eius errorem, & iniquitatẽ: siquidẽ non proposita appellatione est maxima præsumptio pro iustitia sentẽtiæ. gl. communiter approbata in. d. cap. lator. quæ comprobari potest ex. c. cũ inter. eo. ti. l. Herẽnius. §. Caia. & ibi glos. ff. de euictio. & ex notatis in. c. in præsentia de renunciat. Abb. Felin. nu. 24. & Deti. nu. 32. in. c. quoniã contra. de probat. idẽ Deti. in rub. de appella. 4. col. & Altia. in tract. de præsump. reg. 3. præsum. 9. quod in hac specie docet Fel. in. d. c lator. nu. 6

Secundo hinc constat, ad hoc vt ista sententia rescindatur oportere, vt condẽnatus noua vtatur querela, nouoq; libello, quo petat id negociũ, prætextu sententiæ erroneæ iam diffinitũ, iterum ad examen iudiciale deduci, primamq; sententiã reuocari, ac nouã iustitia exigente proferri. quod argumẽto glo. probatur in cap. ad reprimendam. de offi. ordi. quã Abb. & Docto. ibi approbant frequentissime. idem Abb. & Feli. nu. 4. in. d. c. lator.

Tertio hinc deducitur, hãc nouam querelam proponendã esse coram eo iudice, qui primam sententiam tulit, vel coram eo, qui adiri potest per simplicem querelam: non autem coram Archiepiscopo Metropolitano, qui iudex est solũ ex causa appellationis inter subditos episcopi. tex. in cap. pastoralis. vbi glos. & Doct. in prin. de offi. ordi. melior cæteris in. c. venerabilib⁹. in princip. de senten. excommu. in. 6.

Quarto subinfertur, hac causam ad Metropolitanũ deduci nõ posse principaliter, etiã si agatur contra primam sententiã ex eo quod nulla fuerit: quia Archiepiscopus Metropoleos per viã hanc, qua sententia nulla dicitur, non est iudex inter episcopi subditos: sicuti ex ratione. d. c. venerabilibus: notãt Francus. in c. dilecto. de appel. quæst. 27. Felin. & Deti. in. c. in literis. de offi. delegat. fina. col. quibus adstipulãtur Archi. & Domi. in. c. cõcertationi. de appella. in. 6. super. glo. debitam, dicẽtes, iudicẽ, qui non potest adiri per simplicem querelam, minime posse principaliter cognoscere, an sententia nulla fuerit. Quanuis Abb. in. d. c. in literis. contrarium asserat, ex Bart. in. l. si expressim. ff. de appellat. num. 14. qui tamen in iudice superiore loquitur, nec aperit, an de eo loquatur, qui non potest per simplicem querelam adiri.

Illud vero cõsiderãdum est, qua ná ratione sententia lata in causa cõiuga
13 li, elapsis decẽ diebus, quibus poterat appellatio ab ea proponi, possit reuocari: cũ alijs causis sententia eo tẽpore ita rei iudicatæ autoritatẽ adquirat, vt rescindi nequaquã possit? Cui quæstioni illud vulgo respõdetur, quod transactis decẽ diebus vires rei iudicatæ sententia assumit ex tacito cõsensu cõdẽnati, qui ei appellationẽ omittens cõsentire videt. tex. singularis. in. c. quo ad consultationẽ. de re iudicat. Sed in matrimoniali causa, nõ potest condẽnatus cõsensu proprio efficere matrimoniũ vbi naturalis, diuina, vel humana lex illud prohibet; nec consentire, vt matrimonium legitime contractũ dissoluatur: igitur non obstante decursu decem dierum sententia in matri-
15 monio iudicio lata poterit retractari, errore comperto.

Sic & in matrimonio spirituali, quã do lis pendet super ecclesiastico bene
14 ficio, sentẽtia lata, post decẽ dies autoritatẽ habet rei iudicatæ omnino, nec potest retractari, respectu illius qui victus fuerit glo. notabilis. in. c. 1. de cõcess. præb. quam Docto. ibi approbãt, & Feli. in. d. c. lator. nu. 11. probat tex. in cap. cũ dilectus. de electio. quem esse meliorẽ iuris asserit Abb. ibi. & idem Abb. in. c. ad audiẽtiã. in. 2. de rescript. col. 5. Potuit enim victus liti, causæ, & iuri renũciare, etiã absq; consensu superioris, ex eo quod lis pẽdebat super beneficio: vt sensit. gl. ibi recepta in. c. cõstitutus. de appella. verbo. renũciauit. quod saltem procedit, vbi nõ esset certũ ius litigantis, qui renũciat. Rota noua. 306. Abb. in. d. c. cõstitutus. Anto. in. d. quod in dubijs. 2. col. de renunci. & Nicola. Milis. verb. renunciatio. Igit victus nõ appellans ex illo cõsensu à lege pãsumpto, & inducto, effecit, vt sentẽtia autoritatẽ rei iudicatę hãt.

Verum huic rationi quam in coniugali controuersia cõmunem esse diximus: aliquot rationes obesse videtur: & prima ex eo deduci potest, quod in criminalibus causis sentẽtia, à qua tẽpore debito appellatum nõ est, autoritatem habet rei iudicatę, nec reuocari potest, etiã si pœnã corporalẽ inferat,
15 & constet condẽnati innocẽtia: nisi ex speciali gratia principis. li. ad finẽ. ff. de quæstio. l. diui. ff. de pœnis. quã esse sing. afferit Abb. in. c. de his. colũ. 2. de accusat. las. idẽ notat in. l. sub præ-

textu.in.1.C.de trãſ.Bar.in.d.l.diui.& in. d.l.1. licet in hoc contrariũ notauerit Ananii.in.d.c.de his. quẽ Hippo.ſequitur in.l. vnica. C. de rap. virgi. nu. 144. Et tamen in criminalibus nemo poteſt cõſentire, vt corporaliter puniatur.l.liber homo.ff.ad.l.Aquili.c. contingit.de ſent. excõ.in.1. Imo nec renũciare proprijs defenſionibus. gloſ. ab omnibus recepta.in.l.pactũ inter hæredem.ff.de pact.quã dicit ſingu. Bal.
16 in.c.cũ veniſſet.de teſtib. idẽ in.l. vnica.col.14.C.de confeſ. cõmẽdat idem in.c.1.§. porro. qualiter feudum alien. poſsit.Ioan.Lupi in rub.de donatio.inter vir.& vxo.§.70.nu.6.Feli.in.d. c.cũ veniſſet.3 col.Hippo.in.d.l.vnica.nu. 170.idẽ Hippo.in pract.crimina.§.examinanda.etiã ſi ageretur ciuiliter, modo ex illo iudicio poſſet renũcians defenſionibus famæ diſcrimen pati, ſecũdum Areti.Feli.in. d.c.cũ veniſſet. tenetur enim quis famã illęſam cõſeruare.Quãuis Anchar,& idẽ Areti.nu.6. in.c.cũ dilecti.de accuſat. in hoc vltimo cõtrariũ notauerint per tex.ibi dicẽtes, in cauſa criminali ciuiliter deducta in iudiciũ, vel vbi corporis pœna inferẽda non eſt, poſſe reum defenſionibus renũciare. facit.c. inquiſitionis. in princi.2.reſpõſo. de accuſati. quorũ opinio probabilior eſt, quia non tenetur quis ita cõſeruare famã illæſam, ſicuti vitã: vti notant Domi.à Soto in relecti.de ſecreto.mẽbro.1.q.3.&Marti. Nauar.in.c.inter verba.11.q.3.vlti.par. corol.44. exacte perpẽdentes Caieta. ſentẽtiã. 2.2.q.73.art.2.circa proditionẽ propriæ famæ.Poſſet tamen renunciatio defenſionũ in criminalibus cauſis, quæ ad corporis pœnã diſcutiũtur, admitti ex iuſta cauſa: nempe, ſi reus iam fuerit crimẽ cõfeſſus legitime, & præmiſſo iuris ordine.Paul.Caſtrenſ. & Iaſ.in.d.l.pactum.Felin.in.d.c.cum veniſſet.col.4.Hippo.in.d.§.examinãda. quod in praxi ſatis receptũ eſt. Itẽ quando reo fuit dilatio prima ad probandũ data, poterit idem reus cæteris dilationibus renunciare: quo caſu erit intelligẽdus tex.in.d.c.cũ dilectide accuſat. Igitur ſi in lite capitali cõſenſus rei parũ operatur: & tamen in ea, ſentẽtia in rẽ iudicatã, & omnino diffinitiuã tranſit: cur in matrimoniali diuerſum aſſerimus, eo q̃ cõſenſus litigãtiũ nihil efficere poſsit. Et Deti.in.c.iurauit.de probat.fi.col.pluribus excogitatis tãdem cogitur dicere, id eſſe in matrimonio ſpeciale, reprobans ea, quæ Abb.in cap.de his.de accuſat.in ſimili dubio dixerat. Ego vero exiſtimo inter criminalem controuerſiam, & matrimonialem hoc diſcrimẽ eſſe, quod in coniugali quęſtione nec conſenſus tacitus, nec patiẽtia litigantium quidquam prodeſt, vt vel cõiugium inualidum ex iuris prohibitione, ſit firmũ, vel quod legitimũ & ratũ fuerit diſſoluatur, vt conſtat: atq; ideo illa patientia, qua cõdemnatus adquieuiſſe ſententiæ cenſetur, nil ad hoc negocium agit. in criminali vero iudicio, etiam ſi conſenſus expreſſus nil operetur, vt poſsit quis occidi, aut puniri corporis pœna nec etiam vt ſibi defenſio auferatur: tacitus tamẽ einocere poteſt, ac potius patiẽtia illa, qua nihil allegans in

in ſui defenſionem, nihil aduerſus ſentẽtiã proponens dubius de innocẽtiæ tutela, prouocationẽ omittens patitur ſe ipſum ad occiſionẽ duci: ſicuti Hierony. ſcribit ſuper Ionã prophetam à Gratiano relatus in.c.nõ eſt noſtrum. 23.q.5.Non eſt, inquit, noſtrũ mortem arripere, ſed illatã ab alijs libenter accipere. Nam & in perſequutionibus
17 nõ licet propria perire manu, ſed percutiẽti colla ſubmittere, ex quo text. obiter reprobãda eſt Paul.Caſtrenſ.aſſertio.in.l.1.§.ius.gẽtiũ.ff.de iuſt.& iure. qui voluit, abſq; mortali peccato nõ licere cuiquã mortẽ pati, ſi poſsit ſe ipſum defendere occidendo aggreſſorẽ. Hoc etenim falſum eſt, cũ ex Hieronymi ſententia poſsit abſq; crimine quis pati mortẽ, & percutienti colla ſubmittere, nec tenetur ſe ipſum defendere occidendo aggreſſorem: imo perfectionis opus eſt nõ ſe defendere. quod etiã aſſerit Thom.in lib.de regimi. princip. quæſt.6.& Sylueſt. verb. bellum.2.quęſt.3.Dominicus Sot.lib. 5.de Iuſti.& iur.quæſt.1.art.8.quem legito. Excipit enim eum, qui eſſet admodum vtilis, & commodus reip.

Secundo aduerſus rationem cõmunem & illud adduci ſolet, quod omit-
18 tens appellationem nequaquam videtur ſententiæ adquieuiſſe. text. egregius.in cap. cõcertationi. de appellat. in.6.quo probatur, poſſe eum, qui nõ prouocauit, agere contra ſententiam alijs remedijs, niſi in eam conſenſerit, igitur non cenſetur conſenſiſſe iudicatis ex eo quod appellare noluit.facit.l. itẽ ſi res.ff.de aliena.iudic.muta. cauſ. fac.Bar.in.l.ab eo.C.quo.& quand.iudex.Abb.in.c.quo ad cõſultationem. de re iudicat.col.2. Vnde condẽnatus non appellans, poterit cõtra iudicem agere, ex eo quod inique iudicauerit. quod Bar. probat in diſputa. incipi.iudex. Abb. in cap. ſæpe. poſt Innoc.& Doct.ibi de appellat.idẽ Abb.in.c.paſtoralis.§. quia vero.de offic.delegat. Alex.in.l.4.§.fi.ff.de dãno infect.Feli. in.c.excõmunicamus.de hæret.Hippo.ſingul.646. facit tex.in.l.fi.§.illud. C.de tẽpor.app.notat Corſet. in ſing. verb.querela.dicens tex.in.d.c.cõcertationi.celebrem eſſe.Et licet Deti.in dict.cap.ſæpe.conetur probare, poſſe victum contra iudicem agere, ex iniqua pronunciatione, etiam ſi expreſſe conſentiat ſentẽtiæ: tamen ipſe ab hac opinione diſcedit, & merito, quãuis poſſemus dicere, etiam expreſſe conſentientem agere poſſe contra iudicẽ, quãdo in carceribus detinetur ipſe victus donec conſentiat ſententiæ: ſolẽt enim iudices nolle criminis reos, & condẽnatos à carcere dimitrere, donec cõſentiant iudicatis. Æquum profecto erit vt hoc cõſenſu non obſtãte querela aduerſus iudicẽ admittatur. Ergo, vt eo quo tendit oratio pergat, non ſat ſufficiens ratio cõmunis videtur: ſiquidẽ res iudicata vires nõ aſſumit ex cõſenſu tacito litigantiũ maxime cũ & in matrimoniali iudicio, hic conſenſus præſumptus à lege iuris & de iure, vt aiunt, præſumptione, remediũ appellationis excludat: vt in cæteris cauſis. Quã ob rẽ exiſtimo, à iure ex ordinario remedio, vt iterũ ſenten

tiæ iustitia ex rigore iuris discutiatur ad effectũ corrigendi, emẽdandi, aut reuocandi eandem sententiam, appellationem tantum cõcessam esse: hanc autem qui omiserit, consensisse à lege præsumitur iuris, & de iure præsumptione, admixta ipsius legis maxima autoritate: consensisse inquam præsumitur, ne de iustitia illius sententiæ ex rigore amplius tractetur: cum remedium ad hoc à iure inductũ omiserit. Non tamen ex hoc renunciare videtur alijs remedijs, quæ sibi ad diuersos effectus competunt: nempe, vt iudicium illud nullum fuisse, cõstet: vel iudicis iniquitas puniatur. Hic vero cõsensus in causa matrimoniali nullũ effectũ habere potest, vt impediatur examen prioris iudicij: & ideo poterit prima sententia iterum examinari.

Cæterum Abb. in.c. consanguinei. de re iudi. col. pe. dicit, hũc cõsensum
19 tacitũ in eo, qui appellationem omittit, non posse etiam in alijs causis auto ritatem rei iudicatę sentẽtiæ tribuere: quia non potest hæc patiẽtia victi pec catũ alterius, qui iniquam sententiam obtinuit, excusare: cũ mortaliter peccet vtendo iniquo iudicio scienter, ex Innoc. opinione, quæ communis est in cap. quia plerique. de immu. eccles. Alexan. in. l. nemo potest. nu. 23. ff. de legat. 1. notatur. in. l. Iulianus. ff. de cõdict. indebit. explicat Fortu. in. l. veluti. col. 6. ff. de iuſ. & iur. Abb. in. c. fina. nu. 30. de prescrip. & Sylvest. verb. sententia. §. fi. quam opinionem communem esse fatetur Pyrrhus post Aureliæ cõsuetudines. q. vlti. igitur nihil ex prędicta ratione est speciale in cõiugali lite. Cui obiectiõi nec ipse Abb. perfecte satisfacit: nec Deti. in. d. c. iurauit. qui opinionẽ Innoc. reprobat, quę tamen verissima est. Is enim qui sententiam iniquã obtinuit, à qua condẽnatus nõ appellauit, minime tutus est in conscientiæ foro, si sciat sentẽtiam iniquã fuisse, quia ius pro sentẽtia præsumit, quæ præsumptio in iudicio interiori cessat: vnde opinionem Innoc. Adria. probat in quodlib. 6. art. 1. vers. ex quo infero, vbi addit condemnatũ ex iniqua sententia licite posse ei parere, & soluere absq; donationis titulo, & animo, pecuniã, quã iudex soluere iussit: id enim agit ad euitandas molestias iudiciales. quãuis Abb. post alios in. d. c. quia plerique. in hoc vltimo diuersum teneat id nõ licere existimãs, ne peccatũ victoris foueat. Sed id locum nõ habet, cũ hic condẽnatus nõ foueat peccatũ alterius, sed tantũ iudicis præcepto obediat. Nec ipse ita obediens ad peccatũ inducitur, & licet alter qui sentẽtiam obtinuit mortaliter peccet: nõ tamẽ peccat ex dãnati obedientia: sed ex propria malitia, cui nullam præbuit causam ipse condẽnatus obediens: siquidẽ victor paratus erat eandẽ pecuniã recipere. In causa vero matrimoniali victus, appellationem omittens, sciens sententiã iniquã, peccat mortaliter ei obediens, atq; tenetur pro viribus eius reuocationẽ diligenter procurare, cũ alioquin ex sentẽtia iniqua ipse à crimine mortali nõ excusetur, & ideo nec eius cõsensus tacitus nec expressus põt eũ in peccato defendere.

Ex

Ex quo infertur lata sentẽtia iniqua, quæ matrimonium verum, ac legitimũ dirimat, minime posse aliud matrimonium contrahi, ab eo qui certo scit, vel dubitat, sententiam illã erroneam esse: nisi dubiũ deponat eo casu quo dubius erat: tunc enim poterit cõtrahere aliud matrimoniũ: nunquã tamen si sit certus de errore sententiæ.

Secundo infertur, lata sententia iniqua, quæ matrimonium inter consanguineos contractum, validum, & firmum esse decernit, minime posse in eodẽ coniugio manere, ac vitã agere coniugalẽ cum, qui certo sciat sententiam erroneã fuisse: de dubitãte verò diximus parte hac. 2. cap. 7. §. 2.

Tertio hinc deducitur, sententiam erroneam, quæ matrimonium ex consensu contractũ fuisse, iudicauit, non proposita prouocatione ab ipso victo in rem omnino iudicatam transire: cum ex eo nouus ad coniugium præstetur consensus saltem præsumptus à lege iuris, & de iure præsumptione: qui quidem consensus antea prestitus nõ fuerat: & litigãtes nullo iure impediente matrimonio coniũgi poterãt. glo. ab omnibus cõprobata in. d. cap. lator. vbi optime Feli. num. 2. & Abb. consi. 60. 2. volu.

Quarto subinde constat sententiam quo ad thori tantum separationem la
20 tam, in fauorem eius, qui separationẽ postulauit, ita trãsire in rem iudicatã, vt si ipse velit possit alterũ coniugem in consortium cõiugale petere, & sibi recõciliare. cap. ex parte. C. de sponsa. cũ alijs similibus. Victus vero, qui nõ appellauit, non poterit etiam cõperto errore sententiæ, eius reuocationẽ petere: poterat enim in hanc separationem matrimonij consentire. ca. quod deo pari. 33. quæstio. 5. ita Abb. in d. c. lator. colũ. penulti. & Feli. ibi. 8. declaratione: vterque tamẽ addit hoc procedere, nisi sit timor fornicationis in ipsis coniugibus ita segregatis: tũc etenim potest ex officio iudicis cognosci de errore sententiæ, & eo cognito iudex cogere potest maritum, & vxorem coniugalem vitam agere: ex his, quæ notantur in cap. 1. de conuers. coniu. & in cap. tua nos. in. 2. de iureiur. vbi Abb. optime explicat plura, quæ ad hanc dubitationem spectant.

Hæc habui, lector optime, quæ ad huius rei cognitionem scribenda fore, operæpretium duxi. Nec me latet, multa his difficiliora, atq; grauiora forsan nos præterisse: quæ tamen doctiori cuiquam diligenti studio erunt obuia, & in cõmunem studiosorum vtilitatem quandoq; publice adnotata, nostris hisce laboribus egregie præstabunt: quod tantum aberit, ægreferam, vt id maximopere cupiam. Interim vero hæc nostra qualiacunq; sint, boni consulas obsecro, hisq; studijs faueto, quo maioribus operam impendere festinemus.

VALE.

INDEX GENERALIS
omnium rerum & materiarum, quæ in hac epitome tractantur.

A

ABsens maritus an sit ab vxore expectandus, fol. 107. num. 3

Absentia sponsi, an ipsa sponsalia, quæ de futuro appellamus, dissoluat. fol. 16. nu. 7.

Actio non oritur ex contractu habente cõditionem incertam quando, certam tamen quo ad euentum, licet statim obligatio oriatur. fo. 35. nu. 10. & 11.

Actus, qui non valet, vt agitur ex defectu causæ efficientis, valet eo modo quo agi potuit. fo. 5. nu. 3.

Actus qui non valet, vt agitur, valet vt fieri potuit, quando sub eo, quod fit, id quod fieri poterat, comprehẽditur, fol. 5. nu. 3

Actus valere potest, licet in eo committatur crimen, fo. 89. nu. 10.

Actus spiritualis, cuius est capax laicus contra iuramentum factus valet, fol. 63. nume. 2

Actus spiritualis, cuius laicus capax nõ est, etiam factus contra iuramentum valet, fo. eod. num. 2

Adulterij diffinitio, fol. 2. num. 8

Adulterium minime committitur cum alterius sponsa de futuro, fo. eod. nu. 8

Adulterium commissum ab ea, quæ vera vxor existimatur, quamque putatiuam vxorem appellamus, amissionem dotis inducit. fo. 116. num. 1

Adulterio commisso vxor non tantum dotem, sed & arras, atque parapherna amittit. fol. eod. nu. 2

Adulterium, an probetur per osculum, vel alios actus impudicos. fo. 117. nu. 3

Adulterio perpetrato, cui applicetur dos vxoris adulteræ. fo. eod. nu. 4

Adulterij accusatio ciuilis, etiam vxori cõtra maritum competit. fo. eod. nu. 5

Adultera à marito accusata ciuiliter, potest etiam lite cõtestata paris criminis exceptionem obijcere. fo. eod. nu. 6

Adultera, an possit à marito, qui cum ea post adulterium scienter coierit accusari. fol. 118. num. 7

Adulterij causa, quo ad thori separationem coram solo iudice ecclesiastico est tractãda. fo. eod. nu. 8

Adulterij accusatio, an mortuo viro eius hæredibus cõpetat aduersus vxorem. fo. eod. num. 9.

Adulterium à marito commissum, facta per iudicem separatione thori, propter vxoris fornicationem, cohabitationem coniugalem instaurat. fo. 117. nu. 5

Adulterij causa vxore dimissa, an liceat viro aliam accipere coniugem. fo. 119. nu. 13

Adultera vxor, an potuerit ante legẽ Iuliam à marito occidi, simul cum ipso adultero in crimine deprehenso. fo. 120. nu. 1

Adulteri cum filia deprehensi ex lege Iulia à patre occidi poterant, simul cum ipsa filia. fo. 121. nu. 2

Adulteri qualiter occidi possint à patre, vel marito, ex legibus Partitarũ. fol. eod. nu. 4

Adulteros occidendi licentia, an possit alteri committi. fo. 121. nu. 5

Adultera & adulter possunt à marito propria autoritate occidi lege Regia. fo. 122. nu. 6

Adulteram vxorem occidens non adquirit bona, quæ ob adulterium vxoris sibi adiudicantur. fo. eod. nu. 7

Adulteri, an licite in conscientiæ foro occidãtur à patre, vel marito. fo. eod. nu. 8

Adulteros occidens propria autoritate in locis Romanæ ecclesiæ quo ad temporalia subditis, puniendus est. fo. 124. nu. 15

Adulteri pœna per sententiam iudicis imponenda, quæ sit, & quo iure introducta. fol. eod. num. 16.

Adulterium an iuste puniatur mortis pœna. fo. 125. num. 17

Adulteros occidēs maritus, ſibi ex lege Regia à iudice traditos, an peccet.fo. eod. num.18.
Adulter clericus, qua pœna puniatur iure Pontificio. fol.eod.nu.19
Adulter laicus an poſsit per iudicem eccleſiaſticum puniri. fo.126.nu.20
AEtas ſeptem annorum ad ſponſalia requiſita an ſuppleri poſsit malitia. fo.5.nu.1
AEtas quæ ſit matrimonio apta ſecundum philoſophos. fo.61.num.1
AEtas ad matrimonium ſecundum canones requiſita. fo.eod.nu.2
AEtas malitia ſuppletur. fo.eod.nu.3
Affinitas impedit matrimonium cōtrahi, etiam ſi ſuperueniat contractis ſponſalibus de futuro. fo.68.nu.1
Affinitas contracto matrimonio contingens non dirimit illud. fo.eod.nu.1
Affinitatis diffinitio. fo.76.nu.1
Affinitas vnde dicatur. fol.eod.nu.2
Affinitas ex coitu illicito etiam oritur.fol. eod.num.3
Affinitas non oritur ex ſponſalibus, etiam de præſenti ante coitum. fo.eod.nu.3
Affinitas concurrit aliquando cum publica honeſtate. fo.77.nu.4
Affinitatis impedimēto ſimpliciter per diſpenſationem ſublato publica honeſtas tollitur. fo.eod.num.5
Affinitas gradus peculiares non habet.fol. eod.num.6
Affinitatis genera. fo.eod.nu.6
Affinitas an ſit inter virum & vxorem.fol. eod.num.7
Affines an ſint ſponſi ante coniugalem cōſenſum. fo.eod.num.7
Agnati qui dicantur proprie. fo.73.nu.2
Alfonſi à Caſtro laus. fo.7.nu.8
Alienigenæ matrimoniū contrahere poſſunt per interpretem. fo.57.58.nu.3
Alienigena abſque interprete pronuncian te verba matrimonio apta,actusvel præmiſsi,vel ſequuti ſunt conſiderandi.nume.eod.
Alimenta à parentibus filijs etiam illegitimis debentur,& præſtanda ſunt.fo.150 num.1.
Alimēta,etiam ſpurijs debita,pacto remitti non poſſunt. fo.eod.nu.3
Alimenta filijs etiam ſpurijs debita, lege aliqua tolli non poſſunt. fo.eod.num.4
Alimenta filijs præſtanda ſunt, inſpecta parentum,& filiorum qualitate,fo.152.n.7.
Alimenta filio non debentur, ſi is habeat vnde poſsit ſe ipſum alere, fo.153.nu.9
Alimenta an debeantur filijs ſpurijs à matre. fol.153.nu.13
Alimenta, an ſint neceſſario danda filijs ſpurijs à parentū ſucceſſoribus. fo.154.n.14
Alimenta,an tranſeant ad filiorum hæredes. fo.eod.nu.15
Alimenta,an debeantur ab auis ipſis nepotibus. fol.eod.num.16
Alimenta quibus ex cauſis poſsint negari filijs. fo.154.&.155.nu.17
Ambroſij textus Gratiano reſtitutus,fol.96 num.2.
Annus inceptus an habeatur pro completo. fol.4.col.2.num.2
Anuli traditio quando in coniugali contractu conſenſum ſignificet,aut eius præſumptionem inducat. fo.55.num.3
Aqua & igni nuptiarum fœdera contrahi ſolebant. fo.1.num.1
Arra in contractibus quid. fol.48.nu.6
Arra in ſponſalibus an poſsit licite tradi, vel promitti. fo.48.num.7.& ſequen.
Arræ matrimonio ſequuto ad dantē redeūt, eo vero eius culpa non contracto amittūtur. fol.49.num.11
Arræ apud Hiſpanos quæ ſint, fo.eo.num.12
Auus ante teneatur ſpurios nepotes alere,fo. 154.num.16.

B

BEatiſsima virgo qualiter in matrimonium conſenſerit, & virginitatem fuerit profeſſa. fo.28.nu.4
Benedicti de Plumbino diſtinctio explicatur. fol.159.num.4
Beneficia eccleſiaſtica vacant per contractū matrimonij ipſo iure. fo.70.num.4
Beneficia eccleſiaſtica vacant per matrimonium, etiam contractum à conſtituto in ſacris ordinibus. fol.70.num.5
Bona fides patris, vel matris facit filium legitimum. fo.128.num.2
Bona fides parentis facit filium vere legitimum. fo.eo.num.3.
Bona fides præſumitur in matrimonio. fol. 129.num.4.
Bona fides in matrimonio præſumitur,etiā lite pendente. fo.eod.num.5.& num.8.
Bona fides an litis conteſtatione ceſſet & mala fides præſumatur.ibi.
Bona fides an inducatur ex errore iuris. fol. 130.num.9.
Bona fides an ex ſententia lata præſumatur. fol.eod.num.10.
Bona fides parentis in concubinatu, an reddat ipſam prolē naturalē.fol.134.nu.17.

C

CApitalis pœna quæ ſit.fo.124.num.15.
Captus ab hoſtibus promittens pro ſua redemptione aliquod pretium,illud ſoluere tenetur. fo.40.num.13.
Cardinalis an poſsit eſſe is, qui legitimatur reſcripto principis. fo.170.num.4.
Caſte viuere an dicatur fœmina quæ ſecundo nupſit. fo.54.num.12.
Cauſa matrimonialis quem iudicem habere debeat. fo.171.nu.1.
Cauſa matrimonialis an poſsit deduci in cōpromiſſum. fo.eod.num.2.
Cauſa matrimonialis an exigat litis conteſtationem. fo.174.num.6.
Cauſa matrimonialis quos teſtes requirat. fo.175.num.7.
Cauſa vſuraria an tractari poſsit à iudice ſeculari. fo.174.num.4.
Cautela quædam in matrimonio eſt cautè ſeruanda. fo.30.31.num.16.
Certum tenere ſatis eſt,licet tutius ſit eligere certius. fo.17.num.11.
Certius eſt eligendum ab eo,qui dubius eſt, ſi agatur de ſalute animæ. fo.10.num.9.
Circunſtantiæ,quæ non mutant ſpeciē peccati, non ſunt neceſſario confitendæ.fol. 3.num.14.
Chriſtianus an poſsit cum infideli matrimonium contrahere. fo.96.num.1.
Chriſtianus accipiens vxorem infidelem, etiam iure ciuili punitur. fo.97.num.3.
Clandeſtinum matrimonium,licet ſit ab eccleſia prohibitum, contractum tamen tenet. fo.64.num.7.
Clandeſtinum matrimonium contrahens an peccet mortaliter. fo.eo.nu.8.
Clādeſtinum matrimonium quod dicatur. fo.eod.num.10.
Clandeſtina matrimonia contrahentes ex conſtitutionibus particularibus ſolēt excommunicari. fol.eod.nu.9.
Clandeſtini matrimonij probatio non præiudicat publice contracti probationi. fo. 65.num.11.
Clandeſtinum matrimonium prolem illegitimam reddit, ſi adſit aliquod impedimentum, non obſtante parentum bona fide. fo.eod.num.12.
Clandeſtinum matrimonium licite quibuſdam caſibus contrahitur.nu.eo.
Clauſula in legitimationibus adiecta. ſine præiudicio ſucceſſorū ab inteſtato. qualiter intelligatur. fo.170.col.3.nu.1.
Clericus in minoribus ordinibus licite contrahit matrimonium. fo.70.num.4.
Coacta voluntas voluntas eſt. fo.11.nu.12.
Cœlibatus apud veteres probroſus fuit. fol. 154.col.3.
Cognati qui dicantur. fol.73.num.2.
Cognatio ſpiritualis vnde oriatur. fol.71. num.1.
Cognationis ſpiritualis tres ſpecies. fol.71. nu.2.& fo.72.num.8.&.9.
Cognatio ſpiritualis non oritur ex illicito coitu. fo.71.nu.3.
Cognatio ſpiritualis an cōtrahatur à laico, qui tempore neceſsitatis baptizat.fol.eo. num.4.
Cognatus ſpiritualis is ſolum eſt, qui baptizat, vel qui tenet puerum in ſacro fonte, licet plures alij ſint præſentes.fol.eod.nume.5. etiam ſi non reſpondeat pro infante.num.7.
Cognatio ſpiritualis an cōtrahatur per procuratorem. fo.eod.num.6.&.7.
Cognatio ſpiritualis non contrahitur inter filium ſpiritualem, & filiam vxoris parētis ſpiritualis. fo.72.num.9.
Cognatio ſpiritualis non impedit matrimonium inter patrem ſpiritualem & filiam ipſius ſpiritualis. fo.eod.num.10.
Cognatio ſpiritualis an contrahatur ex catheciſmo,

rechismo, ad matrimonium impediendum. fo.eod.num.11.
Cognatio legalis an impediat matrimoniũ, & vnde oriatur. fo.72.75.num.1.&.2.
Cognatio legalis inter fratres, & sorores finita adoptione, vel arrogatiõe cessat.fol. 73.num.3.
Cognatione legali durante matrimonium contractum ita nullum est, vt ea finita, nisi ex nouo consensu, minime valeat.fol. 73.num.3.
Cognatio legalis non impedit matrimoniũ inter filios legales.eod.num.
Coitus coniugalis an sit licitus ante nuptialem benedictionem. fo.104.nu.2.
Coitus coniugalis an sit licitus in loco sacro fol.eod.num.3.
Coitus inter virum & fœminã, qualiter probetur. fol.30.nu.14.
Coitus quid operetur in sponsalibus de futuro, dicetur in dictione.sponsalia.
Coitus in matrimonio quid operetur. legito in dictione.religio. & in dictione.matrimonium.
Coitus dãnatus quis dicatur.fo.149.&.150. num.16.&.18.
Coitus impuberis cum fœmina quomodo probetur. fo.61.num.3.
Communis vsus loquendi in verborum intellectu maxime est attendendus. fol.57. col.3.num.2.
Compromitti an possit causa matrimonialis. fo.174.num.2.
Concubinatus an fuerit quãdoq; licitus. fol. 7.num.7.&.8.
Concubina quæ dicatur in sacra scriptura & canonibus. fo.eod.num.9.
Concubina an sit domi retinenda, vt filius ex ea natus dicatur naturalis. fol.141.nume.3.&.4.
Condemnatus appellationem omittens an dicatur sententiæ consentire. fol.179.nume.18.
Conditio suspendit matrimonij cõtractum. fol.25.num.2.
Conditionis euentus in coniugali cõtractu absq; nouo consensu, matrimonium non efficit. fol.25.num.5.
Cõditionem an recipiat matrimonium.fol. 25.nu.3.&.4. vbi de cæteris actibus non recipientibus cõditionem obiter agitur.
Conditionis euentus in contractu matrimoniali nihil operatur, si ante illum euẽtum consensus cõditionalis fuerit reuocatus. fol.26.num.6.
Conditione illa, si Papa dispensauerit, euenente, non verum matrimonium, sed tãtum sponsalia de futuro contracta censentur. fo.eo.nu.7.& sequent.
Conditio contra substantiam coniugij illud vitiat. fol.27.num.1.
Conditio, si te adulterandam tradideris refragatur substantiæ matrimonij. fol. 27. num.2.
Conditio repugnans substantiæ matrimonij illud vitiat, etiam si honesta sit.fo.28. num.3.
Conditio illa, si negaueris debitum quoties mihi nõ liceat exigere, est contra substãtiam matrimonij. fol.28.num.6.
Conditio contra substantiam coniugij tunc demum vitiat contractum, quando adijcientes eam, non suspendunt actũ in euẽtum conditionis. fo.28.nu.7.
Conditio præteriti, aut præsentis temporis, licet sit contra substantiam matrimonij, ipsum tamen minime vitiat. fo.29.nu.9.
Conditio contra substantiam matrimonij, etiam si actus resolutiua, contractum irritum facit. fo.eo.nu.10.
Conditio contra substantiam ab vno adiecta altero refragante an reddat nullũ matrimonium. fo.eod.num.11.
Conditione cõtra substantiam adiecta, nullum effectum habere coitum subsequutum. fol.30.num.12.
Conditio, cuius euentus impedit obligationem oriri, ipsum contractum vitiat. fol. 30.num.15.
Conditione adiecta in contractu coniugali, matrimoniũ purum efficitur, si coitus sequatur etiam ante cõditionis euẽtum. fo.30.num.13.
Conditione contra substantiam actus apposita, in quo differat coniugalis cõtractus à cæteris. fo.31.num.17.
Conditio impossibilis, aut turpis fauore matrimonij à contractu coniugali excluditur. fo.32.num.1.
Conditio impossibilis, aut turpis nullũ præseferunt matrimonij contractum deficiẽte consensu. fo.33.num.4.
Conditio impossibilis, aut turpis de præterito, an reijciatur à matrimonio. fol.eod. num.2.
Conditio turpis, quam credit eam adijciens honestã esse, an tollatur à matrimonio. fol.34.num.6.
Conditio impossibilis ex aliquo accidẽti, possibilis tamen ex sua natura non excluditur à matrimonij cõtractu. fo.33.nu.3.
Cõditio si te virginem inuenero an tollatur à matrimonij contractu. fo.36.nu.12.
Conditio omnino extitura, an ipsum matrimonium vitiet. fo.35.nu.10.
Conditio impossibilis de iure, an admittatur in matrimonio. fo.34.num.7.
Cõditione illa adiecta, si permiseris te à me carnaliter cognosci, sequuto coitu, matrimonium censetur. fo.36.num.13.
Conditio lucri ex qua causa in matrimonio possit locum habere. fo.36.num.1.
Conditio de præsenti, vel quæ necessario inest, actum non reddit conditionalem. fo. 70.num.4.
Conditio viduitatis admittenda est in legato à marito vxori facto. fo.54.num.11.
Confiteri non tenetur quis circunstantias, quæ nõ mutant speciem peccati.fol.3.nume.14.
Confiteri non tenetur quis fœminam, cum qua coierit, sponsam de futuro alterius esse. fo.eod.num.14.
Confessio probat aduersus præsumptionem iuris & de iure. fo.8.num.3.
Confessio in causa matrimoniali quam fidẽ faciat. fo.8.num.4.
Confessio non est admittenda contra præsumptionem cõsensus coniugalis, ex coitu deductam. fo.9.num.6.
Confessionis sacramẽtalis arcanum nõ est reuelandum ad matrimonij probationẽ. fo.177.num.9.
Confessionis sacramentalis secretum nõ est detegendum, etiam quo ad crimen committẽdum, in perniciem Reipublicæ, saltem autore nominato. fo.eo.nu.10.
Confessionis sacramentalis secretum: an ex licentia confitentis possit reuelari.fo.eo. num.11.
Consilium, quod ab aliquo exigendum est, non est præcise sequendum. fol.50.nu.3.
Consilio alterius nubere, non est absq; libertate nubere.ibidem.
Consanguinitas quid sit. fo.72.num.1.
Consanguinei vnde, & qui dicantur. fol.73. num.2.
Consanguinitatis diffinitiones antiquæ reprobantur. fo.74.num.3.
Consanguinitatis quo ad matrimonium varia prohibitio in canonibus antiquis. fo. 75.num.9.
Consanguinei vsq; ad quartum gradum, hodie prohibentur matrimonium contrahere. fo.eod.num.10.
Consanguinitatis prohibitio inter ascendẽtes, & descendẽtes, vltra vigesimum gradum non est extendenda.fol.75.&.76. num.11.&.12.
Consanguinei qua ratione prohibeantur matrimonium contrahere. folio.76.nume.12.
Consensus ad matrimonium ita necessarius est, vt nec ecclesia, secluso consensu, possit matrimonium efficere. fol.6.num.4. & fol.9.num.9.
Consensus coniugalis defectus in conscientiæ foro probatur ex assertione confitentis. fo.10.num.9.
Consensus coniugalis expressio non refert, à quo incipiat. fo.56.num.6.
Consensus coniugalis mutuus, etiam ex interuallo expressus, quãdo sufficiat ad matrimonium. fo.eod.num.7.
Cõsensus tacitus an sufficiat in cõtractu matrimoniali. fo.55.&.56.num.3.4.&.5.
Consensus in coniugio non est necessarius in carnalem coitum: sed erit sufficiens in mutuam corporum traditionem. fol.25. num.1.
Consensus in exteriori iudicio quandoque præsumitur: in interiori vero nunquam. fol.23.num.2.
Consensus qualis ad matrimonium requiratur, & de eius libertate, tractatur.2.parte. cap.3.

Consensus tacitus an sufficiat in protestatione, quæ fit ad impediendum coniugium. fo.23.num.3.
Consequẽs admittens, an videatur admisisse antecedens. fo.58.num.5.
Consuetudo an possit inducere vt in ecclesiasticis dignitatibus incertus ex certis eligatur. fo.43.num.9.
Consuetudo, etiam circa ius diuinum probabile dubium potest cõstituere, fo.108. num.5.
Consuetudo non potest permittere nuptias quæ iure Pontificio prohibentur. fol.95. nume.18.& ibi an possit illas prohibere, quæ iure Canonico permittuntur.
Consuetudo an possit inducere aliquam solennitatem in matrimonio. fo.95.nu.19.
Contestatio litis an impediat exceptionem paris crimis ab vxore opponi contra maritum eam accusantem de adulterio. fol. 117.num.6.
Cõtestatio litis an sit necessaria in causa matrimoniali. fo.165.num.6.
Corporis humani compactio. fo.75.nu.10.
Culpa leuissima qualiter in incendio consideretur. fo.82.nu.14.
Culpa leuis, aut leuissima qualiter ex lege Aquila consideretur, etiam in foro conscientiæ. fol.eod.num.12.

D.

DAmnum culpa leui datum an sit in foro conscientiæ resarciendum. fol.81.nume.12.
Debitum coniugale an licite petatur per adulterum coniugem. fo.104.num.4.
Debitum coniugale licite denegatur ob incestum. fol.eod.num.5.
Debitum coniugale, an licite exigatur, vel reddatur ab eo, qui dubitat matrimoniũ potuisse contrahi, aut contractum fuisse. fol.105.nu.7.& infra in dictione.dubius.
Defensionis moderamen excedens, an sit puniẽdus pœna ordinaria. fo.123.nu.11.
Defensionibus an possit reus criminis renũciare. fo.178.nu.16.
Defensio à morte, an licite omittatur ab eo, qui poterat se defendere occidendo inuasorem. fo.179.nu.17.
Dictio, nisi, resoluitur in conditionem. fol. 59.num.8.
Dictio, nisi, explicatur. fol.59.num.6.
Dispares genere, & diuitijs matrimonium cõtrahentes reddunt legitimam prolem, quam in concubinatu susceperant. fol. 132.num.9.
Dispar cultus iure humano matrimonium impedit. fo.96.num.1.
Dispensare quid, & dispensatio, & dispensator. fo.86.num.1.
Dispensare circa ius, & declarare iura, differunt. fo.86.nu.2.
Dispensare an possit Papa contra ius naturale, vel diuinum. fo.87.num.4.
Dispensare potest Papa contra ius humanũ. fol.eod.num.6.
Dispensatio in iure humano sine causa facta an reddat illum, cui conceditur tutũ quo ad Deum. fo.eod.num.7.
Dispensatio qua ratione sit necessaria, vbi causa iusta à legis obligatione videtur quem eximere. fo.88.num.8.
Dispensatio contra ius humanum in dubio censetur ex iusta causa facta. fol.88.nu.9.
Dispensatio contra ius humanum à Romano Pontifice facta etiam sine causa valet, licet male faciat princeps eam cõcedens. fo.eod.num.10.
Dispensatio inferioris à principe sine iusta causa facta, in vtroq; foro non tenet. fol. 88.&.89.num.11.
Dispensare an possit Papa, vt dirimatur matrimonium ratum non consummatum, & quid de consummato. fol.112.113.nu. 13.14.&.15.
Dispensare potest Roma. Pontifex, vt matrimonium cõtrahatur inter patruum & neptem ex fratre. fo.93.num.9.
Dispensare potest Papa, vt matrimoniũ cõtrahatur in aliquot gradibus. Leuit. 18. expressis. fo.eod.num.10.
Dispensare non possunt episcopus, nec legatus à latere, contra cap. non debet. fo.eod. num.11.
Dispensario, vt matrimonium contrahatur, an exigat mẽtionem gradus propinquioris in linea transuersa. fo.eod.num.12.

Dispensa-

Dispensatio in coniugali prohibitione, quã causam habere debeat. fol.94.nu.13.
Dispensatio non valet, si tacetur matrimonium scienter cõtractum fuisse inter prohibitos. fo.eod.nu.14.
Dispensatio an inducatur ex principis dissimulatione. fo.eod.num.15.
Dispensatio circa filios illegitimos in quo differat à legitimatione. fo.156.&.160. num.1.&.5.
Dispensare circa prolem illegitimam non potest is qui habet à principe facultatem legitimandi. fo.164.nu.10.
Dispensatio Romani Pontificis circa matrimonium an efficiat prolem legitimam. fo.164.&.165.num.12.&.13.
Dispensatio an extendatur ad connexa. fol. 163.num.6.
Diuortium duplex. fo.109.nu.1.
Diuortium Romanorũ legibus passim permittebatur. fo.eod.num.2.
Diuortium primum apud Romanos. ibid.
Diuortium ex Romuli lege. fo.110.num.2.
Diuortium apud Iudæos. fo.110.nu.3.&.4.
Diuortium sæuitiæ causa. fo.113.num.1.
Diuortium ob præparationem veneni. fol. eod.num.2.
Diuortium adulterij causa. dictione. adulterium.
Diuortium furoris causa. fo.114.nu.3.
Diuortium Sodomiæ causa. fo.eo.nu.6.
Diuortium hæresis causa. fo.eod.nu.4.
Diuortium ex religionis professione. dictione. Religio.
Diuortij sententia quo ad thori separationem, an trãseat in rem iudicatam. fo.115 num.10.
Dolus dans causam matrimonio an illud irritum faciat. fo.48.num.3.
Domicilium mariti, an vxoris sit considerãdum in contractu matrimoniali, quo ad exactionẽ dotis, & quo ad alia plura. fol. 99.num.6.& sequentibus.
Dominici à Soto commendatio. folio.106. num.9.
Donatio potest à viro sene, vel ignobili, vxori fieri, causa remunerationis iuuentutis, vel nobiliatis etiã matrimonio constante. fo.36.nu.2.
Donatio ista an sit ab vxore reseruãda filijs primi matrimonij, si ad secundas nuptias transierit. fo.eod.num.3.
Donatio eadem an habeat dotis nomen, & priuilegia. fo.eod.num.5.
Donatio propter nuptias, quid sit. fol.49.nume.12.
Donatarius susceptis à donatore filijs post donationem, tenetur in foro conscientiæ donata restituere. fo.84.num.17.
Dos à lege ciuili taxari potest. folio.52.nume.3.
Dos an censeatur ex omnibus bonis tacite constituta à fœmina matrimonium contrahente. fol.16.nu.5.
Dos an sit necessario constituenda à puella diuite, quam aliquis iurauit vxorem ducturum, vt ipse teneatur eam ducere. fol. eod.num.6.
Dos mulieris hæreticæ cui adiudicetur. fol. 114.num.5.
Dos mulieris adulteræ à viro retinetur per exceptionem fornicationis, etiam si ipse vir vxorem adulteram propria autoritate à domo expulerit. fo.116.num.13.
Dos an sit debita à patre filiæ spuriæ. fo.153 num.11.
Dos à patre filiæ spuriæ data, maioris tamẽ quantitatis quam lege licebat, qualiter sit ad legitimam quantitatem reducenda. fol.eod.num.2.
Dubius in aliqua re eligere debet certius vbi agitur de salute animæ, & electio imminet præcise. fo.10.num.9.
Dubius de viribus matrimonij ob aliquod impedimentum, an teneatur reddere, vel possit exigere debitum. fo.105.nume.7. &.8.
Dubius existens inter duo pericula, quorum alterum necessario est eligendum, tute eligit illud, quod securius apparet. fo.105 num.9.
Dubium speculationis à dubio practico differt plurimum. fo.106.nu.10.

E.

EBrius minime cõtrahit matrimonium. fo.24.num.9.

Electio

Electio in dignitatibus ecclesiasticis an possit virtute consuetudinis fieri ex certis. fo.43.num.9.
Electio facta à canonicis, qui alteri eligendi potestatem dederant, præfertur electioni postea factæ ab illo, cui concessa fuit etiam ignorante. fo.57.num.11.
Episcopus non potest dispensare contra cõcilia. fo.65.nu.5.
Episcopus an possit à suspẽsione canonis absoluere. fo.eod.num.15.
Episcopalis dignitas an dissoluat matrimonium non consummatum.folio.111.nume.9.
Episcopus non potest dispensare cõtra cap. non debet.de consanguinitate. folio.93. num.11.
Episcopus solus ex iuris canonici regula est iudex verus in causa matrimoniali. fol. 174.num.1.
Episcopus potest dispensare cum iuuene, qui incestum commisit, vt possit matrimonium contrahere, & debitum exigere. fol.104.num.6.
Error personæ, vel alterius qualitatis, an impediat matrimonium.fo.46.num.1.& sequentibus.
Eustratij error. fo.38.num.5.
Eusebij locus in Ecclesiastica historia correctus. fo.92.num.8.
Exceptio fornicationis potest ab vxore cõtra maritũ eam accusantem opponi, etiã lite contestata. fo.117.num.6.
Exceptio notorij defectus in titulo an possit opponi contra agentem interdicto vnde vi. vide dictione.spoliatus.
Excommunicatio canonis, an habeat locũ contra percutientem clericum cum sponsa deprehensum. fo.3.nu.12.
Excommunicatio non vitiat professionem religionis. fol.63.nu.3.
Excommunicatio lata cõtra matrimonium clam contrahentes explicatur. folio.64. num.9.
Excommunicatus cõtrahit matrimonium. fo.63.num.3.
Excommunicatio canonis an liget percutientem clericum cum vxore, sorore, aut filia deprehensum.fol.123.nu.12.&.10.

F.

FAma sola probat impedimentum ad effectum, ne matrimonium contrahatur. fo.95.num.20.
Fama sola impedit matrimonium cõtrahi, etiam præcedentibus sponsalibus iuratis. fo.96.num.22.
Fama an probet filiationem. fo.138.nu.6.
Filius agit contra patrem pro vxore petenda. fo.98.num.4.
Filius natus ex coitu cum alterius sponsa de futuro non est adulterinus.fo.3.num.13.
Filius, vel filia licet honeste exigat consensum patris ad matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus coniugalis. fol.49.num.1.
Filia contrahens matrimonium sine consensu patris, an possit ab eo exhæredari. fo.50.num.5.
Filius per contractum matrimonij lege Regia à patria potestate liberatur. fol. 103. num.13.
Filij nati ex coitu, qui poterat coniugalis esse ex parentum consensu, efficiuntur legitimi per matrimonium subsequens. fol. 130.131.num.1.& sequent.
Filij nati ex concubina domi non cohabitãte, per matrimonium sequens efficiuntur legitimi. fo.131.nu.4.
Filij nati ex concubina clerici in minoribus ordinibus cõstituti, etiam ecclesiasticum beneficium habentis efficiuntur legitimi per sequens matrimonium. fol.eod. num.5.
Filius clerici an succedat matri.fo.149.nume.17.
Filius Clerici in sacris constituti an dicatur natus ex incestu. fol.148.nu.14.
Filij ex concubina infideli nati non efficiuntur per sequens matrimonium legitimi. fo.131.num.6.
Filij nati ex concubina efficiuntur legitimi per sequens matrimonium, etiam contractum absq; nuptialibus instrumentis, & inter dispares genere, vel fortuna, etiam in mortis tempore.fol. 132.num. 8.9.& sequenti.
Filij per matrimonium sequens legitimantur, etiam contradicentibus parentibus. fo. 133.num.12.
Filij per sequẽs matrimoniũ legitimãtur, etiã alio matrimonio intermedio.fo.133.n.15
Filij nati ex coniugato, & soluta, ipsa matre ignorante, an per matrimoniũ subsequens efficiantur legitimi. fo.eod.num.16.
Filius legitimatus per subsequẽs matrimoniũ quo ad oia cẽsetur legitimus.fo.135.n.21. reliqua circa hãc legitimationem vide in dictione:legitimatio.& legitimatus.
Filij illegitimi q̃liter distinguanť.f.141.n.1.
Filius naturalis quis sit, & plura de eo legito sub dictione.Naturalis.
Filius spurius quis dicatur, & eius successionẽ vide sub dictione.Spurius.
Filius natus ex matrimonio contracto dispẽsatione Romani Pontificis in vtroq; foro est legitimus. fo.164.num.12.
Filij nati ex coitu incesto, an efficiãtur legitimi, si Romanus Pontifex permiserit eorũ parẽtes matrimoniũ cõtrahere. f.165.n.13
Filij nati ex matrimonio ab infidelibus cõtracto, quãdo efficiãtur legitimi, si eorũ parẽtes Christi fidẽ ꝓfessi fuerint. fo.128.n.1.
Filij ex matrimonio nullo concepti, legitimi cẽsentur propter bonã fidẽ vtriusq;, vel alterius parentis.fo.eod.nu.2.reliqua continentur sub dictione.Bona fides.
Filius etiã spurius patrem occidens punitur lege Pompeia de parricidijs. fo.151.num.2.
Fiscus potest etiam emptori non soluto pretio vendicare bona alienata postquam ei delata fuerant. fo.80.num.9.
Fiscus nõ tenet ad debita cõtracta per delinquentẽ post cõmissum delictũ.fo.eo.nu.9.
Fornicatio simplex est iure naturæ vetita.fo. 7.num.8.
Fornicationis ratione solui potest sponsaliorum vinculum. fo.15.num.2.
Fornicatio, etiã vi præcisa cõtingẽs, dissoluit sponsaliorum obligationem.ibidem.
Fœmina verbis fallacibus decepta, ac stupro vitiata, quid agere debeat.. fo.24.nu.4.
Frãcisci a Victoria laus.fo.26.n.5.& fo.6.n.4
Fratris relictam, vxorem ducere non est iure naturali prohibitum. fo.10.num.7.
Fratris illegitimi qualiter sunt ad successionẽ admittendi. fo.150.nu.19.
Fructus bonorum, quæ ipso iure ob delictum fisco deferuntur, ab ipso die delicti, fisco adiudicantur. fo.79.num.8.
Fructus dotis putatiuæ an lucretur maritus. fo.85.num.25.
Fructus lite contestata percepti, qua ratione sint adiudicandi victori. fol.129.num.5.
Furiosus interuallis quibusdã, legitime cõtrahit tẽpore, quo furor cessat. fo.24.num.5.
Furor nõ præsumitur, & quo pacto probetur. fo.eod.num.6.
Furoris causa potest matrimonium quo ad thorum separari. fo.114.nu.3.

G.

GRadus quid sit. fo.74.&.75.num.6.
Graduum cõputãdorũ regula.fo.75.nu.7
Graduum cõputatio Canonica, an ciuilis sit consideranda. fo.eod.num.8.
Gradus quintus in transuersa linea hodie non prohibetur. fo.76.nu.12.
Gradus cõsanguinitatis, & affinitatis qui sint iure naturæ, diuino, vel humano prohibiti.fo.89.num.1.& sequentibus.
Gradus remotior in dispensatione est considerandus fo.93.num.12.

H.

HAEredes mariti an possint accusare vxorem de adulterio cõmisso viuente marito. fol.118.nu.9.
Hæres an teneatur data tacita fide testatori, de restituendis bonis filio spurio, illa bona eidem filio restituere, vel ad fiscum deferre. fo.130.num.9.
Hæres, qui præstita tacita fide testatori de restituendis bonis spurio iurauit id non reuelare, an teneatur vocatus à iudice rem totã exponere. fo.146.147.nu.10.
Hæredes an teneãtur ꝑstare alimẽta filio spurio, seu illegitimo testatoris.fo.154.n.14
Hæresis causa potest matrimonium quo ad thorum separari. fo.114.num.4.
Hæreticæ mulieris dos cui sit adiudicãda.fol. eod.num.5.
Honestatis publicæ impedimẽtũ, ex sponsalibus, etiã nullis oritur.fol.68.nu.1.&.2.§.2.
Honestas publica intra quartum gradũ matrimonium prohibet.fol.eod.nu.1.§.2.& ibi late vnde oriatur hoc impedimentum.
Honestatis publicæ impedimentum non oritur

tur ex sponsalibus contractis sub ea conditione, quæ à iure inest. fo.eod.num.4.
Hostis etiam priuatus tenetur seruare fidem hosti datam, saluo semper iure Reipublicæ. fo.40.num.14.

I.

IGnorantia iuris, vel facti, an excuset contrahentes incestas nuptias. fo.84.num.21.
Ignorantia iuris an sit causa bonæ fidei. fol. 130.num.9.
Impossibile an iudicetur id, quod à principis voluntate pendet. fo.26.num.8.
Impubes nactus ætatem perfectam dissentire potest ab sponsalibus interpretatione iuris de futuro. fol.18.num.1.col.1.
Impubes dissentire pōt, & debet ab spōsalibus statim ꝙ ætatem perfectā habet, nō expectata alterius pubertate. fo.eod.num.2.
Incendiū quā culpā præseferat. fo.82.nu.14.
Incestum cōmittens cum consanguinea spōsæ, ante matrimoniū consummatum tenetur vel ingredi religionē, vel dispensationem impetrare ad exigendum coniugale debitum. fo.104.num.6.
Incestus an impediat matrimonij cōtractum cum quacunq; fœmina. fo.63.nu.4.
Incestus diffinitio, & eius denominatio. fol. 78.num.1.
Incestus pœna de iure ciuili. fo. eod.nu.2. & 3.ac nu.5.fol.79.
Incestus à clerico cōmissus est dignus depositionis pœna. fo.78.num.3.
Incestus proprie nō dicitur cum ea, cum qua est impedimentum publicæ honestatis iustitiæ. fo.eod.num.4.
Incestas nuptias contrahentium bona ipso iure fisco deferuntur. fol.79.num.6.
Incestas nuptias contrahens a die cōmissi criminis administratione bonorum suorum interdicitur. fo.79.nu.8.
Incestus an dicatur coitus sacerdotis, & fœminæ, quæ non est eius consanguinea, nec affinis. fo.148.nu.14.
Infans an possit matrimoniū cōtrahere, malitia præueniēte ætatē. f.61.&.62.n.3.&.4.
Inferior, licet nō possit tollere legē superioris pōt tamen ei addere pœnā. fo.66.num.18
Infidelis an possit matrimonium contrahere cum Christiana. fo.96.nu.1.
Infideliū matrimonia. fol.22.nu.4. & fol.89. nu.2.&.3.& fo.111.nu.5.cum sequenti.
Infirmus pōt matrimoniū cōtrahere, licet ex infirmitate nō valeat gignere. f.132.n.11.
Ingratitudinis rōe nō reuocatur legitimatio, quæ fit per sequēs matrimoniū. f.133.n.14
Ingratitudinis ratione reuocatur legitimatio quæ fit rescripto principis. ibidem.
Ingratitudinis causa an possit filius priuari alimentis, sibi à patre debitis. fol.154.nu.17.
Intellectus ad.l.non sine.C.de bonis, quæ lib. fo.2.num.5.
Intellectus ad.l.si vxor.§.diuus.ff.de adulter. fo.2.num.6.&.8.
Intellectus ad verba Bart. in dict.§.diuus. fol. eod.num.7.
Intellectus ad.§.si minor.sub eadem.l.fo.2.& 3.num.10.
Intellectus ad.l.miles.§.quærebat.ff.de adulte. fo.3.num.11.
Intellectus ad.l. sciendum.ff. ad.l. Pompe. de parricid. fo.4.num.16.
Intellectus ad.c.vnicū.de voto.li. 6.f.111.n.8.
Intellectus ad cap.merito.15.q.1.fo.10.n.11
Intellectus ad cap.2.de conuersio.coniug.fo. 12.num.16.
Intellectus ad.l. quotiens. C. de rei vend.fol. 17.num.9.
Intellect.ad.l.1.§.ius naturale.ff.de iusti.&iure. fo.21.num.6.
Intellect.ad.l.nuptias.ff.de reg.iur.fo.eo.n.7.
Intellect.ad.l.si vxor.versi.quāuis.ff.de adul. fo.119.num.11.
Intellectus.c.de Bñdicto.31.q.1.fo.118.n.7.
Intellect.ad.l.qd̄ ait lex.ff.de adul.fo.121.n.3
Intellectus ad cap.si vero.in.1.de sentent.excommu. fo.123.nu.10.&.12.
Intellectus ad. §. item lex Iul. instit. de publi. iudic. fo.124.nu.16.
Intellectus ad. c.diaconi.28.dist.fo.32.n.19.
Intellectus ad.l.nihil interest.ff.de adulte.fo. 39.num.10.
Intellectus ad.l.1.ff.qd̄ metus causa.fo.37.n.1
Intellectus ad Auth.ex cōplexu. C.de incest. nup. fo.152.num.8.
Intellectus ad.l.qui in carcerem.ff.quod met. caus. fo.40.nu.15.
Intellectus ad text.in.l.si patre cogente. ff.de ritu nup. fo.45.num.5.

Intelle-

Intellectus.c.inter cætera.22.q.4.fol.42.n.5.
Intellect.ad.l.Titia.§.fi.ff.de manumis. testa. fo.60.num.9.
Intellectus ad.l.quibus.§.quidam Titio. ff.de condi.& demonstra. fo.60.num.10.
Intellectus ad cap.contra.25.q.1.fo.87.nu.5.
Intellectus ad.l. vnicam. §. exactio. C. de rei vxo.act. fo.85.nu.24.
Intellectus ad.l.qui cōtra.C.de incestuo.nup. fo.85.num.22.
Intellectus ad.l.in lege Aquilia.ff.ad.l.Aquil. fo.82.num.13.
Intellectus ad.l. qui ædes. ff. de incēd. rui. & naufra. fo.82.num.14.
Intellectus ad.c.quædā.2.dist. fol.127.nu.4.
Intellectus ad tex.in cap.nullus. & ca. interdixit.32.dist. fo.142.num.5.
Intellectus ad.l.palā.ff.de ritu nup.f.150.n.4.
Intellect.c.aliter.31.dist. fo.69.num.1.
Intellect.ad.l. actus legitimi. ff. de regul.iur. fo.25.&.26.num.4.
Intellectus ad.l. cum tale.§. rescriptum. ff. de cond.& demonstra. fo.50.num.3.
Intellectus ad.l.viduæ.C.de nup. fo.eo.nu.4.
Interdictum ad tempus latum, cessat elapso tēpore, absq; alia relaxatione. fo.66.nu.16.
Ioannis Bernardi à Luco episcopi Calagurritani laus. fo.65.num.14.
Ioannes à Medina laudatur. fo.154.nu.10.
Iudæus Christianam cognoscens, qualiter puniatur. fo.97.num.3.
Iudex ecclesiasticus solus est cōpetens in causa diuortij tractanda, etiam propter adulterium. fo.118.nu.8.
Iudex secularis, vtrum possit tractare causam matrimonialem. fo.175.num.3.
Iudex quis sit vere competens in causa coniugali. fo.174.nu.1.
Iudex secularis, vtrum possit tractare causam vsurarum. fo.174.nu.4.
Iuramentum metu præstitum indiget absolutione. fo.41.num.2.
Iuramentum contrarium simplici promissioni, an sit temerarium. fo.5.num.3.
Iuramentum remittitur ex consensu eius, cui præstitum fuit. fo.15.num.1.
Iuramentum primæ vēditioni adiectum, an præiudicet secundæ venditioni, quæ cum traditione fuerit facta. fo.17.nu.10.
Iuramentum an faciat firmū contractū vxoris sine licentia mariti. fo.100.nu.3.
Iuramentū præstitum ab impubere, quid operetur in sponsalibus. fo.18.num.3.
Iuramentum ab impubere doli capace præstitum an ipsum obliget. fo.eo.num.4.
Iurisdictio voluntaria, an possit extra territorium exerceri. fo.165.num.15.
Ius naturale humana lege tolli nō potest. fol. 87.num.3.

L.

LAicus tēpore necessitatis baptizans pater spiritualis sit baptizato. fo.71.num.4.
Legatus à latere an possit circa impedimenta matrimonij dispensare. fo.93.num.11.
Legatum virgini factum si Titio nupserit, minime amittitur ab ea, si nubat alteri ex consensu, & iussu paterno. fo.50.num.2.
Legatum à marito vxori factum illam conditionem admittit: si viduitatem seruauerit. fo.54.num.11.
Legatum à marito vxori factum, si caste vixerit perditur, si ipsa secundo innubat. fol. eod.num.12.
Legitima filijs, aut parentibus debita, an lege vel statuto tolli possit vel diminui. fo.151 num.5.
Legitimatio filiorum exigit parentum, & filiorum consensum. fo.133.num.13.
Legitimatio ratione subsequētis matrimonij est tātū iure humano inducta. fo.134.n.18
Legitimatus per subsequens matrimoniū ad retractum ex lege Regia est admittendus. fo.135.num.22.
Legitimatus per subsequens matrimoniū admittitur ad ecclesiasticam emphyteusim. fo.eod.num.23.
Legitimatus per subsequens matrimoniū in episcopū eligi potest. fo.eod.num.24.
Legitimatus per subsequens matrimonium, etiam iuribus municipalibus legitimus cēsetur. fo.eod.nu.25.
Legitimatus per subsequens matrimoniū, vere non ficte legitimus est. fo.eod.num.26.
Legitimatus per subsequens matrimoniū, ad feuda est admittendus. fo.136.num.27.
Legitimatus per subsequens matrimoniū an sit in primogenio præferēdus nato ex matrimonio legitimo cōtracto ante aliud ma

& 2 trimo-

trimonium. fo.eod.num.28.
Legitimatus per subsequens matrimoniũ reuocat donationem ex.l. si vnquam. C. de reuo.donat. fo.137.nu.29.
Legitimatus per matrimonium sequens, an sit dicendus natus ex matrimonio legitimo. fo.eod.num.30.
Legitimatio per matrimonium subsequens alia habet peculiaria quæ notantur sub dictione.Filius.
Legitimatio qualiter differat à dispensatione. fo.156.num.1.& num.5.fo.160.
Legitimatus rescripto principis an admittatur ad Cardinalium dignitatẽ.fol.170.nu.4.& quid quo ad prætorium Rotæ.ibi.
Legitimatus rescripto principis admittiẽ ad retractum ex lege Regia. fo.170.num.3.
Legitimato,an debeatur legitima,& an competat ius dicendi nullum,aut inofficiosum testamentum patris. fo.157.nu.2.
Legitimatus an sit vere legitimus.fo.eo.n.3.
Legitimãdi potestas à principe cõcessa an sit fauorabilis,vel odiosa. fo.163.num.6.
Legitimatus,nõ tantũ efficitur legitimus patri sed etiã cæteris agnatis & cognatis,etiã si rescripto principis legitimeẽ.fo.170.n.2
Legitimato patre, an eius filius cẽseatur auo effectus legitimus. fo.170.num.5.
Legitimãdi potestas quo ad spurios filios, an cõprehẽdat spurias filias. fo.163.num.7.
Legitimãdi potestas, an à casu simplici ad mixtũ extẽdatur. fo.163.&.164.nu.8.&.9.
Legitimãdi potestas an includat potestatem dispensandi. fo.164.num.10.
Legitimatus, vt incestus,nõ cẽsetur legitimatus si sit adulterinus tantum. fo.eo.nu.11.
Legitimati an cẽseantur filij per dispensationem super matrimonio cõcessam.fo.165.num.12.&.13.
Legitimatio an possit concedi non subditis. fo.165.num.14.
Legitimari an possit quis quo ad tẽporalia à Romano pontifice. fo.eod.num.16.
Legitimatio an possit subditis concedi extra territorium. fo.eod.num.17.
Legitimatio quo ad ecclesiastica nõ potest à principe seculari concedi. fo.166.nu.18.
Legitimatio à quo principe sit impetrãda, vt clerici filius efficiat legitimus.f.166.n.19.
Legitimare an possit quis proprios filios,si ex lege,vel priuilegio habeat potestatem legitimandi. fo.eod.nu.20.&.21.
Legitimatio q̃liter sit impetrãda.fo.167.n.1.
Legitimatio an exigat citationem successorum, quibus hæreditas à iure defertur intestato. fo.166.num.7.
Legitimatio qualiter sit intelligenda in clausula illa,sine præiudicio successorum ab intestato. fo.166.num.1.
Legitimatio an sit cõcedẽda in præiudicium substituti,& vocati ad bona. fo.168.nu.8.
Lex ciuilis non potest prohibere matrimonia. fo.94.num.16.
Lex ciuilis in iudicio interiori animæ ligat, & seruanda est. fo.123.num.9.
Lex Iulia de adulteriis explicatur.fo.120.nume.1.&.2.
Lex ciuilis permittens patri, & marito adulteros occidere propria autoritate ipsam occisionem non approbat.fo.123.num.13.
Lex ciuilis permittẽs patri,& marito propria autoritate occidere adulterum, hãc ipsam occisionẽ approbãs est nulla.fo.124.nu.14
Lex principis secularis circa matrimonia iusta, & honesta valet, quatenus canonibus contraria non est. fo.66.num.18.
Libera potestas qualiter sit intelligenda. fol.16.num.7.
Licentia mariti, an iure Regio requiratur in contractibus factis ab vxore. fol.100.nu.1. cum pluribus sequenti.
Licentia occidendi adulteros propria autoritate,lege concessa an possit alteri committi. fo.121.num.5.
Linea quid sit in cõsanguinitate.fo.74.nu.4.
Linea paterna,vel materna quos comprehẽdat. fo.eod.num.5.
Litis cõtestatio an impediat exceptionẽ fornicationis, quã vxor opponit contra maritũ eam accusantẽ de adulterio.fo.117.nu.6.
Litis contestatio an requiratur in causa matrimoniali. fo.174.num.6.
Locus contractus matrimonij quo ad solennia considerandus est. fo.100.nu.10.
Locus cõtractus cõiugalis quo ad cætera quãdo sit attendendus. fo.99.num.7.&.8.
Locus Isidori apud Gratianum. fo.127.nu.4.
Locus Sozomeni in Historia Tripartita correctus.

rectus. fo.eod.num.5.
Locus Iuuenalis. fo.eod.
Locus Eusebij in Historia ecclesiastica.fo.92 num.8.
Locus Gratiani explicatur. fo.114.nu.6.
Locus Gratiani exponitur. fo.112.col.4.
Locus eiusdem Gratiani. fo.107.nu.2.
Locus apud eundem Gratianum.fo.96.nu.2.
Locus eiusdem Gratiani. fo.142.nu.5.
Locus ex concilio Toletano apud eũdem restituitur. fo.149.num.17.
Lucra matrimonio constante adquisita qualiter sint vxori & viro communia. fol.101. num.5.& sequentibus.
Lucra iure Regio matrimonio constante viro,& vxori communia, an possint ab eorũ altero repudiari. fo.102.num.11.
Lucrum ab alio quam vxore alicui datũ quiã cum aliqua fœmina matrimonium cõtrahit,an sit ipsius, vel fœminæ illius, matrimonio soluto. fo.37.num.9.
Lucri spe potest quis inuitari ad matrimoniũ contrahendum. fo.36.&37.num.6.&.7.

M.

MAlitia an præueniat ætatem in sponsalibus. fo.4.num.1.
Malitia præueniri ætatẽ quid sit in matrimonio,& quãdo locũ habeat. fo.5.nu.2.&.3.
Malum minus quandoq; toleratur ad maius euitandum. fo.7.num.7.
Mandatũ ad cõtrahẽdũ matrimoniũ debet esse speciale,persona nominata. fo.56.nu.8.
Mandatũ ad cõtrahẽdũ matrimoniũ cum iuramẽto præstitũ an possit reuocari,& quid de tacita reuocatiõe.f.56.&.57.n.16.&.17.
Mandatum ad renunciandũ beneficio ecclesiastico,qualiter reuocetur. fol.57.nu.12.
Manceres qui dicantur. fo.145.nu.21
Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, autoris præceptor,laudatur. fo.3.num.14.
Maritus in dote putatiua non gaudet priuilegio,ne conueniatur vltra quam facere possit. fo.85.&.86.num.261
Maritus potest vendicare vxorẽ adiecta causa iuris diuini. fo.98.num.3.
Maritus quo in loco sit conueniendus pro dote vxoris. fo.99.num.6.
Marito turpe est vitã agere cum vxore adultera,quæ non pœnituit. fo.104.num.41
Maritus occidẽs ,ppria autoritatẽ vxorẽ,non adquirit dotẽ rõe adulterij.fo.122.num.7.
Maritus occidens adulteros ex lege Regia sibi traditos à iudice,an peccet.fo.125.n.18
Maritus an licite occidat adulteros, etiam in foro conscientiæ. fo.122.nu.8.
Marito an liceat occidere adulteros lege Cæsarea. fo.120.nu.1.& sequentibus.
Maritus an possit vxorẽ adulterã ,ppria autoritate à domo expellere.f.115.n.12.& seq.
Mariti mors qualiter probetur.fo.107.nu.4.
Mater secundas nuptias cõtrahens pœnas in fauorem filiorum à legibus inductas patitur.fol.52.&.53.nu.5.& sequenti.reliqua sub dictione.Secundæ nuptiæ.
Matrimonium non dicitur cõsummatum ex copula præcedenti. fo.12.num.15.
Matrimonium triplex est,legitimum,ratum, & consummatum. fo.22.num.4.
Matrimoniũ est sacramentũ, etiã si contrahatur per procuratorẽ. fo.eod.nu.2.& nu.5.
Matrimonium est sacramentum & gratiam confert. fo.eod.num.3.
Matrimoniũ ante carnis copulã perfectũ est quo ad vinculũ,& sanctitatẽ sacramẽti,nõ tamẽ quo ad significationẽ. fo.21.num.1.
Matrimonium à quo,& qua ratione fuerit institutum. fo.22.num.6.
Matrimoniũ quo fine contrahi debeat,& aliter cõtractum an licitum sit.fo.23.num.7.
Matrimonij substantia,forma,& materia.fol. 24.num.8.
Matrimonio contracto plura contingũt,quæ ab initio contingentia,ipsum irritum facerent. fo.28.num.5.
Matrimonium metu contractum est nullum ipso iure.fo.41.num.14.col.etiam si iuramentum ei accedat.fol.42.nu.3.& ex propria actus natura. fo.43.num.6.& reliqua circa matrimonium metu contractum legito sub dictione.Metus.
Matrimoniũ verum cõtrahitur inter duos habiles,licet eorũ alter falso opinetur subesse impedimentum. fo.47.col.5.nu.2.
Matrimonium an sit irritum, quãdo dolus dedit causam contractui. fo.48.nu.3.
Matrimoniũ q̃d sit,& vnde dicat.fo.19.nu.1
Matrimonij, etiã copulati, appellatiõe cõprehẽduntur sponsalia de præsenti.fo.20.nu.2.&.3

Matrimoniũ non præsumitur ex diutina maris,& fœminæ cohabitatione. fo.eo.nu.5.
Matrimonium non est,quælibet maris,& fœminæ coniunctio. fo.21.num.6.
Matrimonium qualiter sit vinculum indiuiduum. fo.eod.num.8.
Matrimonium qualiter sit sacræ rei signum, & quid significet. fo.eod.num.9.
Matrimonium contrahens cũ Iudæa, vel Iudæo qualiter puniatur. fo.97.num.3.
Matrimonium inter infideles contractum an dissoluatur ex eo, quod alter eorũ ad Christianam fidem conuertatur.fo.89.num.3. & fo.110.num.5.
Matrimonium cõtractum inter hæreticũ, & Christianum an teneat. fo.97.num.4.
Matrimonium an posit contrahi cum infideli. fo.96.num.1.& sequenti.
Matrimonium qualiter efficiat prolẽ antea susceptam legitimam.legito sub dictione. Filius.& Legitimatio.
Matrimonium contrahitur per procuratorẽ. fol.56.&.57.num.8.& sequenti.
Matrimonium contrahi potest per interpretem. fo.57.num.3.
Matrimonium potest cõtrahi per epistolam. fo.57.col.2.
Matrimonium contractum ab excommunicato valet. fo.63.num.3.
Matrimonium clandestinum quod dicatur, & de eo plura sub dictione. Clãdestinum.
Matrimonium contractum ab eo,qui clericũ occiderit tenet, licet prohibeatur contrahendum. fo.63.num.5.
Matrimoniũ cõtractum cõtra prohibitionẽ legis,vel iudicis,an teneat. fo.eod.num.6.
Matrimonium contractum lite pendente an teneat.fo.eod.num.6.& fo.129.num.8.& fol.48.num.4.
Melioationes in re mariti factæ,matrimonio constante, an sint iure Regio communes. fo.102.num.9.
Meretrices qualiter ab ecclesia tolerẽtur.fol. 7.num.7.8.&.9.
Meretricem ducens in vxorem indulgẽtiam peccatorũ consequitur. fo.171.num.3.
Meretrix quæ dicatur. fo.172.num.4.
Mente captus matrimonium contrahere nequit. fo.24.num.8.
Metus irritum facit matrimonium etiam si quis cogatur accipere in vxorem propriã sponsam de futuro. fo.7.num.6.
Metus qualiter distinguatur à vi præcisa.fol. 11.num.11.
Metus non facit actum omnino inuoluntarium. fo.eod.num.12.
Metus non excusat vxorem fornicantẽ,quin dissoluatur matrimoniũ quo ad thorum, marito petente. fo.15.num.3.
Metus propria diffinitio. fo.37.num.1.
Metus cadens in consistantem virum, quis dicatur. fo.eo.nu.2.& fo.39.num.8.
Metus an excuset à mortali,vel veniali peccato. fo.38.num.3.
Metu matrimonium contrahens, nec tamen consentiens,an mentiatur. fol.eo.num.4.
Metus minor in fœminis quam in viris, excusat. fo.39.num.9.
Metus excõmunicationis, an dicatur cadens in constantem virum. fo.39.num.12.
Metus carceris quando contractum vitiet. fo.40.num.15.
Metus illatus à fortuna contractum minime vitiat. fo.41.num.16.
Metus amissionis bonorum, quando dicatur cadens in constantem virũ. fo.eo.nu.18.
Metus irritũ facit matrimoniũ,etiã si contrahens dederit causam metui. fo.43.nu.7.
Metus irritum facit matrimonium,etiam iuramento firmatum. fo.42.num.3.
Metus impedit matrimonium vere cõtrahi, etiam si quis cogatur incertam ex certis vxorem eligere. fo.43.num.8.
Metus protestatio necessaria non est,plurimum tamen coadiuuat timoris probationem. fo.44.num.12.
Metus reuerentialis,an impediat matrimonium carnale. fo.45.num.3.
Metus reuerentialis an impediat matrimonium spirituale. fo.45.num.6.
Metus qualiter purgetur. fo.45.num.1.
Metus causa potest iudex deponere in loco honesto fœminam, cuius consensus exigitur. fol.14.num.2.
Modus, qui refragatur coniugali substantiæ, an reddat ipsum contractum nullum.fol. 28.&.29.num.8.
Monasterium vindicat monachum ex iure canonico.

nonico. fo.98.num.3.
Mors mariti absentis, qualiter probetur. fol. 107.num.4.

N.

NAturalis filius quis dicatur. fo.141.num. 12.& fol.eod.num.3.
Naturalis filius qualiter patri succedat.f.143. num.9.& sequentibus.
Naturalis filius an reuocet donationem à patre factam ex.l.si vnquam. C.de reuo. donat. fo.144.num.14.
Naturalis filius, qualiter matri succedat. fol. eod.num.15.
Naturalis filius,an habeat contra testamentũ matris querelam inofficiosi testamẽti.fol. eod.num.16.
Naturalis nepos vel spurius an sit alendus ab auo. fo.154.num.16.
Nefariæ nuptiæ:quæ dicantur. fo.78.num.1.
Nepotes qui dicantur. fo.91.num.5.
Nepos ex filio præmortuo, an fiat legitimus per matrimonium subsequens inter auum, & auiam. fo.134.num.19.
Nepos rescripto principis auo efficitur legitimus,etiã mortuo patre. fo.135.num.20.
Nepos an censeatur effectus legitimus auo, eo ipso quod eius pater fuerit legitimatus à principe. fo.170.num.5.
Nepos ex filio spurio an posit institui hæres ab auo. fo.148.num.13.
Nixus copulæ quid operetur. fo.13.num.20.
Nominatio quando probet filiationem.fol. 139.num.7.
Nominatio filij qualiter fieri debeat, ad hoc vt ex ea ille filius sit effectus legitimus.fol. 155.num.1.& sequenti.
Nothus filius quis dicatur. fo.141.nu.6.
Nouercæ coniugium cum priuigno an sit iure naturali prohibitum. fo.92.nu.6.
Nuptiæ secundæ an sint licitæ. sub dictione. Secundæ.

O.

OBlatio curiæ an faciat filios legitimos.fo. 156.num.4.
Ordo ecclesiasticus an impediat mtrimoniũ. fo.69.num.1.& sequentibus.
Osculũ,similiaue signa, an operentur vt sponsalia de futuro efficiantur de præsenti, fol. 14.num.2.&.3.
Osculum, alijq; tactus impudici an inducant præsumptionẽ adulterij.fo.116.117.nu.31

P.

PApa solus potest circa matrimonia disponere. fo.94.num.16.
Papa qua ratione posit matrimonium prohibere,vel permittere. fo.95.num.17.
Papa quando posit dispensare in matrimonio,legito sub dictione.Dispensatio.
Paraphernorum fructus an pertineant ad maritum,an ad vxorem. fo.100.col.4.nu.2.
Pater tenetur alere filiam nuptam absq; dote,si ipsa sine eius cõsensu non nupserit.fo. 99.num.2.& quid si patre inuito nupserit. fo.51.num.7.
Pater an teneatur alimẽta præstare filijs legitimis, vel illegitimis, legito sub dictione. Alimenta.
Pater an posit occidere filiã adulterã,& virũ cũ ea deprehensum. fo.120.& sequen.
Paupertas post sponsalia eueniens, an eà dissoluere posit. fo.15.nu.4.
Pensiones ecclesiasticæ, an vacent per matrimonij contractum. fo.70.num.6.
Periurium potest ciuili lege puniri.fol.66.& 67.num.20.
Periurus contrahere matrimonium non debet:tamen si contrahat, tenet contractus. fo.63.num.2.
Plures vxores ducere, an sit prohibitum iure naturali,& an licuerit vnquam. fo.106. &.107.nu.12.& sequenti.
Pœnæ omissio à lege facta in aliquo actu, nõ arguit illũ actũ esse licitũ.fo.7.&.8.col.2.
Pœna adulterij nõ habet locũ in cõitu cũ spõsa alterius de futuro. fo.3.num.14.
Pœna à contractu matrimonij est omnino rejicienda. fo.48.num.5.
Pœnæ à legibus statutæ contra fœminas secũdo nubentes, iure canonico tolluntur.fol. 51.num.4.&.5.
Pœna non debetur in foro cõscientiæ, etiam si ipso iure à lege inducta. fo.80.nu.10.
Pœna non debetur in foro cõscientiæ, etiam si à lege dictum sit, vt sine sententia debeatur.fol.ibidem.
Pœna cõuentionalis,an debeatur in foro conscientiæ.

mascientiæ. fo.82.nu.13.
Pœnam licitam exigens ex conuentione nõ peccat.& an illa debeatur etiam si non petatur.ibidem.
Pœna debetur in foro conscientiæ, quando ex parte recipientis est damni restitutio. fol.eod.num.12.
Pœna præscribi potest etiã mala fide. fo.eod. num.15.
Pœniæ censuræ à canonibus inductæ locũ habent in foro conscientiæ. fo.83.
Pœna à testatore adiecta in foro conscientiæ debetur. fo.84.num.17.
Pœna amissionis bonorum statuta contra incestas nuptias contrahentes variæ intelligitur. fo.eo.nu.18.& sequentibus.
Pœna amissionis bonorũ à iure inducta ipso facto,etiam ab hæredibus delinquẽtis exigitur. fo.79.num.6.
Pœna adulterij. fo.124.&.125.nu.16.&.17.
Pœna partim remittitur propter iustum dolorem delinquentis. fo.123.num.11.
Præsens, & tacens quando videatur consentire in matrimonium. fo.55.num.4.
Præsumptio cadit in qui fidem de spõsa. est iuris & de iure. fo.8.nu.2.& sequentibus.
Præsumptio iuris, & de iure, an recipiat probationem in contrarium. fol. 8.num.3.& fo.10.num.8.
Probatio in matrimoniali causa qualis requiratur. fo.175.num.7.
Probatio impedimenti coniugalis ante matrimonium,quæ sit sufficiens.fo.95.nu.20 & sequentibus.
Probare an teneatur quis,se esse legitimum filium. fo.137.num.1.
Probatio filiationis qualiter fiat.fo.138.nu.5 & sequentibus.
Procurator potest pro alio cõtrahere matrimonium. fo.56.nu.8.
Proles suscepta est iusta causa dispensandi,vt matrimonium inter consanguineos contrahatur. fo.94.num.13.
Promittens contractum agere,licet nondum ex hoc contraxerit,contrahere tamen tenetur. fo.6.col.1.num.11.
Promittens aliquam fœminam ducere vxorem, etiã sine iuramẽto,tenetur cũ illa matrimonium contrahere. fo.eod.nu.21
Protestatio præcedẽs quid operetur circa defectum consensus,& quando. fo.23.nu.3.
Potestatio an sit necessaria illato metu. fol. 44.num.12.
Proximus pubertati,quis dicatur.fo.62.nu.5.
Proximus pubertati quis sit, iudicis arbitrio relinquitur. fo.eod.num.5.
Pubes quis dicatur in tractatu coniugali. fol. 61.num.2.
Pueri,qui ante pubertatem genuerint.fol.62. num.4.

Q

QValitas loquentium, in qualibet re est attendenda. fo.57.num.2.
Qualitas filij,& patris est consideranda in assignandis alimentis. fo.152.nu.7.

R

RApta libere contrahit cum raptore.fo.52. num.1.&.2.
Rapiens spõsam an sit puniẽdus.fo.111.n.11.
Reconciliatio vxoris adulteræ,quem effectũ habeat. fo.118.num.7.
Religionis professio facta ab impubere doli tamẽ capace an teneat. fo.4.col.2.num.1.
Religionis professio dissoluit matrimonium non consummatum, etiam si coitus sponsalia præcessisset. fo.12.num.16.
Religionis professio an sit irrita ex conditione ipsi religioni contraria. fo.31.nu.18.
Religionis professione matrimonium dissoluitur nondum copula consummatum.fo. 111.nu.6.& sequentibus.
Religionis professione facta ab sponsa,ad dimidia pars sponsalitiæ largitionis propter osculum ipsi sponsæ iure Regio adquiratur. fo.112.num.12.
Religionis professio facta ab excommunicato,an teneat. fo.63.nu.3.
Religionis tria substantialia,qualiter intelligantur. fo.31.nu.18
Renuntiatio adquisitorum matrimonio constante,an fieri possit. fo.103.nu.11.

S

SAcer ordo an dissoluat matrimonium non consummatum. fo.111.num.9.
Sacer ordo matrimonium omnino impedit. fo.69.num.1.
Sacer ordo qualiter à cõiugato recipi possit. fo.69.nu.2.&.3.fo.70.nu.5.an puniat,qui matrimoniũ cõtrahit post sacrũ ordinem.
Sæuitiæ causa matrimonium quo ad thorum dirimi potest. fo.113.num.1.
Sara an fuerit soror Abrahæ. fo.91.nu.5.
Secundæ nuptiæ,& vlteriores omnino licitæ sunt. fo.52.num.4.
Secundæ nuptiæ an cõtrahantur libere absq; pœnis iuris ciuilis.ibidem.
Secundæ nuptiæ,an sint benedicẽdæ.fo.171. num.2.
Sententia in matrimonio an tribuat bonæ fidei præsumptionem. fo.129num.7.&.8.
Sententia in causa filiationis, an noceat his, cum quibus actum non est. fo.138.nu.3.
Sententia in causa matrimoniali an transeat in rem iudicatam. fo.155.num.12.
Sententia in causa beneficiali, vel criminali, an transeat in rem iudicatam. fol.eod.nu. 14.& sequentibus.
Seruitus,quando matrimonium impediat.fo. 46.nu.1.& fo.166.n.11.& fo.68.§.1.n.2.
Signa exteriora requirũtur ad essentiam matrimonij. fo.8.nu.2.
Societas bonorum,qualiter iure Regio cõtrahatur inter coniuges. fo.101.nu.5.&.6.
Societas inter cõiuges iure Regio, quo ad cõstante matrimonio adquisita, habet locũ in matrimonio putatiuo. fo.eod.nu.7.
Sodomia est causa iusta diuortij coniugalis quo ad thorum. fo.114.num.6.
Sodomiæ vitium, etiam cum fœminis punitur. fo.eod.num.7.
Soror an posit in vxorem accipi ex iure naturali. fo.91.num.5.
Spoliatus consortio coniugali, non est restituendus, si impedimẽti probatio offeratur incontinenti. fo.115.num.9.
Spoliatus consortio coniugali, non est restituendus, si opponatur notorium impedimentum. fo.eod.nu.9.
Spoliatus consortio coniugali,an sit restituẽdus, si opponatur fornicatio non notoria, cuius tamen probatio offertur incontinenti. fo.115.&.116.num.12.
Spoliatus beneficio ecclesiastico non est restituendus si opponatur notorius iuris defectus. fo.115.num.10.
Spoliatus non est restituendus ante omnia, oblatis probationibus incontinenti, si ex restitutione immineret peccatum ipsi spolianti. fo.eod.num.10.
Sponsaliorum diffinitio, & eiusdem nominis ratio. fo.1.num.1.2.&.3.
Sponsaliorum contractus quam ætatem exigat. fol.4.1.col.nu.1.& sequenti.
Sponsalia contrahuntur verbis, ex quibus futurus coniugalis consensus promittitur.fo. 5.num.1.&.2.
Sponsalia verbis de præsenti,ab impuberibus contracta, censentur à iure de futuro. fol. eod.num.2.
Sponsalia prima præferuntur secundis,etiam iuratis. fol.5.col.2.num.3.
Sponsalia non transeunt in matrimoniũ per subsequens iuramentum.ibidem.
Sponsalia transeunt in matrimonium per coitum carnalem,ex consensu ab ecclesia præsumpto. fo.8.num.1.
Sponsalia trãseunt in coniugiũ per coitũ,etiã si ipsa sponsa ab alio priusquam ab sponso fuerit cognita. fo.10.num.8.
Sponsalia per coitũ non efficiuntur matrimonium deficiente consensu. fo.10.num.9.
Sponsalia secunda ex coitu præferuntur primis,& matrimonium iudicantur. fol.10. num.10.col.4.
Sponsalia trãseunt in matrimonium per coitum, etiam sequutum ex vi conditionali. fo.11.num.11.
Sponsalia per copulam præcedentem non efficiuntur matrimonium. fo.11.nu.13.
Sponsalia transeunt in matrimoniũ per coitũ cum sponsa incerta. fo.12.num.17.
Sponsalia ex coitu transeunt in matrimoniũ, non obstante protestatione dissensus coniugalis. fo.eod.nu.18.
Sponsalia an transeant in matrimoniũ,per primum coitum. fo.13.nu.20.
Sponsalia, an per traductionem ad domũ efficiantur matrimonium. fo.13.col.4.nu.1.
Sponsalia re,& verbis de futuro, an efficiantur matrimonium per osculum, amplexus & similia signa.fo.14.numero.1.& quid de sponsalibus iuris interpretatione de futuro.num.3.
Sponsalia iuris interpretatione tantum de futuro,qualiter efficiant matrimonium ibi. num.2.&.3.

Sponſalia an diſſoluantur ex paupertate ſequuta. fo.15.nu.4.
Sponſalia etiam iurata mutuo conſenſu diſſoluuntur. fo.15.2.col.num.1.
Sponſalia, an diſſoluantur lapſu temporis ad contrahendum deſignati. fo.16.num.8.
Sponſalia an exigant iudicis autoritatem ad eorum diſſolutionem.fol.eod.2.col.num. 7.& fo.17.num.12.
Sponſalia an diſſolui poſsint ex abſentia ſponſi. fo.16.num.7.
Sponſalia etiam iurata per matrimonium diſſoluuntur. fo.17.num.10.
Sponſalia per religionis profeſsionem tollun tur. fo.eod.num.11.
Sponſalia cõtracta à pubere,& impubere,vel ab impuberibus,qualiter ſoluantur.fol.18. &.19.num.5.7.&.8.
Sponſalia de præſenti, an dici poſsint matrimonium. fo.20.num.3.
Sponſalia qualiter inducant publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum.fo.67.&.68.§. 2.num.1.2.&.3.
Sponſa,etiam de præſenti, ante nuptialem benectionem,& carnis copulam, hoc nomẽ retinet: poſtea vero vxor dicitur in ſacra ſcriptura, Canonibus, & communi vſu loquendi. fo.1.num.4.
Sponſi ita caute ſint cogendi matrimonium contrahere, vt inuitæ nuptiæ minime ſequantur. fo.6.num.5.
Sponſa de futuro an teneatur expectare ſponſum abſentem. fo.16.num.7.
Sponſi de præſenti, an veniant appellatione viri,& vxoris. fo.20.nu.3.&.4.
Sponſus per vim cognoſcens ſponſam,an puniatur. fo.111.num.11.
Sponſa ante coitum, religionem profeſſa an adquirat illam partem ſponſalitiæ largitatis,quæ per oſculum ſibi à lege defertur.fo. 112.num.12.
Spurius filius quis dicatur. fo.145.num.1.
Spurius nihil pot à patre capere, nec inter viuos,nec in vltima volũtate.fo.eod.num.3.
Spurius nec ex ſubſtitutione pupillari poteſt patris bona habere. fo.146.num.4.
Spurius lege municipali non poteſt effici capax ſucceſsionis paternæ. fo.eod.num.6.
Spurius an poſsit bona patris in foro conſcientiæ poſsidere,ſi ab hærede inſtituto ſub tacita fide,ei dentur.fo.eod.num.8.& ibi de hærede hanc fidem præſtante.
Spurius quibus cautelis poſsit tute bona patris habere. fo.147.num.11.
Spurius an poſsit inſtitui ſub conditione,ſi legitimatus fuerit à principe.fol.eod.nu.12.
Spurius an matri ſuccedat. fo.148.nu.15.
Spurius an dicatur, qui eſt adulterinus ſimul & inceſtus, ita vt ſub appellatione ſpurij comprehendatur. fo.163.num.8.
Spurij filij an ſint neceſſario à patre alẽdi. fol. 150.&.151.num.1.&.2.& an à matre.fo. 153.num.13.
Subarrare quid,& de ſubarratione. fo.55.nu. 3.& dictione.Anulus.
Suſpenſus ab officio an dicatur ſuſpenſus à beneficio. fo.55.num.14.
Suſpẽſio indiffinita nullo termino præſtituto,an poſsit tolli ab epiſcopo. fo.eo.nu.15.
Suſpenſio ad tempus intra tempus non poteſt tolli ab epiſcopo. fol.66.
Suſpẽſio à canone inducta propter delictũ,& in pœnã non poteſt ab epiſcopo tolli.ibid.
Suſpenſio ob cõtumaciam,cenſetur reſtricta ad tempus quo durat contumacia.ibidem.
Suſpenditur per triennium ab officio presbyter,qui interfuit matrimonio clandeſtino. fo.65.num.13.

T.

TEmpus adiectum cõtractui an extinguat, vel ſolicitet ipſam obligationẽ.fol.16. num.8.
Teſtis quis dicatur omni exceptione maior. fo.175.num.7.&.8.
Teſtis in cauſa matrimoniali qualis exigatur. fo.eod.nu.7.
Teſtis dicens Sempronium eius ſponſam carnaliter cognouiſſe, non concludit coitum ſponſalia ſequutũ fuiſſe. fo.11.num.13.
Teſtibus paucioribus metum probantibus an ſit danda fides. fo.44.num.10.
Teſti vni metum teſtificanti nõ creditur.fol. eod.num.11.
Teſtis vnus cum fama non probat matrimonium clandeſtinum in præiudicium matrimonij publice contracti. fo. 64.num.11.
Teſtis in cauſa filiationis qualiter ſit interrogandus. fo.140.col.3.nu.10.
Tormẽ-

Tormentorum quæſtio à viro an à fœmina ſit incipiẽda.fo.39.col.3.nu.11.& ſequẽti.
Tractatus an probet filiationẽ. fo.138.nu.6.
Traductio ad domũ an operetur præſumptionẽ conſenſus coniugalis. fo.13.col.4.nu.1
Tyrannus an licite occidatur priuata autoritate. fo.38.num.6.

V.

VEneni præparatio ad conatum occidendi deducta,eſt iuſta cauſa ſeparationis quo ad thorum. fo.113.nu.2.
Verba an ſint præciſe neceſſaria in contractu coniugali. fo.55.col.1.nu.1.
Verba præſentẽ conſenſum exprimentia matrimonium efficiunt. fo.57.num.1.
Verborum communis ſenſus eſt conſiderandus. fo.eod.col.4.num.2.
Verba hæc. Volo cõtrahere tecum matrimoniũ,an inducãt cõtractũ cõiugij.fo.58.n.4
Verba hæc. Volo te habere vxorẽ,an matrimonium inducant.ibidem.
Verba hæc. Habebo te vxorem, an matrimonium ſignificent. fo.58.nu.5.
Verba hæc. Non habebo aliam vxorem niſi te, an matrimonium efficiant.fo.59.nu.6. 7.& ſequentibus.
Veſtes lugubres an adquirantur viduæ ſecundas nuptias contrahenti. fo.54.num.10.
Vidua an poſsit libere, & abſq; pœna ſecũdo nubere. fo.52.nu.4.& ſequentibus.
Viduitatis conditio in legato,an ſit admittenda. fo.54.nu.11.&.12.
Vidua ſtuprum committens an ſit punienda pœna adulterij. fo.118.num.10.& an aliquid amittat. fo.119.nu.12.
Vidua an poſsit accuſari ab hæredibus mariti,de adulterio commiſſo viuente marito. fo.118.num.9.
Vis præciſa diſtinguitur à cõditionali. fo.11. num.11.
Vis præciſa an excuſet vxorẽ à crimine adulterij, etiam quo ad thori ſeparationem.fo. 15.col.3.
Voluntas coacta voluntas eſt.fo.11.num.12.
Vulgaris vxor quæ dicat.fo.119.n.11.col.1.
Vſucapio ante matrimonium cepta, eo conſtante cõpleta,an efficiat rem viro, & vxori communem. fo.102.num.10.
Vſuræ poſſunt lege ciuili puniri.fo.66.col.3.
Vſusfructus matrimonio conſtante ex conſolidatione cum proprietate adquiſitus, an ſit communis viro & vxori. fo.102.nu.9.
Vxor an poſsit à marito expelli propria autoritate ob fornicationẽ.fo.115.n.11.&.12.
Vxor ob adulterium qualiter accuſetur,& puniatur,legito ſub dictione.Adulterium.& Fornicatio.
Vxor petens dotẽ à marito, an repellatur ab ipſo viro opponẽte ius fiſci,cui dos illa debetur. fo.85.num.23.
Vxor an poſsit à marito expelli,propter dotẽ non ſolutam. fo.98.num.2.
Vxor qualiter ſit viro ſubdita, & an ipſum teneatur ſequi. fo.98.num.5.
Vxor domiciliũ viri ſortitur, & qualiter hoc intelligatur. fo.99.num.6.& ſequenti.
Vxor ex lege Regia non contrahit ſine licentia mariti, & qualiter hoc intelligatur. fol. 100.num.1. & quid ſi contrahat cum iuramento.ibid.num.3.
Vxores plures habere an licuerit aliquando. fo.106.&.107.nu.1.&.2.& qualiter modo puniatur hoc crimen. fo.109.num.6.

FINIS.

SALMANTICÆ,
Apud Ioannem à Canoua.
menſe Martij.
M. D. LXVI.

CONSILIO ET VIRTVTE CHIMÆRAM SVPERAVI, DE FESTIS FORTIORES ET DECEPTORES.
I C